# INSTITVTIONES DIVI CAESARIS IVSTINIANI,

Quibus Iuris Ciuilis elementa singulari Methodo libris quatuor comprehenduntur.

Cum Accursij Commentarijs, & doctissimorum virorum annotationibus.

*Omnia diligentissimè purgata, & recognita.*

*Accessit Rerum, & Verborum insignium Index locupletissimus.*

EDITIO POSTREMA.




VENETIIS, M D LXXIIII.

[redacted]

# AEGIDII PERRINI ARREMARENSIS *in Iustiniani vitam, Ad clarißimum virum Ioannem Raguyerum Abbatem Arremarensem, Epistola nuncupatoria.*



IVstiniani principis res gestas memoratu dignas, in diuersis sparsas authoribus summa vigilia, curaq; nuper à nobis collectas, & in vnum veluti fascem compressas, tibi offerimus (clarissime vir) vt & ipsius Imperatoris, & eorū qbus cum illo, vel intercessit amicitia, vel efferbuit bellū, varios mores, ingenia, affectus, vitia, religionē, variasq; virtutes contēplari queas, atque adeo, vt rerum omnium memorabilium per id temporis gestarum multiplici notitia mentem recrees. magna.n. te historię oblectatione (ut cæteras tuas virtutes omittam) teneri in confesso est. In quas ego totus iampridē incubuissem, nisi earum prædicationi vnicā tuā reluctari modestiam subinde viderem. Quæ huiusmodi certe est, vt cum laudanda libenter facias, ea tamen fecisse te non libenter audias. Ab his igitur (quoniam ita velle te haud dubie scio) prudens facesso, simulq; te oro, vt siquando labor hic noster, quem tua suscepi causa, inuidæ multitudinis iudicio eleuatus, mordicus à detractoribus impetatur, quod vitare nemo mehercule poterit, nisi qui nihil omnino scribet, eius tu in primis assertor mihi sis, atque propugnator. Vale.



IVstinianus maior, Iustini primi ex sorore nepos, genere Thrax, ignotis parentibus & obscuris natus, maiores nullos habuit claros, sed vel armentarios tantum, vel suarios. In pueritia Iustini auunculi, ex boum custode gregarii militis facti satelles fuit pedissequus. hinc Iustino ex gregario ad Imperatorium culmen fraude sublato, per omnes dignitatū honores gradatim ascendens, ab eo est ad prætorij præfecturam euectus, cōsulque designatus. Nono autē Imperij anno Iustinus eundem adoptauit primū, dein cōsortē Imperij fecit. & quarto post mense decessit. Quo vita functo, Iustinianus Imperauit solus. Non ergo naturalis Iustini filius fuit Iustinianus (vt voluit gloss. in procemio Instit. & alius quidam nō indoctus) sed adoptiuus solum. & ita intelligi debet tex. in §. & aliud. de dona. & in §. pe. quib. nō est permis. fa. test. Insti. ciui. Inciderunt aūt Iustiniani principatus primordia in eum, qui quintus & vicesimus fuit supra quingentesimum humanæ salutis annum. Quo aūt auspicio ad Imperatoriā peruenerit dignitatem, scribit Ammonius monachus lib. ij. vbi multa narrat, quæ à fide historica mihi videntur prorsus aliena, atque in primis Iustinianum ipsum post acceptum Imperium vulgare scortum sibi matrimonio copulasse, & ob in grande suorum procerum odium incidisse, ac plerosque ex capitali sententia damnasse. Duas habuit vxores, alteram Antoninā, si Ammonio credimus Antoninæ Belisarij vxoris sororē, quam priuatus in delitijs habuerat cōcubinā. Alterā vero Theodoram, cuius ab eo frequens fit in authēticis mentio, & huius meminerunt plerique omnes præter Ammoniū, historici, qui de Iustiniani rebus scripsere: nihil tamen hic penitus liberorum ex duabus reliquit vxoribus præter vnicam filiam Iustini iunioris matrē. Nec mirum: usu.n. sæpe venit quemlibet prope illustrium virorum, aut sine liberis interire, aut tales plerunque filios habere, vt melius fuerit rebus humanis consultum, si sine posteritate decessissent. Sed vt propositum repetamus opus, plurima certe & maxima bella non suo sed legatorum suorum marte gessit Iustinianus. Nam per Mundum sui exercitus ducem, Dalmatiam inuasit, & Solonā

Iustinianus Iustini ex sorore nepos.
Iustinianus Suarij filius.
Iustinian. à Iustino Imperatore adoptatus.
Declaratus instit. locus.
Iustinianus quando regnare cœpit.
Ammonius monacus à fide historica alienus
Iustinian. meretricē duxit uxorem.
Iustiniani vxores duæ.
Antonina Iustinia. vxor.
Theodora Iustinia. vxor.
Iustinia. unicā hābuit filiā. Magni plerūque viri filios habuere inutiles.
Mundus dux Solonā capit. Ioā. præfectus Mauros opprimit.

vrbem munitissimam vi cepit, in qua victoria Mundus ipse cum filio occisus est. Mauros quoque Aphricam infestantes ductu Ioannis præfecti sui oppressit: inde Belisarium patricium hominem Græcum, militaris disciplinæ peritissimum, in Persas rebelles cum exercitu misit, quos ille breui deuicit, & iura Imperij Ro. toto Orienti asseruit: cum victoria redeuntem, & aureo curru triumphantem, magna lætitia Iustinianus excepit, idemq; dux triumpho insignis, & bello clarus in Aphricam mox profectus, Vandalorum gentem deleuit, & Gilimerem eorum regem vi cepit, catenisque aureis vinctū (quòd ferro ligatū eum se nō ducturum pmisisset) Cōstantinopolim vna cum sorore, & regia familia in triumphum egit Anno lxxiiij. vt scribit Volater. vt Paul. diaconus vult. xcvj. ex quo Gensericus in Aphricā primū ingressus est. Cū aūt ad conspectum Imperatoris venisset, iussusque esset rex adorare Iustinianum, fertur eum pleno ore semper risisse, atque interrogatum, dixisse ridere se fortunæ humanæ uicissitudinem, vt qui modo Rex fuisset, iam seruiret. Hic Belisarij triumphus maior fuit, quam Persicus & pretiosior. Supellex enim Regis distincta auro lapillisque & margaritis, ac septem vasa auro plena, & nonnulla gemmis in triumphum acta sunt, vt scribit Pompo. Lætus in rebus Gothicis. Post hæc Aphricam repetens. Vandalos redintegratis viribus bellum reuocantes, Iustiniano subdidit, ac penitus deleuit, interfecto eorum rege Gūtarith sub pacis dolo (Nam dolus, an virtus, quis in hoste requirat?) victor inde Romam reuersus, crucē auream librarū centum pretiosis gemmis ornatā, in qua res ab eo gestæ cælatæ fuerunt, diui Petri Basilicæ obtulit. hic Vandalorum finis fuit, anno videlicet quinto supra centesimum, ex quo Aphricam primum occupauerunt, vt ipsemet Iustinianus scribit in l. j. in prin. C. de offic. præfect. præ. Aphri. & in proœ. Insti. §. j. cum ait. Post tanta temporum spatia. Quamuis Procopius dicat Vandalorum finē fuisse capto Gilimere. quod verum esse non potest: cū postea, vt diximus, vires ipsi redintegrarint. Ob quas tam insignes victorias memorabile illud templum, quod agiam sophiam Græci uocant, idest, sanctam sapientiam CHRISTO optimo maximo. Est enim Christus patris sapientia, Constantinopoli: incomparabili magnitudine construxit. Condidit & sanctum Paulum, locum nutriendis pupillis, ut refert Suidas, dicatum. His Iustiniani successibus perculsus Theodatus Gotthorum Rex, per legatos conatus est bellum, quod ei a Iustiniano imminebat, deprecari. Nam cum Amalasiunta mulier cordata, & Iustiniano confœderata mortuo Atalarico eius filio Gotthorum rege adhuc impubere, eum in regno socium asciuisset, ilque beneficij collati immemor ipsam iussisset necari, audita Iustinianus eius morte, graui mox in Theodatum exarsit iracundia. Sentiens ergo Theodatus sibi infensum esse principem, apud eum factorum impunitatē impetrare adnixus est, nec eam obtinuit, fuissetque ei continuo bellum illatum, sed ut sine maiore Italiæ motu ea res conficeretur, legati in Galliam missi sunt à Iustiniano, ad Clodomirum Francorum regem, qui magnis muneribus datis facile obtinuerunt, ut Theudebertus alij Theodebertum uocant, eius necessarius ex Narbonensi Gallia nihil moueret, dum in Italia bellaretur. Hac igitur cura leuatus Iustinianus, conceptas contra Theodatum belli uires in Vitigem, Theodato interim e medio sublato, conuertit, & Belisarium ad liberandam Italiam contra Gotthos mittit: qui Neapolim primum ui cœpit, hic Romam cum exercitu uolente populo ingressus, uaria belli fortuna cum Vitige

Belisarius Persas uicit.
Belisarius triūphat aureo curru.
Vandali funduntꝰ à Belisario.
Gilimer Rex catenis aureis uincitur.
Gilimer Iustinian. adorare iussus pleno ore sēper ridet.
Fortunæ humanæ uices.
Belisarij triūphus.
Gūtarith uincitur.
C. V. annos Vādali Aphricā occuparunt.
Procopius.
Sophiæ tēplum à Iustinia. cōditum.
Sanctus Paulus.
Theodatꝰ Gotthorū rex.
Amalasiunta necatur.
Causa o[illegible] Theodatum.
Clodomirus hic rex erat Aureliorum filius Clodouci regis primi Frācorum Christiani.
Theudebertꝰ rex Metensiu & Galliæ Narbonēsis Clodouci ex fratre nepos

 sæpe

[redacted]

[Fi]sque conflixit: ac tandem eum apud Rauennam cum uxore, liberis, præcipuisque Gotthorum proceribus, ac magna ui auri atque argenti captum, ad Iustinianum Constantinopolim deduxit. Narrant historiarum scriptores, atque in primis Procopius, Theudebertum Francorum regem fœderis cum Iustiniano prius icti, uel immemorem, uel potius uiolatorem, huius belli initio octodecim Burgundiorum milia in Vitigis auxilium misisse: quem Vitigim cum Belisarius uicisset, Francos quoque ipsos belli socios & auxiliares uicisse creditur. Adde quod idem Theudebertus Francorum Rex, ut scribit Procop. cum sexaginta hominum milibus uelut Volaterranus, Theodericus huius Theudeberti pater cum armatorum milibus octoginta, in Italiam postea ueniens, & Gotthorum & Belisarij copias improuiso impetu dissipauit, & mox cum pabuli penuria in uarios languores inciderent, ut est Gallorum fatum, Italiam infesto agmine petentium, cum paucis est in Galliam reuersus. dimissis in Italia Buccellino & Amingo ducibus, qui & ipsi aliquanto post tempore à Narsete superati & occisi cum reliquo exercitu in Italia fuere: ut scribunt Anton. Sabel. Procop. & Paulus Diacon. Ob quas uictorias Iustinianus forsan se Francum uocat, quamquam Ioannes Faber haud satis historiæ gnarus, in prooemio Institutionum ciuilium, non de nostra sed Germaniæ Francia Iustinianum cognomento Francum dici falsò putat. Nam ante tempora Clodouei ipsius Theudeberti aui, Francos ipsos Sicambricos, seu (ut Faber uult) Germanicos, in penitiorem commigasse Galliam, eamque totam fere occupasse nemo uel mediocriter doctus ignorat. Procopio adstipulatur Blondus Foroliuiensis de inclinatione Imperij Romani, Francos à Iustiniano uictos esse asserens. Ad hæc Regino Monachus libro annalium primo author est Nersetem Iustiniani patricium, cum Buccellino & Amingo Theudeberti Francorum Regis ducibus (qui Italiam deprædabantur) pugnasse, eosque interfecisse. Regioni subscribit Ioannes Tritemius de origine Francorum, & ipse etiã Ammonius, ac Matthæus Palmerius Florentinus in Chronico, eosdem Francorum Duces prope Tarentum fuisse à Narsete oppressos affirmans, uel ut Rapha. Volater. scribit apud Cannetum Campaniæ oppidum. Scribit Procopius in libro secundo de bello Gottico, Belisarium in huius belli initio hæc ad Theudebertum scripsisse: Satius est secure sua ut quisque possideat, quam dum aliena nimium appetit, de suis rebus periclitetur. Superato Vitige, Gotthi, qui per Italiam remanserant, absente Belisario, regẽ sibi eligunt Totilam, magni animi uirũ, qui confestim Florentiam obsedit: sed à Iustiniani ducibus (quos Belisarius in Italia dimiserat) repulsus est, qui cum paruo interdicto tempore Neapolim cepisset, Belisarius ad curã belli Italici rursus à Iustiniano delectus, in Italiam reuersus est. Interim Totilas Rex, Italiæ ciuitates miris cladibus direptionibusque afflixit, Romamque infenso agmine ingressus diripuit, incenditque: & partem murorum euertit, ciuesque uarie iactauit, & urbem penitus desolatam, ac sine ullo habitatore reliquit. Narrat Procopius Romam quadraginta diebus in solitudine fuisse, & tredecim emicuisse flammam. Pari crudelitate Florentiam in Hetruria solo æquauit: quibus cladibus Dei flagellum cognominatus est, ut scribit Raphael Volaterranus in Gestis Gotthorum. Verũ Platina in Leone primo non hunc, sed Attilam flagellum Dei uocitatum esse uult. Blondus Foroliuiensis de inclinatione Romani imperij author est, capta à Totila urbe, Rusticianam nobilem mulierem, Romæ inter mendicantes inuentam, in iudicium à Gotthis fuisse arreptam quod Theodorici regis statuas frangi fecisset, in patris sui Symmachi & Boetij coniugis ultionem, qui Theodorici iussu fuerant interfecti. de facto nihil ambigebatur. Cæterum mulieris pietas, & amor in defunctos plus ualuit apud Totilam, quam regia maie-

Vitigis Gotthorũ rex.
Vitigis à Belisario captus in triumphũ agitur.
Theodebertus fœdifragus.
Theodoricus Clodouei filius.
Fran. Gotthos simul.
Græcos, & fundũt.
Bucellin'.
Amingus.
Franci à Narsete superati.
Francus Iustinianus quare dictus.
Ioannes Faber nesciuit historias.
Frãci Galliam occuparũt ante tempora Clodouei.
Blõdus historicus.
Regino monach'.
Narses.
Ioannes Tritemi'.
Matthæus palmerius
Franci apud Cãnetum uicti à Narsete.
Belisarij ad Theudebertum epistola.
Totilas Gotthorũ rex.
Totilas Italiæ ciuitates cladibus afficit
Roma incenditur à Totila.
Roma sine ullo habitatore relicta.
Totilas flagellum dei cognominatus.

stas, absoluta a rege est, ac neque uis illi fieret, diligenter cautum. Scribunt Procopius & Petrus Crinitus, Belisarium ad Totilam (cum is de euertenda urbe Romana cogitaret, ut eũ à tam infando cõsilio deflecteret) literas his uerbis misisse. Si hoc bello uictoria ad te declinabit, Romamque deleueris: rem haud sane alienam, sed tuam perditum ibis: sin uictus eris, seruata urbe gratias immortales, deleta uero humanitatem nullam à uictore expectare debes. Vale. quam quidem epistolam refert Procopius, Totilam sæpe perlegisse, æquoque animo eius admonitionem accepisse, & ab incœpto diruendæ urbis opere destitisse. Verum cum media iam plus parte deflagraret, tota fere incendio consumpta est, unde & Francorum Rex Totilæ eius filiam obnixius uxorem petenti, nuptui dare noluit, quod diceret eum non esse Italiæ regem, qui Romam rerum dominam, & Italiæ caput incendisset. Belisarius autem Romam desolatam protinus occupat, & incredibili celeritate muniuit. Septem enim & uiginti dierum spatio, fossa, uallo, propugnaculis, omnifariamque munitionibus, aduersus omnem uim extrariam, hostilemque impetum, ipsam urbem instruxit: Totilamque iterum reuertentem magna ui repulit: quem si fugientem Belisarius fuisset persecutus, Gotthicæ uictoriæ laudem Narseti ademisset, post cuius digressum claues urbis Constantinopolis ad Iustinianum misit, ut sciret urbem iterum à se in libertatem esse assertam. Denique cum imparem uiribus se esse cerneret, nec fortuna (quæ ab initio fuit) perseueraret, per Antoninã uxorem, quam ipse præmiserat, à Iustiniano missionem impetrauit, ut scribit Procopius. Alij à Iustiniano reuocatum ferunt ob falsam affectati Imperij suspicionem, quod scilicet Vitige capto, Gotthi ei omnes regnum Italiæ obtulissent: quod tamen ut scribit Procopius, omnino recusauit: ut cunque res habeat, constat hercle eum post multas uictorias, & peractos triumphos, exitum tandem habuisse magnis plerunque uiris, & optime de Republica meritis communem. Nam Iustiniani iussu, siue Triboniani eius cancellarij, cuius prima apud ipsum principem erat authoritas, odio, quin potius inuidia, seu ueteris (ut dixi) belli suspicione excæcatus est, eidemque oculi crudeliter exempti sunt tam graui, tamque iniqua oppressus fortuna, tuguriolum sibi prope uiam constitui fecit, in quo reliquum uitæ transigeret, uictum quæritans, & hoc subinde prætereuntibus dictitans: Date stipem Belisario, quem rerum prospere gestarum magnitudo extulit, inimicorum inuidentia excæcauit. Hæc Procopius & Petrus Crinitus. Ammonius uero monachus scribit reuocatum quidem à Iustiniano per inuidiam fuisse Belisarium, ac patriciatus dignitate priuatum, qui cum priuatam agens uitam, duodecim milia hominũ semper secũ haberet, Iustinianũ uero Imperio à Floriano deiectum restituisse, atque ob id in Iustiniani gratiam eum redisse, Italiamque denuo cum exercitu aduersus Francos petiisse, & ad postremum cum paucis contra multos Francos fortiter magis, quàm prudenter præliantem occubuisse. Et qui multarum sub triumpho gentium captiuos adduxerat reges, à Francorum legato uictum, uita simul & nominis sui gloria spoliatum esse. Qua in re tantum abest, ut Ammonio accedam, ut nihil minus credam. Veri enim mihi simile non est Belisarium a Iustiniano reuocatum, belli missionem turpiter ac ignominiose passum, omnibusque dignitatibus priuatum, duodecim milia hominum alere, uel consueuisse, uel potuisse, ut pote, cui ea facultates uix esse poterant, ut tantum hominum toleraret, nec si tantæ fuissent, permisisse Iustinianum credã. Fuit autem Belisarius uir alioquin militaris disciplinæ peritissimus, tanta ad hæc comitate, quanta dux illius ætatis, quod sciam, nullus: ut iuxta diuiti inopique comis, facilisque semper occurreret. Exegit hic à militibus seuere abstinentiam, ut ne ex humili quidem plebe pateretur uiolari quenquam, nec militantibus uiis ex

Florentia solo æquata.
Rusticiana Boœtii uxor, Romæ inter mendicantes inuenta.
Theodoricus Gotthorũ rex.
Symmach. Theodorici iussu occisus.
Boœtius philosophus & senator Romæ.
Belisarij ad Totilã epistola.
Roma rerum dña.
Romam Belisarius mira celeritate instaurat.
Belisarius missionẽ impetrat.
Gotthi Belisariũ regem facere uoluerunt.
Solẽt magni uiri miserabilem plerũque exitũ habere.
Belisarius excæcatus
Belisarius stipem à prætereũtibus petit.
Belisariũ uirtus extulit, inuidentia excæcauit.
Belisarius Iustinianum in regnum restituit.
Belisarium à Francis occisum scribit Ammonius monachus.
Belisarij laus.

Militum disciplina sub Belisario maxima.

ex arboribus fruges pomave temere decerpi. Hæc disciplinæ militaris seueritas præclaras illi peperit uictorias. Quid enim uictoriarũ ab insolenti milite, quales hodie nostrates omnes fere uideas, consequi possis? Porro subuersa militiæ disciplina, cum id militi licuit quod libuit, nihil expectari potest aliud in castris, quam seditio, quam pauor fuga. seruitus & iniectum ceruicibus iugum.

Miles insolens nihil uictoriarum parit.

Iam & in eo non paruum bellicæ uirtutis exemplũ extitit Belisarius: quod octo circiter Græcorum millia eius ductu ducenta fere Gotthorum milia ex Italiæ possessione propemodum deiecerunt.

Belisarij religio & pietas.

Et cum bello talis esset Belisarius religio pietasque præcipue illis curæ fuit. Intulit enim ex Vandalorũ, vt diximus, manubijs crucem auream centum pondo, gemmis distinctam, beati Petri templo, Cerostrata itẽ duo magni precij. Ædificauit ære suo xenodocia duo. Fanum quoque unum prædijsque ditauit: de cuius laudibus ita scribit Suidas. Belisarius dux corporis, tum pulchritudine, tum proceritate ac faciei formositate facile omnes superabat: facilem & accessibilem unicuique se præbens allocuturo, adeo ut pauperi & inglorio cuique similis esset. Amor eius in milites, & agricolas inexpugnabilis: in milites quidem, omnium maxime sui temporis dona largiebatur in agricolas tanta parsimonia ac prouidentia utebatur, ut bellante Belisario, nullum unquam uiolari contigerit. Vẽdebantur enim ab ipsis omnia uenalia iuxta sententiam, segetibus uero florentibus diligenter cauebat, ne alicuius præteriens iumentum eas depasceretur. Fructus autem in arboribus maturos existentes nulli omnino tangere licebat: fuit insuper prudens & ualde fortis. Et in Belisario hæ quidem fuere uirtutes. Cæteri Iustiniani, præter Narsetem, duces, qui post illum in Italia exercitum habuerunt, multo inferiores habendi consilio, comitate, abstinentia: quo contigit, ut breui cum ipso duce belli quoque fortuna sit mutata. Alij dicunt non dignitate priuatum Belisarium, sed fama belli Parthici (quod imminere uidebat Iustinianus) ab eo à rebus Italicis in Græciam reuocatum, idque Pomponius Lætus, & Anto. Sabel. literarum monumentis tradidere.

Germanus patricius Iusti. frater patruelis.

Eo autem in Græciam abscedente Germanus patricius Iustiniani Augusti frater patruelis uir impiger, & militari disciplina clarus, contra Totilam (qui absente Belisario Romam receperat, & eam instaurare ciuesque reuocare studebat) missus, in Illyrico morbo occubuit:

Narses eu Totilas à Narsete uincitur. Theias occiditur.

in cuius locum Narses eunuchus à Iustiniano suffectus, Totilam primum, deinde Theiam reges superauit, & occidit.

Narsetis laus.

Valebat hic Narses plurimum gratia apud Augustum, administrabatque eius aulam arbitrio suo, uir ad omni uirtutis opera natus, magnus quidem consilio, sed religione ac pietate maior qui multo plura sit uotis consecutus, quam ui & armis.

Narses plura uotis quã armis est cõsecutus.

Iustinianus leges in epitomen redegit.

Iustinianus haud multo postquam Italia à Gotthis, à Vandalis uero Aphrica armis uindicata est, atque adeo postquam omnis Libya Romano Imperio reddita, multaque præterea ab eo interim bella feliciter gesta, ut eius gloria domi iuxta forisque conspicua esset, ad ciuilem Reipublicæ statum in primis reparandum animum appulit, & immensam legum congeriem ad communem studiosorum usum in breuem coarctauit formam: cum incondita prius & sparsa ciuilis illa iuris corpulentia obrueret magis adolescentum studia, quam instrueret.

Duo milia librorum leges olim continebant.

Nam ad duo fere milia librorum uolumina in quinquaginta libros digessit, horum congestum Digesta appellant, sunt qui Pandectas uocent, quod iuris scientiæ omnimodam contineant doctrinam.

Digesta. Pandectę. Institutiones.

Edidit & Epitomem legum, partitus materiam, alioquin vberrimam in quatuor, libros, Institutiones passim uocant. Nouas quoque leges, quas ipse statuerat, in unum Codicem redegit, Nouellamque nuncupare uoluit: hodie Voluminis nomen sibi uendicat.

Nouella. Volumen. Codex Iustiniani.

Omnes dein principum constitutiones, quæ in multis sparsim uoluminibus habebantur, in duodecim contraxit libros, Iustiniani Codicem uulgo nuncupant.

Iustinian. prius bella gessit q̃ inde iura digessit.

Ex prædictis igitur palam est Iustinianum Imperatorem, primum quidem omnium post adeptum ab eo imperium, bella in Gotthos Vandalosque gessisse, atque his prospere confectis, immensa ueteris prudentiæ uolumina, Epitomen redegisse: id quod ipse testatur in Proœmio Institutionum, §. Quorum utranque ibi, Post tanta temporum spatia. & in l. ij. in principio. ibi, post bella enim Parthica &c. C. de ueteri iure enucleando. & in l. 1 §. merito igitur. C. de Iustiniano Codice confirmando.

Accurs. lapsus.

Nec obstat C. de emendan. codi. do. Iustin. in princip. §. igitur. ubi Accursius asserit Iustinianum leges prius emendasse, quam arma tractasse.

Codices duos fecit Iustinianus.

Nam licet in ipso Imperij sui initio leges antea sparsas in vnum corpus colligere proposuerit, cœperitque: bellis tamen uarijs ab instituto auocatus. nihil ille perfectum aut absolutum reliquit, præter ueterem illum Codicem quem finitis postea bellis, substituto illi nouo Codice penitus abrogauit.

Ordo librorũ iuris.

Et hunc quidem in digerendis iuris uoluminibus ordinem seruauit.

Codex uetus.

Nam antequam bella gereret Iustinianus, Codicem illum, qui à nobis nunc desideratur, ex tribus ueteribus, Gregoriano scilicet, Theodosiano, & Hemoniano codicibus edidit.

Digesta. Institutiones. Codex nouus. Nouella.

de in bellis de eo gestis, ex multis legum milibus quinquaginta Digestorum libros contraxit. Tertio Institutiones ciuiles: inde eum, qui hodie circunfertur, Codicem diuulgauit, ac demum Nouellas seu paruum, quod uocant uolumen in lucem emisit, ut recte scripsit Accursius in Proœmio Institutionum. §. 1.

Iustinia. scripsit de incarnatione.

Hæc de iuris structura à Iustiniano compacta Pomponius Lætus, cæteriquo pene omnes historiarum scriptores memoriæ prodiderunt. Addunt Anton. Sabel. & Platina in Bonifacio ij. Iustinianum ipsum non modo iura condidisse, sed de Christi quoque Incarnationi pie simul & eleganter scripsisse.

Iustinianus inter porcos genitus & educatus.

Cæterum tantum abesse putat Suidas Græcus iura à Iustiniano fuisse condita, ut eum ne elementariũ quidem fuisse, sed prorsus analphabetum.

Tribonianus iuris architectus.

Quod si ita habes res, fieri mehercle non potest, ut homo ignarissimus, & qui ne abecedarias quidem nouit literas, tot ueterum Iurisconsultum scripta intellexerit. totque leges callere, & in ordinem redigere potuerit.

Iustinianus nec bellũ gessit ullum, nec legẽ nouit.

Consequens igitur esse dicemus, non Iustinianum (utpote literarum omnino expertem, iurisque ciuilis prorsus imperitum, inter porcos & armenta genitum, natum, & educatum) sed Tribonianum eius quæstorem, uirum doctissimum Pandectarum fuisse totiusque iuris architectum: quod & ipse in proœmijs Instit. Digestorumque plane testatus est.

Tribonianus uir improbus & à Christo alienus.

Triboniani mores & ingenium.

Multum itaque debet, cum in rebus bellicis Iustinianus Belisario, Narseti, Ioanni, ac Mundo inclytis belli ducibus: tum uero in ciuilibus Triboniano, Dorotheo, ac cæteris eiusdem farinæ uiris, qui ipsius Iustiniani gloriam domi militiæque famigeratam reddiderunt. Nam cum nulli unquam interfuerit bello, nec legem nouerit ullam, multas tamen de hostibus uictorias eum retulisse, iuraque condidisse, & ea omnia in ipsis cordis penetralibus clausa habuisse constans fama prædicat. Qua ex re maiorem retulisset gloriam Iustinianus, quam si Imperij fines longius protraxisset: nihilque ei ad summam defuisset laudem: si fons publici priuatique iuris iniquo & pestilẽti authore caruisset, id est, si non Triboniani uiri, mehercle improbi, impijque opera in condendis legibus usus fuisset Iustinianus. Quod sane efficit, ut eius inconstantia non parum suggillaretur. Nam ut ait Suidas, Tribonianus, Græcus ac impius fuit, omnis religionis contemptor, & alienus in omnibus a fide Christiana, acusator, deceptor, & fraudulentus, qui Iustiniano regi persuasit eum non esse mortem oppetiturum, sed in cœlum una cum carne assumendum. Fuit autem quæstor Iustiniani, qui naturæ potentia & dotibus pollens, ad tantum eruditionis fastigium peruenit, ut nemini sui temporis facundia & eruditione cederet. Cæterum studio auaritiæ usque adeo deditus, ut ius fasque uenale haberet.

singulis diebus, ut plurimum leges irritans, ac ratas faciens: prout usus eorum, à quibus pecunias acceperat, requirebat: cũ annos multos in honore uixisset, morbo tandem decessit, studio pecuniæ semper quoad uixit feliciter incumbens, ne, ob id ulla prorsus iniuria ab aliquo affectus: Quòd scilicet sermone blando comique erat, ut auaritiæ notam abundantia eruditionis facile obscuraret. Procopius tamen libro belli Parthici primo refert fuisse Tribonianum una cum Ioanne, ut populi seditiones ad tempus sederat à Iustiniano quandoque deiectum. ut non absimilem illi fuisse arbitrer, quem Vergilius libro vj. notat, qui leges fixit precio, atque refixit. Qui Procopius cum Proculũ laudare uellet: Erat, inquit, Proculus Imperatoris assessor magistratum quæstoris gerens, uir in primis iustus, & procul ab omni auaritia: ideo neque aliquam legem in alicuius gratiam conscripsit: ut iam Triboniani improbitas nemini ignota esse debeat, tametsi eum Iustinianus ubique laudet, uerum facile est indocto imponere regi. Adde, quod Tribonianus, & qui cũ eo operam consarcinandis Iuris ciuilis libris dederunt, immensam illam legum multitudinem, in elementium medicorum more ad uiuum resecantes, accisas nobis Pandectas uerius, quam compendiosas (ut Gulielmus Budæus uir doctissimus rectissime scribit) dederunt, nimia enim religione uerentes, ne de fece, ut dicitur, duodecim Tabularum hausisse aliquid uiderentur, id est, de prisca nimis & obsoleta antiquitate, dum de liquido tantum & nitido promere uolunt, aridiora procul dubio uolumina, nec sitim quorundam satis explentia reliquerunt prorsus ut in Pandectis struendis dormitasse uerius credantur, quam rectè aliquid & compendiose digessisse. Iustinianus anno, ex quo imperare cœpit, quadragesimo, uel ut aliis placet, unde quadragesimo, cum annum agens quadragesimum Imperij habens suscepisset, amens & stultus iampridem factus, in ægritudinem tandem incidens, Iustinum ex filia nepotem, consortem Imperij fecit, caputque eius diademate ornauit, fortunæque fauentis signũ in eius cubiculum misit, nec multo post ingrauescente morbo, non sanus mente decessit. Qui ex quo Augustalem adeptus est sedem, ueterem Romani Imperij gloriam inclinatam iam prope & elapsam, in pristinam uindicauit maiestatem, eamque mirum in modum auxit, & firmiorem, quam antea reddidit, maximus certe & augustissimus princeps, nisi auaritiæ & delirij Eutychiani reus fuisset. Nam licet in ipso principatus sui limine orthodoxus in primis fuerit, atque Christianissimus (authoribus Suida Græco, ac Io. 2. Põti.max. in epistola, Inter claras.in fi.C. de sum.Tri. & fide catho. & eius nomen Ioan. Fab. in sanctorum catalogo apud historicos scriptum se legisse dicat: uulgoque id multis iam seculis in Aureliorum. aliisque iuris ciuilis scholis receptum sit, earum uidelicet bidelis Iustinianum inter diuos relatum palam proclamantibus) graui tamen postea hæresis Eutychianæ infamia respersus est. Cum prius Calcedonense conciliũ, quo ipsius Eutychetis opinio damnata est, probare se asseruisset, literis hac de re una cum muneribus ad Ioann. eum, quẽ nuper dixit, secundum publice missis. Quod & ipsemet testatur. in l.iiij. ad fi.C.de sum. Tri. & fide catho. & in Auth. de eccle. tit. col. ix. A quo Agapetus primus pontif.max. ad eum à Theodato Gottho ad excusandum Amalasiuntæ mortem orator missus, de Eutychiana hæresi diu tentatus, constantissime renuendo dixisse fertur, Ego ad Christianissimum principem uenire optaui, sed Diocletianum inueni. qua sermonis libertate effecit, ut permotus princeps ad sanitatem redierit, Anthemiumque eius authorem mali, Constantinopolitanum præsulem, in exilium miserit, & Mennam catholicum in eius locum suffecerit: in quã tamen hæresim haud ita multo post relapsum esse eum in confesso est, instigante præsertim Theodora Augusta, & Triboniano eius quæstore uiro à Christiana religione prorsus alieno. Hæc siquidem Theodora cum Siluerio pontifici, mortuo Agapeto iussisset, ut pulso Menna Constantinopolitano antistite Anthemium ab exilio reuocaret, idque negasset Siluerius se facturum, q̃ pontificia dignitate incolumi præstari non posset, excanduit fœmina insolens, & quæ sibi nihil non licere arbitrabatur, scripsitque ad Belisarium, ut Siluerio pulso, Vigilium diaconum (cuius impulsu Anthemium restitui Theodora petebat) in eius locum substituat. Belisarius rei bellicæ intentus, Antoninæ coniugi negotium dat, quæ subornatis à Vigilio testibus) qui Siluerium dicerent consilia agitasse de urbe Romana Gotthis prodenda) hominem cogit se dignitate abdicare, pallioq; e deposito monastica se cuculla inducere, sicque in Pontiam relegatus insulam breui post tempore decessit, ac tandem in martyrum ordinem relatus est, cuius festum celebratur duodecimo calendas Iulias. Qui Siluerij legendam, quam uocant, scripsere: dicunt eum ab æmulis accusatum, quod per literas & nuntios Vitigi pollicitus esset, Asinariam se Gottis portam noctu patefacturum, Lateranensi domui, quantum pontifex incolebat, proximam. eamque ob rem à Belisario appellatum, ibique accidisse, ut cum Siluerius ad ducem ueniret, assideret ille Antoninæ coniugis lecto, quæ ex Neapoli accersita languebat adhuc e uia, & ut est mulierum in potestatibus intemperies, in olensque & importuna loquacitas: ubi hæc Siluerium ad se uenientem uidit procul, stulida uoce correptum inclamat, Quo meo, bone uir, quove Belisarij mei merito, tua Gotthis prodimur opera? Sic illa, ac ne potestate quidem Siluerio diluendi criminis facta, pontificium ei cultum detraxit, ac seponi iubet. Et hæc quidem gesta sunt Iustiniano palam non iubente, inconstantiæ argueretur: cum & ipse Anthemium in exilium misisset, sed conniuenter omnia ferente. Siluerio ad hũc modum Vigilij fraude & calumnia relegato, Vigilius ipse ex Theodoræ Augustæ Antoninæ Belisarij coniugis sententia, pontificiam sedem arripuit, qui cum in creatione sua Theodoræ Imperatrici promisisset reuocaturum se Anthemium, paulo ante ut dictum est, ob hæresim Eutychianam à Constantinopoleos pontificatu pulsum cœpit imperiosa mulier instare, ut Anthemium restitueret, quod se facturum Vigilius cum pertinaciter negaret, malis promissis standum non esse asserens, indignata Theodora Vigilium ui ad se adductum & fœminæ mandata facere nolẽtem, ita cædi iussit, ut parum ab internicione abfuerit, eumque in Euphemiæ templum furtim elapsum, & inde à tortoribus uiolẽter extractum, iniectoque in eius collum laqueo per totam urbem ad uesperam usque d straclum, tandem in carceres mitti præcepit: ubi aliquandiu panis duntaxat fuit illi cibus, & aqua potus. Clerici autem qui eum secuti fuerant, partim in exilium acti, partim uero in metalla damnati sunt. Tam fœdam ignominiã, & uerbera. & laqueos, & carceres passus est Vigilius, in domino principali, Iustiniano ipso (qui paulo ante uenientem eum Constantinopolim summa cum ueneratione exceperat, ac præcedente clero & populo, ad Augustissimum Sophiæ templum perduci iusserat.) non solum, ut par est credere, audiente, sed uidente ẽt, & patienter ferente. Adde, quòd cum alterum iam annum pene exactum in uinculis fuisset Vigilius tentauit Iustinianus per Pelagium (qui Roma ad eum uenerat rogandum, vt Totilam ab euertenda urbe Romana auerteret) flectere eius animum, vt Anthemium restitueret: ad postremum, qui sententiam mutare noluit, flagro adhibitus est permissu principis, ac per urbem iterum laqueo distractus, & demum in carceres reiectus. Inde plures annos in uinculis fuit Vigilius, nec prius solutus, quã Narses extremam manũ reb. Gothicis imposuit. Hæc ideo scripsi, vt intelligat cupida legum iuuentus, non tam pium fuisse Iustinia-

num

Tribonianus studio pecuniæ feliciter semper incubuit.

Tribonianus leges fixit precio atque refixit.

Proculus uir ꝓbus.

Tribonianus accisas magis quã compendiosas fecit Pandectas.

Iustinia. uixit annis lxxx.

Iustinianus imperauit annis xl.

Iustinianus amẽs interijt.

Iustinianus auarus.

Iust.Io. Fa. scribit īter diuos relatum.

Iustinianus hæreticus.

Agapetus 1. pôtifex maxi.

Agapeti libere dictum.

Anthem' hæreticus.

Menna Cõstantinopo.præsul.

Iustinianus in hæresim relapsus.

Theodora Augusta male sentiens de fide. Siluerius pont.max. Belisarius.

Antonina Belisarij vxor Siluerium pontificatu priuat.

Siluerius inter martyres relatus.

Asinaria porta.

Mulierũ intemperies.

Vigilius in Siluerij locum suffectus.

Vigilius malis promissis stare recusat.

Vigilius caeditur.

Vigilius ignominiose à tortore p vrbem Constan. trahitur.

Pellagius.

Vigilius iterum per vrbe Constã. distractus.

Vigi. Narsetis interuentu uinculis solutus.

Iuſt. inter diuos non fuit relatus.

Iuſtinia. extremis, die. mẽtis ĩpos fuit.

Mulier principat' appetens.

Iuſt. imperante ſede re pontifi. Ro vij.

Felix. iiij. põti. max.

Bonifa. ij. ponti maxi.

Lex iij. & epiſtola Inter claras. C. de ſum. trini. ſcriptæ ſunt antequam Iuſti. i hæreſim laberetur.

Agapetus j pontif. maxi.

Siluerius j. pontif. maxi.

Vigilius i. pontif. maxi.

Theotoci mater Anna dicta.

Correctus locus i vita diuæ Annæ.

Gratian' a quibuſdam uidetur lapſus Iulij põti. Rom. duo tãtũ fuere. Iulius ſecundus põtif. maxi. Julius prior pontif. maxi. ſe-

num, quam Ioannis Fab. ſcripta prædicant. Verum fertur ipſe Iuſtinianus inclinante iam, & ingraueſcente eius ætate parum fuiſſe, ut diximus, mentis compos, quam nacta occaſionem Theodora Auguſta, ut eſt mulierum animus gloriæ & principatus appetens, magnam adminiſtrationis partem ad ſe trahebat. Inciderunt in Iuſtiniani huius principatum adminiſtrationes pontificum Romanorum ſeptem, quorum primus Felix quartus, qui ut morientes ungerentur, inſtituit. Bonifacius ſecundus, qui ſanxit ne epiſcopus ſibi ſacerdotem ſucceſſorem legeret, & profanam a clero plebem, cum res fieret diuina, diſcreuit. Tertio loco Iohannes ſecundus, qui Anthemium hæreticum Cõſtantinopoleos archiepiſcopum damnauit, cuius Iuſtinianus damnationem per literas publice laudauit. l. 4. § ſuſcipimus. uer. & ſanctorum patrum. C. de ſumma Trinitate & fide Catholica. & grandia ad eum miſit dona, aureum ſcyphum gemmis ornatum, & alia multi precii munera, quæ Vaticano templo illata ſunt. uerum eo mortuo Iuſtinianus, mutata mox uoluntate, in Eutychianam hæreſim lapſus, eam conſtantiſſime eatenus amplexus eſt, donec ipſum Agapetus ad ueram reduxit fidem, quam nec ille diu integram ſeruauit. Hic eſt ille Ioannes qui ſcripſit epiſtolam, Inter claras. C. de ſumma Trinitate & fide Catho. Agapetus quoque primus, quem a Theodato Gothorum Rege ad Iuſtinianum Imperatorem, qui Amalaſiunte reginæ ultioni imminebat miſſum fuiſſe nuper diximus, cumque ab hæreſi Eutychiana ad orthodoxam reuocauit fidem, quo uita functo, iterum deſipuit Iuſtinianus. Ad hæc Siluerius primus uir ſanctus, qui calumniam paſſus eſt apud Beliſarium accuſante Vigilio diacono, ut paulo ante à nobis ſcriptum eſt. Dein & Vigilius ipſe eius nominis primus, quem nuper nemini uariis contumeliis uerberibuſque iuſſu Theodoræ fuiſſe affectum, ꝙ Anthemium hæreticum ab exilio reuocare nollet, in quibus & extinctum eum ueterem calumniæ culpam optimo fine compenſaſſe ſcribit Raphael Volaterranus, Alii non extinctum ſcribunt, ſed longo carcere fuiſſe detentum, ac tandem Narſetis precibus liberatum, Romamque reuertentem calculi morbo Syracuſis periiſſe. Ab hoc Vigilio ſynodus quinta Conſtantinopoli, Iuſtiniano adhuc in humanis agente celebrata eſt, ubi contra Theodorum Coriarium ſtatutum fuit, ut virgo Maria Theotocos ideſt, Deipara, ſeu Dei mater appellaretur, Anno à Chriſti natali ccccxl. vnde & diuam annam Theotoci, ideſt, Dei genitricis matrem eſſe recte dicimus: licet in eccleſiaſticis illis libris, quæ breuiaria uulgo appellant, Theodoci matrem eam eſſe corrupte ſcriptum ſit. Quod ſi uera ſunt hæc, quæ de quinta ſynodo authore eodem Vigilio, ſub Iuſtiniani principatu congregata ſcripſimus (ſicut certe uerißima eſſe nemo neſcit literatus) a fide haud dubie abhorrent, ac uelut ex diametro diſtant, quæ de eadem re in literas miſit Gratianus in decretis canonicis, is nanque non Vigilij pontificatu, ſed Iulij quintam ipſam ſynodum uniuerſalem fuiſſe coactam author eſſe fertur in capitulo, ſexta. & capitulo ſequenti. §. Quinta decimaſexta diſtinctione. Quod nulla ratione fieri potuiſſe tam mehercle palam eſt, quam cœli ſydera clara. Nam duo tantum pontifices maximi Iulij nomen fuere adepti, quorum uterque multis a Iuſtiniano diſtat ſeculis, de Iulio enim ſecundo, nihil ambigitur, quippe quem uidimus ipſi, nongentis amplius poſt Iuſtinianum annis. Priorem autem Iulium Conſtantini magni principatus habuit, qui longo temporis interuallo eum, quem nuper dixi, Iuſtinianum anteceſſit, inter quem & Iuſtiniani Imperij primordia, uiginti interceſſere Romani pontifices. Ex quo conſtat quintum concilium non Iulio præſide, ut ſentire uidetur Gratianus, ſed Vigilio Iuſtiniani contemporaneo fuiſſe indictam. Cæterum malim ego dicere textum in dicto §. Quinta, eſſe corruptum, & expuncta inibi dictione Iulij in eius locum Vigilij, uerbum eſſe ſubſtituendum, quam fateri tantum uirum, tam fœde, in re maxime aperta fuiſſe lapſum. Simili errore laborauit Paulus diaconus, in Iuſtiniano minore quintam ſynodum tempore Iulij factam fuiſſe falſo aſſerens Vigilio ita, ut proximo eſt loco à nobis proditum, uita functo, Pelagius primus extremis Iuſtiniani temporibus ſacram Romæ tenuit ſedem, qui ut clerici ſeptem horas canonicas, penſum ſeruitutis eccleſiaſticæ quotidie obirent conſtituit. Et ut hæretici ſecularium manu coercerentur, ſi ad ſanitatem trahi aliter non poſſunt. Coniiciuntur in principis huius tempora uiri ingenio & eruditione illuſtres, Caſſiodorus Rauennas, qui ex conſule monaſticam amplexus uitam, non pauca de rebus diuinis ſcripſit, cum multa prius de republica ſcripſiſſet ſenator. Priſcianus Cæſarienſis, qui in grammatica arte tam multa ſcripſit, quam nemo ante eum alius: Arator carminum conditor, quibus Euangelicam eſt hiſtoriam complexus: Iuſtinianus Valentianæ eccleſiæ antiſtes, rerum diuinarum ſtudio non obſcurum nomen adeptus. Dionyſius Abbas, qui Romæ Paſchalem calculum mira arte compoſuit. Probantur & facundi ſcripta ea tempeſtate in Eutychianos edita. Adde & Amalaſiuntam Atalarici Gothorum regis matrem, cui tantam fuiſſe indolem ſcribit Caſſiodorus, ut ſine ueneratione eam uideret nemo, & pro miraculo fueris audire loquentem, cum Græce Latineque ſciret egregie, & linguas omnium gentium teneret, quibus aliquid adhuc commercii fuit cum populo Romano, quæ cum filium bonis artibus, moribuſque inſtituere conata eſſet, optimo eius conſilio nihil æque obſtitit, ac eorum qui puerum regebant auaritia, nihil minus ad ſuas cupiditates explendas expedire arbitrantium, quam frugi & moderatum habere principem. Habuit illud Iuſtiniani ſeculum, & uiros ſanctitate claros Benedictum monaſticæ uitæ inſtitutorem in Caſſino monte. Maurum eius diſcipulum in Gallia. Germanum & Genoueſam Pariſiis, Apud Scothos Brigidam. In Italia Siluerium pontificem martyrij lauream ſub eodem Iuſtiniano adeptum, ac demum Clodoueum primum Gallorum regum Chriſtianum, qui ſub ipſo ineuntis Iuſtiniani principatus articulo fatalem obiit diem.

dit tempore Cõſtantini magni.

Vigilius Iuſtiniani cõtẽporaneus.

Gratian' à calũnia defenſus

Pauli diaconi lapſus.

Pelagius j. pontif. maxi.

Viri illuſtres tẽpore Iuſtin.

Caſſiodorus. Priſcianus.

Arator, Iuſtinianus antiſtes.

Dionyſi' abbas. Facundus.

Amalaſiũta regina Græce, Latineq; docta.

Auaritia aulicorũ principi pniciosa.

Principũ inſtitutores ab auaritiæ uitio alieni eſſe debent.

Benedictus abb.

Maurus abbas.

German. antiſt.s

Genoueſa.

Brigida.

Siluerius marty.

Clod. rex.

FINIS.

Carmina Rubricarum primi libri Institutionum, quæ sunt numero uigintiseX.

*Iustitiæ, ius naturæ, personaq; subsunt.*
*Ingenuos, debent libertini sociare.*
*Non omnis dominus seruos sic liberat, ut uult.*
*Fusia lex iuris alieni, patria uirtus.*
*Nubet, adoptauit, soluet, tutela, datuq;*
*Agnatos, capitis, patronos, atque parentes.*
*Est fidus tutor, est Attilianus, & author.*
*Finis curator, teneatur, satisdare tutor.*

De iustitia & iure. De iure naturali, gentium, & ciuili. De iure personarum. De ingenuis. De libertinis. Quib. ex cau. ma. non licet. De lege Fusia Caninia tollē. De his qu sui uel alie. iu. sunt. De patria pote. De nuptijs. De adoptionibus. Quib. mod. ius pa. po. sol. De tutelis. Qui testamento tutores dari possunt. De legitima agnatorum tutela. de capitis dimin. De legitima patronorū tutela. De legitima parentū tutela. De fiduciaria tutela. De Attil. tutore, & eo qui ex lege Iulia & Titia dabatur. De authoritate tutorū Quib. mod. tut. finitur. De curatorib. De satisdatione tut. uel cura. De excusa. tut. uel cur. De suspectis tutoribus vel curatoribus.

Rubricæ secundi sunt uigintiquinque.

*Res, corpus, seruit usufructus sit & usus.*
*Est usucapiens, est donans, est alienans.*
*Quæro, testari, miles, permittere non uult.*
*Exhæres, hic instituit, bis substituendo.*
*Infirmat, uel inofficit, hæres qualia legat.*
*Hinc adimit, Falcat, committit, singula, Codex.*

De rerum diuisione, & acquirendo ipsarū dominio. De reb corporalibus & incorporalibus. De seruituti. rustico. prædio. & urb. De usufructu. De usu & habitatione. De usu capionibus, & longi temp. præscr. De donationibus. Quib. alienare licet, uel non. Per quas personas nobis acquiritur. De testamē tis ordinandis. De militari testa. Quib. non est permis. facere test. De exhæredatione liberorū. De hæredib. instituendis. De uulgari substitu. De pupil. substi. Quib. mod test. infirmenē. De inoffi. test. De hær. qual. & diffe. De legatis. De ademptione legato. De lege Falcidia De fideicōmissarijs hæred. & ad senatusconsultum Trebel. De singulis rebus per fideicommissum relictis. De concidilis.

Rubricæ tertij sunt triginta.

*Fert intestatus, agnati, Tertyl & Orfic.*
*Cognatis gradibus seruus, libertus inhærens.*
*Signo libertos, possessus, & arrogo quærens.*
*Post addicta bona, successio dupla recessit*
*Obligo re, uerbis, duo, cum seruis stipulantur*
*Diuidit, est & inutilis, atque fideiubet omni.*
*Litera, consensus, emit, & locat, hinc sociabit.*
*Et post mandatum quasi contraho, quæritio, tollo.*

De hęreditatib quæ ab intest. deferuntur. De legitima agna. successione. De senatusconsulto Tertylliano. De senatusconsulto Orficiano. De successione cognatorum. De gradib. cognationum. De seruili cognatione. de successione libertorum. De assignatione libertorum. De bonorum possessionibus. De acquisitione per arrogationem. De eo cui libertatis causa bona addicuntur. De successionibus, quæ fiebant per bono. uenditiones, & ex senatusconsulto Clau. sublatis. De obligationibus. Quibus mod. re contra. obligatio. De uerb. obli. De duob. reis stipulandi, & promittendi. De stipulatione seruorum. De diuisione stipulationum. De inutilib. stipu. De fideiussoribus. De literarum obligationibus. De obligation. ex consensu. De emptione & uendit. De locatione & conductione. De societate. De mandato. De obligationibus, quæ quasi ex contrac. nascuntur. Per quas personas nobis obligatio acquiritur. Quibus modis tollitur obligatio.

Rubricæ quarti sunt octodecim.

*Delictum, rapit, Aquilius, iniuria subsit.*
*Et quasi delinquens ago, uel gero noxia paupe*
*Per quos, satisdabo, perpet. & excipiens replicabo.*
*Sunt interdicta, cum pœnis, officioq;*
*Publica iudicia reperis in fine locata.*

De obligationibus quę ex delicto nascuntur. De ui bon. rapt. De lege Aquil. De iniurijs. D obligationibus, quæ ex quasi delicto nascuntur. De actionibus. Quod cum eo qui in aliena est potestate negotium gestum esse dicitur. De noxalibus actionibus. Si quadrupes paupe. fecisse dicatur. De his per quos agere possumus. De satisdationibus. De perpetuis & temporalibus actionibus, & quæ ad hæres & in hæredes transeunt. De exceptionibus. De replicationibus, De interdictis. De pœna temere liti. De officio iud. de publicis iudicijs.

Finis titulorum Institutionum, qui sunt numero nonagintanouem.

Digesti ueteris C L V. Rubr. continentur. LXV. carminib. sequentibus, eo textis artificio, ut præter principale intentum, aliquid sententiæ uideantur. habere, quorum declarationem subiunximus.
Et primo primi libri.

Ius,

*Ius, & origo patent, leges quoque parte priori.*
*Constituit, status, ac alienus adoptat, & est res.*
*Datq; senatores, consul, prætorius, urbis.*
*Sunt quæstor, prætor, uigilum præfectus, habendi.*
*Officium pariter proconsulis utile noscat.*
*Vult his Augusti, præses, uel Cæsaris addi.*
*Censor Alexandri, ius mandat, & assidet inde.*

De iustitia & iure. De origine iuris ciuilis, & om. magist. & successione iuris prudentium. De legibus & senatuscon. & lon. consuetudine. De constitutionibus prin. De statu hom. De ijs, qui sui uel alieni iu. sunt. De adoptionibus, emācipationibus, & alijs mod. quib. pa. potestas sol. De rerū diuisione & qualitate. De senatoribus. De offi. consulis De offi. præfe. præt. De offic. præfec. urb. De officio quæstoris. De officio prætoris. De officio præfecti uigil. De officio ꝓconf. & leg. De officio præfecti Augustalis, De officio ꝑsidis, De offi. procur. Cæsaris, & rōnalis. De offic. iuridici Alexandriæ. De offic. eius, cui mandata est iurisdictio. De officio assessorum.

Secundi libri Rubricę.

*Est iurisdictio, statuens in parte secunda.*
*Si quis ius dicens, uocat in ius, non ierit tunc.*
*Iussit lex, ut eant, qui sunt in iura uocati.*
*Eximat hos nemo, leges quos satisdare cogunt.*
*Si noxalis agat, per quem fit, cautio sisti.*
*Ferias, edendo, pactum, si transigat ullus.*

De iurisdictione oīum iudi. Quod quisque iuris in alium statuerit ipse eodē iure utatur. Siquis ius dicenti non obtēp. De in ius voc. Siquis in ius uocatus non ierit, siue quis eum uocauerit, quē ex edicto non debuit. In ius uocati, ut eant, uel satis aut cautū dent. Nequis eū, qui in ius uocaē, ui eximat. Qui satisdare cog. uel iuramento promittant, uel suę cōmittatur promissioni. Si ex nox. causa agaē, quemadmodum caueaē. De eo per quē factnm erit, quo minus quis iudicio sistat. Siquis cautionibus iudicio sistendi cā fac. non obtemperauerit. De ferijs & dilat. & diuersis temporibus earū. & ex quibus causis ferię non impediuntur. De edendo. De pactis. De transactionibus.

Tertij libri Rubricæ.

*Postulat, infamat, procurat nomine terna.*
*Gesta negotia sunt his, atque calumnia iuncta.*

De postulando. De ijs qui notātur infamia. De procuratoribus & defensoribus Qđ cuiusq; uniuersitatis noīe, uel cōtra eā ageē. De negotijs gestis. De calūniatorib.

Quarti libri Rubricę.

*Restituit quarta, metus, & dolus, & minor hic sunt.*
*Diminuit, maior, alienat, & arbiter hic est.*
*Nautæ, caupones, stabularius abdita reddant.*

De in integrū resti. Quod metus cā gestum erit. De dolo malo. De minoribus uigintiquinque annis. De capitis dimin. Ex quibus causis maiores uigintiquinque an. in integrū restituanē. De alienatione mutādi iudicij causa facta. De receptis arbitris: & q arbitrium recipiunt, ut sentētiā dicāt. Nautæ, caupōes, stabularij, ut recepta restituāt.

Quinti libri Rubricæ.

*Iudiciis quinta, exhæres queritur, petit hæres.*
*Si pars hæredis sic possessoria poscat.*
*Iurgat hæredem fideicommissa petentem.*

De iudicijs, & ubi quis agere vel conueniri debeat. De inofficioso testa. De pe. hæred. Si pars hęred. pet. De possessoria hęreditatis petitione. De fideicōmissaria hæreditatis petitione.

Sexti libri Rubricę.

*Vendicat & sexta, tractans de Publiciana.*
*Vectigalis ager, aut emphyteuticus est hic.*

De rei uendicatione. De Publiciana in rē actione. Si ager uectigalis, uel emphyteuticarius petatur.

Septimi libri Rubricæ.

*Dans usumfructum pars septima, crescere, sedit.*
*Amittatur, res quæ consumende, petatur:*
*Dat seruis operas habitatio, si cauet utens.*

De usufructu: & quēadmodum quis utatur fruaē. De usufructu accres. Qñ dies usus fructus legati cedat. Quib us modis ususfructus, uel usus amittatur. De usufructu earū rerū, quę usu consumuntur, uel minuuntur. Si ususfructus petatur uel ad alium pertinere negetur. De operis seruorū. De usu & habitatione Vsufructua. quēadmodū caueat.

Octaui libri Rubricæ.

*Vtere seruitiis octaua parte locatis.*
*Prædia dant urbes, & rus communia multis.*
*Ni mihi seruitium bene uendico, perdere possim.*

a Ius naturale est Quod natura. i. Deus; & nosatiuè, & ablatiuè pōt legi. sic ī. tit. j. §. j. Et not. quia quatuor modis ius nāle ponitť. Quādoque pro iuregentiū: vt ī. de re. di. §. singulorū. Qñq; pro iure pastorū: & sic pro iure ꝑtorio: vt ff. de pac. l. j. Qñque pro ciuili: sic pro eo, qđ rescindit pacta: vt in rest. min. vt ff. de mil. te. j. Qñque pro instinctu naturæ: vt hic. & ff. eo. l. j. §. ius aūt naturale. Sed secundum cano. ius naturale dr̄, qđ in lege Mosaica, vel in Euangelio continetť: vt in prin. Decret. Et istud (qđ) hic est noiatiuus casus. qñ hæc dictio (nā) est ablatiuus casus, & eū est accusatiui, quan. (Natura) est noiatiu. & tunc dic nā. i. Deus.

ADDITIO. Dic ſm Porc. ꝙ hoc relatiuum (qđ) erit accusatiui casus, & verbum (natura) erit noiatiui. Nam hoc verbum (docuit) in textu positum pōt regere duos accusatiuos diuersos: vt in gl. or. in l. successores. C. ad l. Falc. & habetur in l. eam quā C. de fideic.

b Nā ius. Bene dico omnia aīalia. Nam ius istud, &c. nō solū est hominum, sed cōe omniū aīalium. Accu.

c Humani. Id est hominum.

d In cœlo. Id est in aere: vt aues, quæ in arboribus, & aere nascuntur: vt ī. de rer. di. § apium.

e In terra. Vt feræ bestiæ, quæ in suis lustris. i. cubilibus nascuntur: & etiam quædam aues.

f In mari. Vt pisces. Idem dico & si in qualibet alia aqua nascuntur.

g Hinc. i. ab hoc iure naturali. s. Deo, qui primo Adā Euæ coniunxit: & in paradiso deliciarū posuit. Accu.

h Maris. Id est, masculi.

i Coniunctio. s. animorū, non corporū: vt ff. de regu. iur. l. nuptias. ADDITIO. Est tñ differentia ſm Ange. quia secuto solo cōsensu possibilis est separatio per ingressum monasterij: vt C. de episc. & cle. l. Deo nobis. circa prin. & in Decre. ex publico. de conuer. cōiug. secus autem secuta carnali copula.

k Matrimonium. Id est effectum matrimonij. Et sic not. ꝙ matrimoniū quo ad originem est de iure nāli. s. de Deo: vt hic dr̄. ; de iuregentium etiā dici potest: quia ab eo receptum est. De iure ciuili etiam dici potest: quia formam ei adiunxit, & solēnitatem ; ſm Azo. vt patet ī. de nupt. per totum titulum: cum dicit a quarundam nuptijs abstinere necesse est: vel ff. de ritu nupt. per totum. vnde debet dici de iure ciuili: vt ff. de iusti. & iur. l. ius ciuile.

ADDITIO. Intellige hoc, nisi quo ad prohibitionem graduum lineæ ascendētis, vel descendentis, vel etiam collateralis in primo gradu: quia dicitur de iure diuino. c. literas. §. sanè. versi. opinioni. & §. sequen. extra de resti. spo. Item quo ad formam verborum, est de iure cano. sed quo ad instinctum cōiunctionis, seu causam finalem, scilicet, conseruationē indiuidui, est de iure naturali, secundum Christophor. Porc. hic.

Alias coniugatio.

‡ Hæc nō est legis intentio: & nā hic accipitur ꝓ virtute siue ſita ciuili bet rei. Bat. Nic. Fabr. & Placen.

Placē. & Ias. ponunt qnque: quos vide hic ꝑ eosdē.

Vel aſr ſm Ioan. Fa. ne parētes sint incerti d̄ filijs, quos alere tenētur, 16 nā lis dictat matrimonium.

Vel quo ad substātiā ꝯsensus.

hinc liberorum procreatio, l hinc educatio. m Videmus etenim cetera n quoq; animalia istius iuris o perita censeri. †

*Quod quisq; ciuitas sibi ius statuit, ius ciuile dicitur, quasi ipsius ciuitatis peculiare: qđ verò rōnis iudicio ab oī populo custodiť ius gentiū vocať.*

l Hinc liberorum procreatio. Nam Deꝰ operatur ad liberorum procreationem, & naturalis instinctus.

m Et educatio. Nam hoc iure, scilicet naturali mouetur parens ad educationem filiorum suorum potius, quam alienorum: vt ff. vnde lib. l. scripto hæred. in fi. & ad hoc etiam tenetur parens: nisi pro se sit insufficiens: vt ff. de lib. agn. l. si quis. §. sed & si filius. & §. denique.

n Cætera. Scilicet animalia præter homines.

o Istius iuris. Scilicet naturalis, de quo loquimur. Ex eo enim, quòd auis volat, piscis natat, gallina oua calefacit: mouentur isto iure naturali.

Ius autem. Diuiditur in tres partes. Primo ponit dictum bimembre. Secundo ponit exemplum primi membri. Tertiò, ponit exemplum secundi membri. Secunda ibi. nam quod. Tertia ibi, Quod verò.

CASVS. Quidam scholaris accessit ad principē, & talem proposuit quæstionem. Domine Imperator, dicite mihi, quæ differentia est inter ius gentium, & ius ciuile: & ideo quæro: quia volo vnum ius ab alio scire discernere. Imperator respondit: Amice, dico tibi ꝙ oēs populi, qui vtuntur iure scripto, & iure non scripto, pro parte vtuntur suo proprio iure. s. ciuili, & pro parte vtuntur iure communi omnium hominū. Secundò, dicit scholaris. Domine Imperator, vos loquimini sic obscurè, ꝙ nō intelligo vos. Quid est hoc dicere, quod omnes populi, qui vtuntur iure scripto, & iure nō scripto, pro parte vtunť suo proprio iure: & pro parte vtuntur iure communi omnium hominū. Dicit Imperat. Quod dixi tibi, ꝙ vtunť pro parte suo proprio iure, sic intellige, ꝙ ius, qđ sibi facit quilibet populus, illud est propriū ius illius populi, vel ciuitatis, & appellatur ius ciuile, id est, ius proprium illius ciuitatis: puta statuta municipalia, quæ in singulis ciuitatibus fiunt. Tertiò dicit Imperator, ꝙ illud ius, quo vtuntur omnes gentes de mundo naturali rōne, id est, discretione est inductum: appellaturq; ius gentium, i. ius, quo omnes gentes de mundo vtuntur. Et sic amodo aperta est differentia inter ius gentium, & ciuile: quia ius ciuile est proprium cuiusque ciuitatis: ius verò gentium est commune omnibus. Quartò dicit Iustinianus. Non solū quidem alij populi utuntur pro parte iure proprio, id est, ciuili: & pro parte iure communi omnium hominum, id est, iuregētiū: sed etiam populus Romanus hoc facit: quia ꝑ parte vtitur suo iure, id est, suis ꝓprijs statutis: & pro parte vtitur iure communi omniū hominū, id est, gentiū. Quinto respondet Imperator cuidam tacitæ obiectioni: quia possent aliqui dicere: Domine Imperator, vos fecistis mentionem nunc de iure gentium, & ciuili: dicatis de natura vtriusque iuris. Dicit Imperator, excusando se: Ego hoc dicam in competenti loco, scilicet, in §. pen. vbi dicit, ꝙ ius gentium est immutabile, & ius ciuile mutabile, secundum expositionem istius §. vel alio modo intellige istam quintam particulam. vt in glo. quæ incipit, s. iura gentium. Et hoc notum in prima parte principali. In secūda parte assignat

† Censeri, i. referri in numerū eorū, ꝙ huiꝰ iuris perita sunt tráslatione súp a ab his q cēsentur capite vel patrimonio, tametsi Budæus existimet, cēseri, hoc loco significare idē qđ admirationi, esse. Vide Bud. in Anno. in Pand. ad l. j. ff. de iustit. & iur.

Educatio si cōsidereť inspecto naturę instinctu, est de iure nāli: si prout est redacta ad necessitatē, est de iure ciuili. l. si qs a liber §. fi. ff. de lib. agno. nā pī cogitat iure ciuili alere liberos vt de Sophocle scribit Tull. in Cat. Ma. peri.

Ius a autē ciuile a iure gentiū distinguit. a qđ oēs populi, qui legib. & morib. b regunt, partim suo ꝓprio, partim cōi c omnium hominū iure vtuntur. Nā q quisque populus ipse sibi ius cōstituit, id ipsius propriū ciuitatis est; vocaturq; ius ciuile, d quasi ius ꝓpriū ipsi' ciuitatis. Qđ verò naturalis ratio e inter oes hoies cōstituit, id apud f oēs populos perę què custodit, vocaturq; ius gētiū, quasi quo iure oēs gētes vtunt. g Et populus itaq; h Romanus partim suo i ꝓprio, partim cōi omnium hominū iure vtit. Quæ singula k qualia sint, suis locis proponemus. l

*Ius ciuile a sua quaque ciuitate, vel legislatore nomē sortitur iuris tamen ciuilis simpliciter prolati appellatione ius Romanorum (tanquā nobilius) significamus.*

Sed ius quidem m ciuile ex vnaquaq; ciuitate appellat: n veluti Atheniēsium. Nā si qs velit Solonis, o vel Draconis leges appellare ius ciuile Atheniensium, nō errauerit. p Sic.n.& ius, q quo Romanus populus vtit, ius ciuile Romanorū appellamus, vel ius Quiritū r quo Quirites vtunt. Romani.n.a Romulo, Quirites a Quirino s appellantur. Sed quoties nō addimus nomē, cuius sit ciuitatis, t nostrū, v ius, x significam'. Sicuti cū poetā dicimus, nec addimus nomē, subauditur apud Gręcos egregius Homer': apud nos, Vergilius. y

gnat Iustinianus secūdā differentiā inter ius gentiū, & ius ciuile, quæ secunda pars continet quatuor partes, vt s.dixi. In prima particula.h.d. Quamuis ius gētium non habeat denominationem ab aliqua ciuitate: quia non dr ius gentium Romanorum: vel ius gētiū Bononiensium: tñ ius ciuile habet denominationē ab ea ciuitate, in qua factum est: vt ecce statuta, q fiebant apud ciuitatem Athenarū per suos sapientes, scilicet Solonem, & Draconem, possunt dici ius ciuile Atheniensium. Secundò, adducit simile, quod statuta facta Romæ possunt dici ius ciuile Romanorum, vel ius ciuile Quiritum. quia Romani appellabantur Quirites a quodam eorum rege, qui Quirinus appellabat. Tertiò dicit, Sed quid dicemus, si simpliciter dicatur ius ciuile, nec addatur nomen ciuitatis, in qua factū est illud ius, de quo iure intelligimus? Respond. per excellentiam intelligitur ius ciuile de iure ciuili Romanorum, id est de statutis eorum. Quartò, adducit simile. Ecce cum dico, poeta, & ei non addo nomē proprium: per excellentiam intelligitur de Homero apud Græcos: vel de Virgilio apud Latinos.h.d. vsque ad §.ius autem gentium.

a Diuiditur.i.vnum ab altero sic dignoscitur. Accu.

b Legibus & moribus. Nam quidam sunt, qui reguntur tantum moribus: & etiam quidam, qui nec moribus, nec legibus: vt homines syluestres: t etiam quidam, qui legibus tantum & non moribus.

c Communi. Id est, eo iure, quod est in cōi apud oēs, siue scriptum sit, siue non.

d Ius ciuile. Vt sunt statuta terrarum: quæ iura municipalia dicuntur: vt C.de emā.lib.l.j.& sic dr ad differentiam iuris naturalis, i.iuris gentium.& ita accipitur hic. Secundo modo dr ius ciuile t lex xij.tabularum: vt ff.de iust.& iur.l.ius ciuile. .hoc igit. Tertio, dicitur ius ciuile omne ius, q non est prætorium, & sic accipit ff. de iustit. & iure. l.ius autem ciuile.in prin.& §.ius prætoriū. Quarto, dicitur disputatio prudentium, quæ fuit facta super l.xij. tabu.vt ff.de orig. iur.l.ij.§.hæc disputatio.secundum Ioā. Quinto, quicquid scriptum habemus de iure, dicitur ius ciuile: vt cum dicitur, Est enim sanctissima res ciuilis sapiētia. quæ precio numario non est æstimanda: vt ff.de var. & extraord.cogn.l.j.§.proinde. Sexto, dicitur quoties adijcit aliquid iuri naturali, vt in matrimonio modo diximus: vel detrahitur iuri naturali, vt in vsucapionib. vt j.de vsuca.in prin. t Vel addit iurigen. vt in tutela inuēta a iure ciuili originaliter: vt j.de tute.in prin. vel detrahitur, vt in potestate seruorū restricta: vt j.de his, qui sui vel alieni iuris sunt.§.sed hoc tempore. hoc enim ius ciuile dicitur. vt ff. de iustitia & in l.ius ciuile.j.ff.& hæc exēpla sunt ibi notata. Acc.

e Naturalis ratio. Not. q ius gentium naturali rōne est inductum: vt hic.& j. de rer.di.§.singulorum. vnde est ius immutabile: vt j.eo.§.sed naturalia. Accur.

f Id apud. Nunc soluit. Accur.

g Vtuntur. Vt est religio erga Deum, vt parentibus, & patriæ pareamus: t vt contra violentiā resistamus: vt ff.de iustit. & iur.l.j.in fi. & l.ij. Item conuentiones, siue pacta, quæ apud omnes gentes valent: vt j.eo. §.ius autem gentium, & ff.de pact.l.iuris gentium.in prin.

h Itaque. Quia oīs populus vtitur, partim iure cōi, & partim, &c.

i Suo. Quod pro se tñ cōposuerat: aliàs esset lex generalis: vt j.eo.§.lex.

k Quæ singula. Scilicet iura gētium, & ciuilia, quibus vtuntur ciues Romani, & effectus eorū iuriū dicet j. de rer.diui. §.singulorū. vsq; ad fi.tit. vbi dr qualiter acquiruntur dominia iuregentium. Itē j.de vsuca.& in titu. seq. in quib. dr qualiter acquirūtur dñia iure ciuili. & secundum hoc refertur ad proxi.dictū.& illud intelligas de iure ciui.Roma. generali. Vel aliter dic, proponemus j.eo.ti. §.pe. vbi dicit alterū de iuribus variabile, vt ciuile: alterū nō, vt gentiū.& ſdm hoc non refert ad proximū dictū: sed ad id, quod dicit s. Nā &c.& etiā, Quod vero, &c.

l Proponem'. Sed vbi? Rñ. fortè j.de rer.di.§.singulorum.& refertur nō ad proximū. t dictū, sed ad id q dictum est. Nā q quisq; &c.& ibi. Quod vero &c.

m Sed ius quidē.&c. diximus populos cōmune, aut proprium ius habere: sed &c.

n Ciuitate appellatur. Id est nomen illius ciuitatis vbi factum est ius ciuile. debet ei imponi.

o Solonis. Nomina sunt cōpositorum statutorū in illis ciuitatibus, sicut si appellaret quis ius ciuile Boñ. statutū a cōpositorib. inuentum, & cōsilio cōfirmatū.

p Non errauerit. Imò benedixerit.

q Sic.n.& ius. Quod ꝓ se tñ cōposuerūt: aliter esset generalis lex: vt j.c.§.lex est.& de hoc, s.iure ciuili generali potest hic intelligi, vel loqui. Accur.

r Ius quiritum. Pro eodem, licet nomina mutet.

s A Quirino.i.Romulo. Qui fuit eorū rex, dictus a q.ris, q est hasta: quia magna hasta in bello vtebatur.

t Ciuitatis. Sed simpliciter dicitur ius ciuile.

v Nostrū.s.Romanorū, p excellētiā. ADDITIO. Et ideo dicit Io.Fab. q in supplicādo pro præbenda ecclesiæ cathedralis, specificatio ipsius ecclesiæ vitiaret: qa sufficit, quod dicatur in ecclesia Lugdunensi, vel Parisiensi, & q ita de facto vidit obseruari.

x Ius. Scilicet ciuile Romanorū, si est proprium, vel generale, si est factum, vt sit generale.

y Virgilius. idē in Apostolo. nā Paulus in diuina scriptura

Aliàs ius aūt ciuile, vel gētiū ita diuiditur oēs, &c.

Mores quasi loco accipiēdi sint vide Budęū ad l.ius ciuile. ff.de iust.& iu.

ꝓprio, abundat.

Qđ sibi licitū est, ꝯcor. c. q l ecclesia rū. i gl. j. l prin. ex. de ꝯstit.& in c. venerabilem. l gl. super versi. Lothari' ex. de elect.

Oēs tñ sunt de semine Adæ. Io. Fa. ius ciuile sex modis dr.

Ista gl. est magistralis ſm Ange. ad sciēdū, quot modis capit ius ci.

In hoc l. qa eo iure oīa erāt cōia ſm Iaso. hic, aliàs si gl. ꝑsupponeret, q illo iure esset dare meū & tuū eēt falsa, vt p Iac. d Are. Bal. & Albe. i l.ius ciuile. ff. de iust. & iur.

Tex. est no. ſm Ia. in l.j.§.& ghafs.ff.de ven. in posses.mi. quē Bald. reputat singularē in l.mres.C. ad Tertu. & cui potius sit parēdum. vide p Ang. hic.

Ista gl. Sdicit gl. ꝓcedē. sed ambæ sūt bonæ, vt referat ad ꝓximum dictū, vel [illegible] remotū: cū i m ambas expōnes loquamur de iure gētiū, vel ciuili, i m Nico.

Quirinus vnde dr.

pura intelligit. Itē vbi dr̄ sapiens, intelligit Salom.

Ius aut. Primo ponit vnū dictū. Secundo ponit, rō, quare iusgentiū fuit inuentū. Tertio ponit effectus: siue ponunt inuentiones iurisgentium. Secunda ibi, Nā vsu. Tertia ibi, Bella.

Diuisio.

CASVS. Quáuis in superiori §. tractauerit de iuregentium, & ciuili: quia tamen de iuregentium non tractauit ibi plenè: ideo hic plenius tractat repetendo ēt de eo, quod dixerat. Et diuidit hunc §. in tres partes: sicut supra dictum est. In quarū prima parte dicitur, q̄ ius gentiū est cōe omnibus hominib. de mundo. Secundo reddit rationē, quare ius gentium fuit inductum, quæ ratio talis est: Homines indigebant aliquibus statutis, & ideo multa inter se statuerunt, quæ dicuntur iusgentium: & maximè bella, & captiuitates, & seruitutes sunt à iuregentium: quæ seruitutes sunt contrariæ iuri naturali: qa de iure naturali omnes homines liberi nascebantur. Tertio dicit, quòd ex hoc iuregentium sunt introducti quasi omnes contractus: de quibus multa exempla ponit in textu. hoc dicit vsque ad §. constat.

*Cōis vsus, humanaq; necessitas iurigentium originē dedere, Ex hoc itaque iure orta sunt bella, sequutæ captiuitates, & seruitutes, ac contractus ferè omnes introducti.*

Ius autem [a] gentium omni humano [b] generi cōmune est. Nàm vsu [c] exigente, & humanis necessitatibus, gētes † humanæ iura quædam sibi constituerūt. Bella [d] et-

† Per hūc textum Pau. dicit verbum hoc gentes comprehēdere mares, & fœminas.

a Ius autem. Autem pro sed, & repetit de iuregentium, vt aliquid addat.

b Omni humano. Sed nunquid plura humana gña sunt? Resp. non: expono ergo. i. omnibus hominib.

b Vel expone omni. i. toti, secūdum Nic. & Io. Fab.

c Nam vsu. Ab initio enim pauci erāt hoīes: indiguerunt tñ aliquo cōi vsu: & quanto plures fuerunt, tūc magis suas cōstitutiones habebāt, & statuta: puta vt nullus vineam, vel ortum alterius intraret, & hoc sequitur, & probatur ff. de iusti. & iur. l. ex hoc iure.

Bellū est a iure introductū.

d Bella. Sed qūo a iure descēdit bellū, cū sit a iure ꝓhibitū: vt ff. de vsufru. l. æquissimū. Rñ. loquit de eo, qd̄ a populo Romano est indictū hostib⁹: vt ff. de cap. & postli. reuer. l. hostes. §. in bello. [1] Itē ꝓpulsare violētiā: qd̄ est licitū: vt ff. de iusti. & iur. l. vt vim. & ff. d̄ vi & vi ar. l. j. §. vim vi, cū moderamine tñ. vt C. vñ vi. l. j. ADDITIO. In quo moderamine requiritur primo debitia instrumentorum ꝓportio quamuis s̄m Io. Fab. aggredientem sine armis. possim cum armis repellere, si aliàs tutè me defendere nequeo. Secundo, q̄ fiat incontinenti. i. in ipsa actus flagrantia, in defensione personæ, vel ante, quam diuertat ad extraneos actus, in defensione rerum. Tertio quod non ad vindictam: in quo attendit modus facti, qualitas psonarum, & potentia. Et no. secundum Ias. q̄ ipsa ꝓpulsio est de iure naturali: sed cum moderamine est de iuregentium, secundum Ang. hic.

1 Imò a quocūq; etiā priuato ꝓ suo recuperādo: & de licētia superioris si per ipsum recuperare nō valeat, & hoc nedū ꝯ suū detinētes, sed ēt eos iuuantes. secūdū Io. & doct.

e Initio. Sed nunquid hodie? Quidam dicunt sic, nos contra: nam seruus nascit. vt j. de iure perso. §. serui. & ff. de nata. resti. l. interdum. Accursius.

f Penè. Penè dicitur ꝓp quatuor contractus: vt ꝓp stipulationem: vt j. de act. §. de consti. Item ꝓp literarum oblōnem: vt j. de lit. obli. Item ꝓp contractū emphyteuticum: vt j. de loc. & condu. §. adeo. Item ꝓp sponsalitiam largitionem. i. donationem ꝓp nuptias: vt in auth. vt spon. larg. § j. & ij. coll. ix. Et nota q̄ hic dr̄ omnes ꝯtus esse de iuregentium: sed nō omnes obligationes. Nam quæ ex maleficio, vel quasi sunt, non sunt de iuregentium sed vel a lege xij. tab. vel ab alia lege. ADDITIO. Prout glo. loquitur in quasi maleficijs, approbatur: quia in his contingit aliquem obligari ex facto alieno: quod ius gentium

1 Idem Bar & Nico. & vide gl. similē i l. ex hoc iure. ff. de iust. & iu. & in l. legitima. ff. de pac.

non considerat: sed prout loquitur in maleficijs, reꝓbat per l. j. ff. de fur. vt per Ange. & Christopho. hic.

g Innumerabiles. Id est, non facile ad numerandum habiles: vt j. de rebus corpo. & incorpo. in princ.

Cōstat. Diuiditur iste §. in tres partes. Primo ponit dictum bimembre. Secūdo ponit exemplum primi mēbri. Tertio exēplū secundi mēbri. Secunda ibi, Scriptū. Tertia ibi in §. Ex nō scripto. Item secūda subdiuidit in duas partes. Primo ponit, qd est ius scriptum. Secundo ponit exēpla. Secūda ibi, Lex.

Diuisio.

enim orta sunt, & captiuitates secutæ, & seruitutes, quæ sunt naturali iuri ꝯriæ. Iure enim naturali omnes homines ab initio [e] liberi nascebant. Et ex hoc iuregentium omnes penè [f] cōtractus introducti sunt: vt emptio, & venditio, † locatio & cōductio, societas, depositum, mutuum, & alij innumerabiles. [g]

CASVS. Vidimus de iure naturali in principio huius tituli. Item vidimus de iuregentium s̄. §. ꝓxi. Item vidimus. de iuregentium, & ciuili mistim s̄. §. ius aūt ciuile. vsq; ad §. ius aūt gentium. Sed quia de iure ciuili nō plenè tractatum est, ideo tractabit in hoc §. & seq. vsq; ad §. sed naturalia. Et ideo diuide aliter. hunc §. quū. s̄. secundum Franc. de Aret. in sexdecim partes, vsq; ad §. ex non scripto. In prima parte dr̄, q̄ ius nium ciuile diuidit in duas partes. s. in ius scriptum, & in ius non scriptum: & hoc ad similitudinem Græcorū. q̄ similiter iure scripto, & iure non scripto vtebant. Secundo dicit, q̄ primo est videndū de iure scripto. Et est sciēdum, quòd ius scriptum cōstat ex sex partib. iuris. s. ex lege, & plebiscito: ex senatusconsulto, ex principum placitis, ꝓtorum edictis, & ex rñsis prudentum. Tertio dicit, quid est lex. Certè lex dicit illa, quam Roman⁹ populus faciebat cōsule senatorum interrogante populum, vt ecce qñ emergebat aliqua qō, quæ nō erat soluta per aliquā legem, populus pulsabatur cū campana, Ad arengam, Ad arengam, Ad arengam. Et sic congregabatur pop. Rom. & tunc loquebat magistratus senatorum: & dicebat populo ibi congregato: Dñi mei, talis qō emergit de nouo: quam qōnem non reperim⁹ decisam in nostro iure: placet ne vobis, q̄ ad decisionem illius ita, & ita statuat? Et populus simul, vel diuisim clamabat, vel clamabant dicētes: Sic fiat, vel sic fiat. & sic illud taliter constitutum dicebatur lex. Quarto dicit, quid sit plebiscitum. Et certè plebiscitum dr̄ illud ius, quod plebs Romana faciebat tribuno plebeiorū interrogante plebē. Ecce. n. qñ emergebat aliqua qō pertinēs ad plebem, seu plebeios, q̄ non erat soluta per legem aliquam: pulsabat cū quadam alia campana, Ad arengam, Ad arengā, Ad arengam. Et sic congregabat plebes Romana. Et sic tunc surgebat magistratus. s. tribunus plebis, & dicebat plebi, Talis qō emersit, placet ne vobis, q̄ ad decisionē illius sic, vel sic statuatur. Et ipsi clamabant dicētes. Fiat sic, & sic. ergo illud taliter constitutum appellabatur plebiscitum. Quinto dicit, Diximus q̄ lex fit à populo, & plebiscitum a plebe. Sed quæ dña est inter populum, & plebem? Resp. populus est genus: quia appellatione populi omnes ciues Romani continent, scilicet nobiles patricij, & senatores, & ignobiles. Plebs verò sine patricijs, & senatoribus cæteros ciues significat. Sexto respondet cuidam tacitæ quæstioni. nam posset aliquis dicere: Nunquid tantum valent plebiscita quantū leges? Et dicit q̄ sic ex quo fuit facta quædam lex, quæ appellatur Hortensia in qua cōtinetur, q̄ plebiscita obtinent vim legum. Septimo quid est senatusconsultum? Et certè senatusconsultū est statutum a senatorib. cōpositum, siue leges a senatoribus

† Nomine ēptionis, & vēditionis hoc loco intelligēdā esse ꝓmutationē, putat Æmilius Ferret⁹ in notis suis in hūc ipsum locū: cū emptio non consistat sine ꝓcio, eoque in numerata pecunia: nummi autē nō sint inuenti iuregentiū quorū inistiū inq̄t, refert ad Æginetas lōge post liberū patrem quē Plin. lib. vj. natur. histo. tradit inuenisse emptionem, & venditionem.

Diuisio.

*Ius ciuile ex ſcripto cõſtat, & non ſcripto. Iuris autem ſcripti partes ſunt ſex, quæ recta ſerie pertractantur.*

Conſtat autem ius noſtrum a quo vtimur, aut ſcripto, b aut ſine ſcripto; vt c apud Græcos d τῶν νόμων οἱ μὲν ἔγγραφοι, οἱ δ' ἄγραφοι. Scriptũ autẽ e eſt lex, plebiſcitũ, ſenatuſcõſultũ f principũ placita, magiſtratuũ edicta, reſponſa prudentiũ. Lex eſt, g qđ populus Romanus ſenatorio magiſtratu interrogante, veluti h Conſule, i conſtituebat. Plebiſcitum eſt, qđ plebs plebeio magiſtratu interrogante, veluti k tribuno, conſtituebat.

Plebs autem a populo eo differt, quo ſpecies l à genere. Nã appellatione populi, vniuerſi ciues ſignificantur, cõnumeratis etiam m patricijs, n & ſenatoribus. † Plebis autẽ appellatione, ſine patricijs & ſenatoribus cæteri ciues ſignificant. † Sed &

toribus promulgatæ. Octauo reſpondet cuidam tacitæ quæſtioni. nã aliquis poſſet dicere: Senatuſconſulta videnť ſuperflua: nonne ſufficiebant leges, & plebiſcita? Rñdet dicẽs, q̃ ſenatuſcõſulta nõ ſunt ſuperflua. Nã populus Romanus erat in tantum augmentatus, quòd erat quodam modo impoſſibile, q̃ ſẽper qñ debebãt fieri aliq̃ leges nouæ, q̃ populus, & plebs cõgregari poſſent. & ideo vtile viſũ fuit populo, quòd ſenatores poſſent iura condere ſine populo, & plebe: & ſic quando cõgregabatur populus, conſul ſenatores interrogabat. Nono, quid eſt principis placitũ? Dicitur lex imperialis. nã qđ principi placuit: pro lege ſeruatur. Decimo, rñdet cuidam tacitæ q̃ſtioni. Nam poſſet aliquis quærere. Quare princeps põt legem facere? Reſpon. Quia populus Romanus tranſtulit in eũ principem omne ius ſuum, & imperium: & maximè poteſtatẽ legis condendæ. Vndecimo dicit, q̃ Imperator põt facere legẽ, vt dixi: ergo id qđ inſtituit Imperator, ſeruať pro lege, ẽt ſi in modũ epiſtolæ faciat: vt ĩ. de his, q ſui vel alie. iur. ſunt. §. fi. Vel ita ſi inter litigãtes cognouit, & definitiuè pronunciauit, volẽs q̃ illa ſententia eſſet lex: vt C. de legi. & conſtit. l. fi. Vel ẽt ſi apponat in lege, quã facit, hoc vocabulũ, edictali, vel edicto: vt C. de ſecun. nup. l. hac edictali. Duodecimo, q̃ leges imperiales propriè appellantur cõſtitutiones. Tertiodecimo dicit, q̃ legum, ſiue cõſtitutionũ imperialiũ quædã ſunt perſonales, quædã generales. Perſonales dicunť, quæ ad alias perſonas nõ extẽduntur. Ecce ſi alicui ob meritũ, id eſt, propter ſuum meritũ princeps indulſit, i. pepercit, quia deliquit in principẽ. & princeps videns iſtum, q̃ bene ſibi ſeruierat, dat ſibi ſuam gratiã: iſta gratia quã dat ſibi princeps, non tranſit ad aliam perſonam. Ideo dicitur in textu, quòd priuilegiũ perſonale nõ tranſgrediť perſonam, cui tale priuilegiũ cõceditur. Aliæ vero generales conſtitutiones ſunt in omnibus alijs hoĩbus. Quartodecimo dicit de magiſtratuum, ſiue p̃torum edictis: dicẽs q̃ prætorũ edicta obtinent vim legum. Etiã dicit, q̃ hoc ius prætorũ poteſt etiam honorariũ appellari, ab honore ipſorũ prætorũ, qui faciebant huiuſmodi ius. Quintodecimo dicit, q̃ iſti p̃tores Romani erãt multi. & ex his erant quidã, qui appellabantur ædiles curules: qui ſimiliter faciebant ſuas leges ſuper certis articulis, vel capitulis: quæ leges ſunt pars iuris p̃torij. Sextodecimo dicit, quæ ſunt reſpõſa prudentũ. Et certè reſponſa prudentũ dicunť ſententiæ, & opiniones illorum ſapientum Romanorum, quibus permiſſum erat à principe iura cõponere, qui iuriſcõſulti appellabantur: quæ reſponſa eorum tantam habebant poteſtatem, quòd nullus iudex poterat contra eorum reſponſa ſemel pronuntiare. Franc. de Aret.

a Ius noſtrum. Id eſt, ciuile Romanorũ, de quo diximus. ſ. e. §. ſed ius. Largè vocatur ius ciuile, quicquid ſcriptum habemus de iure generali: vt diximus ſ. eo. in glo. vt ſunt ſtatuta terrarũ, &c. ibi, quinto, &c. Itẽ quicquid habemus de moribus hic comprehendit, ſ. generalibus: vt patet ex inferioribus.

b Scripto. De hoc dicit vſque ad §. j. ex non ſcripto. & de non ſcripto ibi dicet Accur.

ADDITIO. Non tamen eſt neceſſaria ſcriptura ad ſubſtantiam legis: ſed ad probationem tantum. arg. l. contrahitur. ff. de pign. ſecundum doct. hic.

c Vt. Pro ſicut.

d Apud Græcos. Nam Græci vtebantur iure ſcripto, & non ſcripto: vt ĩ. eo. §. & non inelegãter. Accur.

ADDITIO. Græcum quod in textu eſt, ita vertas: legũm aliæ quidẽ ſcriptæ: aliæ verò nõ ſcriptæ. Budæus verò in adnotationib. ad Pandectas hoc ipſo titu. legit, to men agraphõ, to de nomicon, ſed in idem recidit.

e Scriptum autem ius. Scilicet ciuile Romanorũ: de quo dixit ſ. eod. §. ſed ius. Accurſius.

f Senatuſcõſultum. Quare dicti ſunt conſules. no. ff. de ori. iuris. l. ij. §. exactis.

g Lex eſt. Hæc definitio quo ad ſententiã concordat cum ea, quæ eſt ff. de legi. & ſenatuſc. l. j. 3 licet quo ad verba diſſentiat. Definiť & alio modo: Lex eſt ſanctio ſancta, iubens honeſta, prohibens contraria, quæ ſumitur ex lege Græca. ff. de leg. & ſenatuſc. l. ij. Item definitur tertio modo, vt in alia lege Græca colligitur in eo. tit. de legi. & ſenatuſcon. l. j. Accur.

h Veluti. Exemplificatiuè ponitur: vt ĩ. §. prox. nam facta cõuocatione populi Romani, magiſtratus, id eſt, ſenatus non totus, ſed qui maior erat omnibus, interrogabat populum, ſcilicet conſulendo, an ſic placeret, 1 & ſic ad libitum populi fiebat: vt ff. de orig. iu. l. ij. §. deinde. j.

i Conſule. Nam conſul vice omnium ſenatorum interrogabat populum, & ſic ipſi ſenatores videntur interrogare. Nam qui per alium facit, per ſe facere vĩ: vt ff. de vi & vi ar. l. j. §. deieciſſe. & ff. de admin. tut. l. ita aũt. §. geſſiſſe. 2 Nam rectè omnia noſtra facimus, quibus à nobis authoritas impertitur: vt C. de vete. iur. enuc. l. j. §. ſed ſi quid. ver. omnia.

k Veluti. Exemplificatiuè ponitur: vt ĩ. §. proxi. erat enim vnus nomine tribunus, qui præerat plebeijs, & eorũ magiſtratui: qui interrogabat plebeios: vt ff. de orig. iur. l. ij. §. poſtea. ver. mox cũ reuocata. & §. iiſdẽ tpib. & multas leges habemus de his, vt de leg. Aql. vt ĩ. de leg. Aquil. §. ex hoc tñ capite, & ne præſides accipiant niſi eſculenta: vt ff. de offic. procon. l. ſolent. §. fi. & ff. de offi. preſi. l. plebiſcito.

ADDITIO. Sed hodie nec illa, ſi habent ſalariũ, vt ibi no. ſecus in delegatis. extra de reſcrip. c. ſtatutũ. §. inſuper. lib. vj. Ioan. Fab.

l Species à genere. Eſt autem genus, quod prędicatur de pluribus differentibus ſpecie: vt animalium aliud rationale, aliud irrationale, & ſic ſe habet populus (vt ſequiť) ad nobiles, & ignobiles. 4 Species aũt eſt, quod prędicatur de pluribus differẽtibus numero: vt hominum alius Titius, alius Seius, ſic ſe habet plebs. nam minorem tantum comprehendit. vt ſequitur.

ADDITIO. Et ſic valet argu. de ſpecie ad genus affirmatiuè: vt l. ij. §. doli. ff. vi bon. rap. non aũt negatiuè. l. duobus. §. ſi quis. ff. de iureiur. ſecundũ Ia. hic.

m Etiam. Quaſi dicat, non ſolum populi appellatione viles connumerantur, ſed etiam patricij.

n Patricij. Qui erant quaſi patres principis, vt ĩ. qui bus modis ius pat. pote. ſol. §. filius. 5

Sed

a Aliàs ſcriptum autẽ ius, &c.

b Aliàs plebiſcita, ſenatuſcõſultus, &c.

† Cõcor. in c. poſt electionẽ, & gl. ſuper ver. nulla tenus, poſt princi. ibi ſic nomine populi cõ de electio. & gl. in c. ſedes & ver. maiores, prope fi. ibi, plebis aũt appellatione extra de reſcri.

Abũdãt, quo vtimur.

† Certè olim plebe cõtinebanť Equites, poſtea tñ ordinẽ ſuum illi quoq; acceperunt: vt hoc loco ex plinio annotauit Æmil. Ferr.

1 Imò dic ſm Porc. q̃ ibi definiť lex p quidditatẽ, & ſubſtantiã & p effectũ, q̃ ex ea ſequuntur: hic verò p cãs efficiẽtes, ſeu in eſſe pducẽtes.

2 Et iõ dicit Ange. q̃ nõ valeret ſtatutũ, 1 eius confectione cõſtaret, q̃ nõ fuerit cõſilio p priorẽ facta ppoſitio, ſecus tñ in dubio. Ang. Aret.

3 Debet tñ i libello exprimi, q̃ p te, vel alium tuo noĩe tale qđ cõmiſſum fuerit: aliàs agendo p te, & pbãdo de alio tuo noĩe expoliante, nõ obtineret ſecũdũ Ioã. Fa. & An.

4 Excipiũtur tñ clerici. vbi de eorũ p iudicio agiť ſm Pan. ca. j. ex. de vita & honeſ. cle. & Iaſo. hic. Aliàs, cõcedat.

5 Pricij, q̃ dicanť: vide Budęũ ad l. vlti. ff. de ſenatoribus. & Alcia. ad l. C. xij. tit. de dignitatibus & non ſpar. pecu.

a Sed & plebiscita. Videbantur minus valere, quasi loco,& argumēto sumpto ab authoritate: quia maior est patritiorum,& senatorum authoritas: vt C.de leg. l.humanum. & ff.de eden. l.si quis ex argen. §. j. sed hoc sublatum est per legem latā ab Hortensio Rege, vt sequitur, & ff.de orig.iur.l.ij. §.deinde cum esset. versi.s. mox cum reuocata.

b Lege Hortensia. Sic dicta ab Hortensio, qui pacem composuit inter nobiles, & plebeios: & inter eos sic statuit, vt valeret plebiscitum.

c Constituit. Nam poterat facere legē: vt hic, & ff. de legi. & senatuscon. l.non ambigitur.

d Legis sanciēdę causa. Nam idem est si ex alia: quia difficile erat tot homines conuenire. Accu.

e Consuli. Idest, interrogari, Nam antea populus interrogabatur: vt s.eo.titu. §. plebiscitum. & sicut populus interrogabatur prius: sic postea senatores (qui cētum erant numero) interrogabantur a cōsule: 1 vt C.de pet. hære.l.fi.in princi.& ff.de orig. iur. l.ij.§. deinde qa difficile.

Sed & quod. Iste §. diuiditur in quatuor partes. Nam primo ponit dictum. Secundo eius rationē. Tertio ponit illationem. Quarto dictum modificat & declarat. Secunda ibi, Cum lege. Tertia ibi: Quodcunque. Quarta ibi, Planè.

plebiscita a lege Hortensia b lata non minus valere, quā leges cęperunt.

Senatusconsultum est, quod Senatus iubet, atq; cōstituit. c Nam cum auctus eēt populus Romanus in modū, vt difficile esset in vnū eum cōuocari legis sanciendæ cā: d æquum visum est, Senatum vice populi cōsuli. e

*Quod princeps animo legis cōdēdę statuit, legis vim obtinet: & cōstitutio dr̄, ligatq; oēs, modò generalis sit: qđ si ob certæ personæ meritū odiumue emanarit, ad exēplū non trahitur: & cū personalis sit, personam non egredit.*

Sed & qđ principi placuit, f legis g hēt vigorē: h cum lege Regia, i q̄ de eius Imperio k lata est, populus ei, l & in eum oē Imperiū suū, & ptatē cōtulerit. m Quodcūque ergo Imperator p epistolā n cōstituit, vel cognoscens decreuit, o vel edicto p pcepit, legē q esse cōstat. Hæc sunt, r q̄ constitutiones appellantur. Planè ex his q̄dā sunt psonales, s q̄ nec ad exemplū trahunt: qm̄ nō hoc princeps vult. Nā qđ ob meritū t indulsit alicui, u vel si quā x pęnā irrogauit, y vel si cui sine exēplo z subuenit, a psonam nō trāsgreditur. a Aliæ aūt cum gn̄ales sint, oēs proculdubio tenent. b

*Prætorum edicta, vim legis habent: ædilitiumq; edictum pars est iuris prætorij.*

Prætorum quoque edicta c non modicā d obtinent iuris authoritatem. Hoc etiā ius honorariū solemus appellare: qđ e qui honores gerunt, id est magistratus, f authoritatem huic iuri dederunt. g Proponebant & ædiles curules h edi-

f Placuit. Causa faciēdi cōem legē. 1 & generalē: alias nō esset lex cōis: vt sequitur: & C.de sent.& inter.om. iu.l. ex stipulatione. Nā ibi dicitur, nō ois vox iudicis est sententia. & sic non ois vox principis est lex.

g Legis. Quam non habemus.

h Habet vigorem. Id est, lex est, & pro lege seruatur.

i Lege regia. Hac lege cautum fuit, 3 vt ptās legis faciendæ trāsiret de populo ad principē, vt hic, & ff.de ori.iu.l.ij.§.nouissimè. & facit ad hoc ff.de cōsti.prin. l.j. vbi sunt eadē verba. Et hanc legem Regiā nō habemus. Nā facta fuit super regno.i.Imperio trāsferendo.

k Imperio. Transferendo de populo ad principem.

l Ei.i. principi. quo ad honorē: & in eū quo ad onus.

m Contulerit. Id est, transtulerit. sic vt ipse populus amodo nō habeat hoc ius. sic C.de vet.iur.enu. l.ij.§. hoc autem, & de leg.& constit. l.fi. Sed alij dicunt, q̄ adhuc populus potest facere legem. 4 & quod dicitur solum principē hoc posse: verum est solus, id est, nullus alius solus, secundum Ro.

n Per epistolam. Vt j.de his, qui sui, vel alie. iu. sunt. §.dominorum.& ff.de constit.prin.l.j.

o Decreuit. Sedens pro tribunali dando sententiam definitiuam: vt C.de leg.& constit.l.fin. Nā interlocutio principis non habet vim legis, nisi hoc expressierit a princip. vt ead.l.fin.C.de legi. Accursius.

ADDITIO. Dic hoc verum esse, scilicet definiendo præter ius: & præsentibus partibus. aliàs non, vel etiam interloquendo, dūmodo in corpore iuris claudatur, secundum Angelum hic.

p Edicto. Vt C.de legi.& consti.l.ij.& de secun.nūp. l.hac edictali.

q Legē. Generalem, quam potes cognoscere quatuor modis. 5 vt C.de legi.& constit.l.leges. vel speciē: vt sequitur.

r Hæc sunt. s. quas cōstituit Impe. Acc.

s Personales. Dum modo in iuris corpore non sint clausæ, 6 aliàs omnes sunt generales: vt C. de iusti.Cod.confirmā-do.l.vnica. in §.fina. Accursius.

t Ob meritum. Quia multū seruierat principi: 7 & ideo aliquam pęnam, quam debebat ille pati propter delictum, quod fortè fecerat, ei remisit. Accur.

u Alicui. Pœnā merenti.

x Irrogauit. Scilicet non merenti: vel merenti, sed maiorem fortè, quā quæ esset dignus: 8 vt pœna eius met9 sit multorū: vt ff.de pœnis. l.aut facta.§.fi. Accur.

y Sine exemplo. Id est, vt alij non caperent exemplum. Acc.

z Subuenit. Vt clericis, quibus indulta sunt specialia: vt l auth. vt cle apud prop.epis. & C.de epi.& cle.l.cum clericis.& l.omnes qui,& curiæ, & alijs: vt C.de le.& const.l.ij. Sed nunquid intelligitur si ne exemplo subuenire, si cui simpliciter rescribat? Respond. sic, dummodo non sit ibi aliquod signū ex his quatuor, quæ dicuntur C.de leg.& consti.l.iiij.

a Non transgreditur. ff.qđ quisque iur.l.j.contra. Sed distingue, an ad sui postulationē sit cōcessum: quo casu trāsgredit. vt ibi: aliàs nō, vt hic, & ff.quòd quisque iu.l.ij. 1 Et sic soluit aliud cōtra.C.de fru.& li.exp.l. fi. Vel dic ad vtrūque cōtra qđ ad aliud extendit: hoc est dicere, vt alius habeat priuilegiū. Vel dic, 9 quòd illud est speciale in illa l.C.de fru.& li.expen. propter æqualitatē in iudicijs obseruādā.ar. C.de postu.l.p.o uidendū. Vel melius licet egrediatur personā, non est tñ generale ius: nec videtur alius. s.aduersarius prosus: cum sit contingens occasione controuersiæ.

b Tenent. Id est, ligant. Accursius.

c Edicta. Quæ scripta erant in albo prætoris: vt ff.de iur.om.iu.l.si id qđ.in p.rñ. Accu. ADDITIO. Et prætores hodie sunt præsides prouinciarū, habētes sub se officiales totius territorij: vt est ptās Florētiæ. And.

d Non modicam. Sed magnam.

e Quod. Id est, ideo quia.

f Magistratus. Scilicet ipsi prætores: vt ff.de iustit.& iure.l.ius autem.§.ius autem prætorium.

g Dederunt. Vt ff.de ori.iur.l.ij.§.eo tempore.

h Ædiles curules. A cura dicti. Obseruabāt enim ne

suum

1 Dicit tñ Angel. q̄ q̄uis loco senatorū hodie successerint ɔsiliarij, seu decuriōes, nō tñ possēt sup principi referre natis statuere, pu ta ad famā, seu i9 geniture aliquē restituere, spurios legitimare, aut veniā ętatis cōcedere.

2 Dūmodo sit iustū, & honestū sm Angel. & Iac. hic: p ea q̄ pulchre not. Bal. in l. qđ ex libera. C. de ope lib.

3 Idē Nic. & est de mēte om niū.scrib.

4 Quod è verum. s. municipalē, vt s.e. §.oēs. seu particularē: dum mō hēat collegiū approbatū nō aūt generalē. vt per Io. Fabr. & Ang. Are. hic.

5 Aliàs & si cui.

6 Aliàs.n.

7 Concor. in prohe. Decreta. in gl. vlti. post prin. ibi. Et indulgētia. & c.j. gl. post prin. extra de calūnia.

8 Se.quun tur Nic. Io.de Pla. Porc. & Iac. dicit tñ Ioan. Fab. quod sex modis.

9 Idē Nico.& Iab.

1 Istā gl. & seq. in ver. irrogauit sequuntur Ang.& et Io.de Pla. & Por.

3 Fallit s calib.notatis hic p Ange.

2 Istā approbat, Bartol.

ruinæ, vel incendijs ædium deformaret vrbis aspect⁹.

a De quibusdam causis. Vt de morbis, & morbosis, & vitiosis aialib. vt patet. ff. de ædi. edi. l. j. ADDITIO Dic hoc verũ respectu actiõis redhibitoriæ: sec⁹ respectu actionis, q̃to minoris, q̃ durat p̃ annũ, s̃m An. hic.

de legi. & se. con. l. de consuetudine. Nunquid ergo iudicatur exẽplis? Rñ. nõ: vt C. de sen. & interlo. om. iu. l. nemo iudex. & facit ff. de off. præ. l. sed licet. Sed ex consuetudine, quæ approbatur exemplis, & sic conceditur aliquid per obliquum, quod directò non conceditur. sic arg. ff. quæ res pign. oblig. pos. l. Aristo. in fi. sic econtra peto ex promissione, quę promissio probatur ex longo vsu: vt ff. de vsu. l. cum de in rẽ verso.

ctum de quibusdam causis: a quod & ipsum iuris honorarij b portio ẽ.

*Iure consultorum sententię (quibus à Cæsare iura interpretãdi facultas data erat) responsæ prudentũ dicuntur: quæ usque adeò iuris pondus obtinebant, vt nec cuiquã iudicũ ab his recedere fas eẽt.*

Responsa prudentũ sunt sententię, c & opiniões d eorũ quib. permissũ erat de iure respõdere. † Nã antiquit⁹ cõstitutũ erat, vt eẽnt, q iura publicè e interpretarentur: quib. à Cæsare f ius respõdendi datũ est: qui iuriscõsulti appellabãtur: quorũ omnium sentẽtiæ, & opiniones eã authoritatẽ tenebant, vt iudici g recedere à respõsio eorũ nõ liceret vt est constitutum. h

*Consuetudo moribus vtẽtium comprobata vim iuris scripti habet: hæc tamen ab Atheniensibus, illa à Lacedæmo ortum habuit.*

Sine scripto * ius venit, i quòd vsus approbauit. † Nã diuturni k † mores consensu l † vtentiũ cõprobati, legẽ imitant. m Et non n ineleganter in duas species ius ciuile o distributũ esse videtur. Nam origo p eius ab institutis q duarũ ciuitatũ Athenarũ, scilicet, & Lacedæmoniorũ, * fluxisse vr. In his enim ciuitatib. ita agi solitũ erat, vt Lacedæmonij qdem magis ea, q̃ p legib. obseruabãt memorię mãdarẽt: Athenienses verò ea, quę in legib. scripta comprehendissent, * custodirent.

b Honorari. Qualiter? Respond. quia ædiles erant ex prætoribus: vt j. de diui. stip. §. prætorias. & ff. de verb. obli. l. v. §. prætoriæ.

c Sentẽtiæ. Snĩa est firma, & indubitata rõ. secundum Io.

d Opiniones. Opinio est cum dubitatione respõsio, secundum Ioan.

e Publicè. Id est, quorũ interpretatio fiebat publica authoritate cõcessa a principe, vt Vlp. Pap. & similes. qui fecerunt leges. ff. de ori. iur. l. ij. §. post originem. & §. iuris ciuilis sciẽtiam.

ADDITIO. Hodie tñ snĩa doctorũ est p̃babilis, & nõ necessaria: vt no. glo. in l. j. circa fi. C. de leg. & legendi, seu interpretandi licentia in doctoratu collata, operatur, vt hæc possint publicè fieri: qd alias non liceret. l. j. C. de stud. lib. vr. Ro. lib. 11.

f A Cæsare. Augusto: vt s. in primo titu. ponit. Acc.

g Vt iudici. Scilicet nulli.

h Vt est constitutum. id est, sicut ipsi constituerint.

Ex non scripto. CASVS. Vidimus de iure ciuili scripto à §. præcedenti vsq; huc. Nũc hic sequit' videre de iure ciuili nõ scripto. Et est sciẽdũ, q iste §. vsq; ad §. sed naturalia. diuiditur in duas partes principales. In prima parte dicitur, q ius nõ scriptũ est illud, quod vsus populi Romani, vel alterius populi approbat. & obseruat: qd ius quãuis i scriptis nõ sit redactũ tñ obtinet vires, & vicẽ legis scriptæ. secũdo reddit rationẽ, quare ius ciuile in duas ptes diuidit'. s. i ius scriptũ, & in ius nõ scriptũ: vt s. §. cõstat Et est rõ: qa leges Romanæ habuerũt originẽ a duabus ciuitatibus Græciæ. s. Lacedæmonia quæ vtebat' iure nõ scripto. i. consuetudine vel vsu. & habuerunt etiam ortũ leges Romanæ ab Athenis, quæ vtebantur iure scripto.

i Ex non scripto ius venit. De iure scripto vidimus: quod in sex partes diuiditur, sequitur de nõ scripto: vt supra eod. constat.

k Diuturni. Sed quanto tẽpore vsus facit mores, vel consuetudinẽ? Resp. x. an. vt ff. qui & qb. ma. li. nõ fi. l. cum fideicõmisso. §. Aristo. licet secundum quosdã exigat' tẽpus. cuius nõ extet memoria: ar. ff. de aqua plu. ar. l. j. in fi. & ff. de aqua quo. & æst. l. iij. §. duct⁹. & C. quæ sit lon. consuet. l. cõsuetudinis. & C. de sac. san. eccl. l. fi. Item quia dr longa, vt patet in tit. C. eo & ff eo. longa autem x. ann. dr: vt j. de vsu. cæ. §. j. sequitur ergo, q x. an. sit robusta. Sed nunquid semel sufficit: vt intra x. ann. secundum eam iudicet'? Res. non: imò debet ad minus bis secundũ eã iudicari: vt C. de epis. au. l. iij. in fi. vel q̃rimoniã, vel libelli propositũ c̃ consuetudinem talẽ spernere: vt ff.

l Consensu. Alias nõ potest esse cõsuetudo: cũ dicatur cõsuetudo, quasi communis assuetudo, & error consuetudinẽ impediat: vt ff. de le. & se. con. l. quod non ratione.

ADDITIO. Dic hoc verum, si error durauit, vel consuetudo sit penitus irrationabilis: puta contra fidem, ius naturale, vel diuinum: seu inductiua peccati. Sed si superuenit sciẽtia, vel error fuit circa causam impulsiuã: quãuis sit seuera, & minus rationabilis tamen valet saltẽ in casu suo, vt ibi: nisi expressè per legem, vel constitutionem reprobetur: secundum communiter doct. hic.

m Imitantur. Id est, tantũ valet consuetudo, vbi lex scripta non est, quantũ lex vbi scripta est. Et not tres virtutes cõsuetudinis, imitandi legẽ, vt hic. Itẽ interpretandi legem, vbi lex est dubia: vt ff. eo. l. si de interpretatione in fi. Item corrigendi: vt ff. de legi. & cons. l. de quibus. in fi. & j. e. §. ea verò. Quod distingue aut est gñalis cõsuetudo per totũ mundum. & tunc vincit legem vbique: vt ff. de leg. & senatusc. l. de quib⁹. §. fi. aut specialis: & tunc vincit legem in eo loco, vbi est: vt ff. commu. præd. l. venditor. §. si cõstat: dummodo post legem fuerit inducta: aliàs vincitur a lege superueniẽte: vt ff. de sepul. vio. l. iij. §. diuus. in alio autem loco consuetudo specialis non vincit legem, sed vincitur a lege: vt C. eo. l. cõsuetudinis. & hoc secundum Ioan. & Pyl. licet alij aliter distinxerunt.

ADDITIO. Et hic gl. dupliciter restringit illam legẽ: & cum ea transeunt cõiter doct. sed c. fi. de consue. videtur. dictam legem intelligere, nisi consuetudo esset rationabilis, & legitimè præscripta. Ias.

n Et non. Hic §. cõis est ad duo supradicta. s. ad ius scriptum, & non scriptum, ideo bene est hic. §.

o Ius ciuile. Largè accipe: vt no. in §. cõstat. s. eo. in gl. j.

p Origo. Id est, lex xij. tabul. quæ fuit origo totius iuris ciuilis, & principium.

q Institutis. i. ordinamẽtis. Nam Romanus pop. decem viros pro isto iure misit, qui x. tabulas eburneas retulerunt tam de iure scripto Atheniensium, q̃ non scripto Lacedæmoniorum: sed quia postea aliquid deerat, vel emendationem desiderabat: data fuit potestas per vnum annum his decem viris, vt ius, & leges corrigerent addendo, & detrahẽdo: & si opus esset interpretarent', q vt ea facerẽt, duas tab. addiderũt: & sic l. xij. tab. ex accidẽti dicta ẽ: vt ff. de ori. iu. l. ij. §. j.

Sed

Hoc nõ reperit' iure cautum secũdũ Nico.

a Idẽ Nico. Ange. & Pla.

Approbat p Nico. Ange. & Ioã. de Plat.

In vul. exẽp. quibus p̃missum erat iura condere.

Ista est falsa: qa tacit⁹ populi ɔsensus ex quo īducit' cõsuetudo, semp est cõtinuus, & præsumitur spatiũ decẽ annor. & hoc in cõsuetudine, p quã ius cõstituit', sed i ea, p qd i⁹ acquirit', seruat' de iure ciuili: vt no. i l. cũ de in rem vers. ff. de vsu. & l. si c. iis annis. C. de pac. de iur. canonico, distinguit an hẽat titulum vel nõ: & an sit ꝯ i⁹ cõe, vt p Io. Fab. & Ang. hic.

Et hæc est cõis opinio s̃m Christ. & Ias. hic: nã si de iure cano. in rebus ecclesiasticis vbi reqritur spatiũ 40. annorum secũdum Ioã. Fab. & Ange. hic.

o Hoc verũ in cõsuetu. cõcernente iudicialia, secundum Ange. hic: aliàs sufficiũt duo actus, etiã extraiudiciales, dũmodo sint notorij. alias relinquit' arbitrio iudi. secũdũ cõiter doct. hic.

* Alias & non scripto.

Cõcor. cum hoc tex. c. cęterum. cum glo. ij. extra d̃ test. cog.

Tacito. nam si expresso, esset l. municipalis s̃m Nico. de Neap.

Ita q̃ bis est iudicatũ h̃r p̃ continuatione Æg. Per.

In qbusdã exẽpl. & Lacedęmonis.

Alias deprehẽdissent.

Lex 12. tabularum vñ ortũ habuit.

Sed naturalia. CASVS. Iste §. dupliciter pōt intelligi. Vno mō, vt faciat dr̄iam inter ius naturale, qđ est cōe oib. animalibus, quod est immutabile: & ius ciuile cuiuscūque ciuitatis, qđ est mutabile. Ecce enim ciuilia iura, & statuta alicuius ciuitatis, Romanæ, vel alterius, tolluntur per nouā cōsuetudinem ꝯtriam. Alio modo pōt intelligi, vt differentiā faciat inter ius gentiū, quod est cōe omnib. hominibus ex vna parte: & ius ciuile ex alia parte. h.d. vsq; ad §. oē autem. Fran. de Are.

a Sed naturalia. Hic §. pōt intelligi de iure naturali primæuo, quo mouent͛ oīa animalia ad aliquid faciendum: vt no. ꝫ. eo. ti. in prin. Sed qđ dicit esse immutabile, est ꝯ id quod de seruitute dicitur: q̄ est ꝯ ius naturale: & tñ præualet: vt ꝫ. e. §. ius autē. Sed dic, nō derogat͛ ob hęc, licet nō seruetur in illo casu: nā nihilominus bonum, & æquū est. † Et eodē mō rñdeo ad illud qđ dr̄ ĩ de cap. dim. §. qđ aūt. qđ est ꝯ. Vel ibi nō tollitur cognatio: sed ius succedēdi. Itē eodē mō, vt prius rñdeo ad illud qđ de vsucapione dr̄ ĩ de vsuc. in prin. qđ constat esse ꝯ ius naturale: vt ff. de cōd. inde. l. nam hoc natura. ‡ Vel dic, ꝙ iste loquitur de iure gentium: quod patet ex illa litera, Quæ apud omnes gentes. & ꝫ. eo. §. quod verò naturalis. Accur.

b Constituit. De consuetudine speciali, vel lege municipali scripta.

c Tacito consensu. Scilicet contraria consuetudine: vt ff. de leg. & se con. l. de quibus. in fine.

d Vel alia. Id est contrario statuto: & sic redduntur singula singulis.

Oē aūt. CASVS. In hoc §. de iure ciuili tractatur: & sic de tertia parte tit. Et dr̄, ꝓ totum nostrum ius ciuile diuiditur in tres partes. In prima parte tractat͛ de p̄sonis. In s̄cda de rebus. In tertia de actionibus. Secūdo dicit, Primo videamus de p̄sonis, tanquā de dignioribus. Et reddit͛ rō quare primo de p̄sonis est videndū: quæ rō talis est: ꝗa nihil p̄dest scire iura, nisi primo sciremus de p̄sonis, & cōditionib. p̄sonarū: quarū personarum cā, seu gratia, & earum fauore iura cōdita, & composita sunt: hoc dicit vsque ad finē.

e Omne. Quid sit ius, & qualiter diuidat͛ dixit: nunc differentiam inter ipsa iura ponit.

f Ad personas. De hoc dicitur ĩ. in toto primo libro vsque ad tit. de re. diui.

g Ad res. De hoc dr̄ ĩ. lib. ij. & iij. vsq; ad tit. de oblig.

ADDITIO. Et quid appellatione rei mex contineatur, vide per Ang. Aret. hic.

h Ad actiones. De his dicitur ĩ. de actio.

i Personæ. Nā hō est dignissima creaturarū: vt ff. de ædil. edi. l. iustissime. in prin. vñ Ouid. Pronaq; cum spectēt aīalia cętera terrā. Os hoī sublime dedit: cęlūque videre iussit: & erectos ad sydera tollere vult⁹. Et Ver. Igneus ē ollis uigor, & cęlestis origo Seminibus.

k Ignorent͛. Et sic statim ponit de iure personarum. Et nota hic quod digniora præponenda sunt. sic ĩ. de bo. pos. §. aliam vero. in gl. altiori. & per hoc facimus multas formationes titulorum.

Hīc Cicero li. ꝫ. de re publica legē naturę cōstātem, & semper nā atq; ēt immutabilē appellat.

Hoc est quātū in se est: scilicet: i ab stracto viget semp̄ vniformiter: sed q̄tū est in cōcreto, pōt in aliquo mutari: s̄m Ang. hic.

Ista est vera secūdū Ange. hic.

Et no ꝙ ea quę sunt d̄ necessitate naturę, nō mutātur, vt hic. sed ea q̄ sunt de p̄sumptione, sic vt leonis feritas, & hoīs mansuetudo: in q̄b⁹ inspicit͛ magis accidēs, quam natura: qđ inducit͛ in arg. ad repræsalias ꝯ aliquos puta Ferrarienses poss͛ fas. vt per Ange. & Ias.

Ouid. 1. Metam. & Virgil. in vj. Æneid. & Mercu. Trismegistus mirā dū qđ dixerūt hominem.

*Ius naturali rōne apud oēs gētes obseruatū, et ciuile, in hoc discrepāt: qm̄ primū īmutabile est, reliquū verò cōsuetudine, aut cōtraria l. mutat̄.*

Sed naturalia [a] quidē iura, quæ apud oēs gētes peræquè obseruant͛, diuina quadā prouidētia cōstituta, semp̄ firma, atq; immutabilia † p̄manent. Ea verò, q̄ ipsa sibi quęq; ciuitas constituit, [b] sępè mutari solent, vel tacito consensu [c] populi, vel alia [d] postea lege lata.

*Ius cōe ad personas, res, vel actiones spectat: & à dignioribus sumendū exordiū.*

DE IVRE PERSONARVM.

*Quia oē ius aut ad p̄sonas, aut ad res, aut ad actiones p̄tinet. l. i. ff. de sta. ho. § i. ꝫ. titu. i. §. fi. Cū ergo p̄sonæ quibuscūq; reb. digniores sint, l. iustissime in prin. ff. de ędi. edic. ideo ab eis exordiū facturus: subdit de iure personarum. Secundū Por.*

Omne [e] autē ius, quo vtimur, vel ad p̄sonas [f] pertinet, vel ad res, [g] vel ad actiones. [h] Et prius de personis videam⁹. nā parū est ius noscere, [i] si p̄sonæ, i quarū causa cōstitutū est, ignorentur. [k]

Istā cōtinuationem sequitur Pe. de Bel. pert. hic.

## TITVLVS III.

## DE IVRE personarum.

[*] Dic q oraculũ ẽ qđ ad orõnẽ alicuius, vel p̃ces ɔcessũ ẽ: vel ẽ diuina volũtas ore hominis expssa, p gl. j l. digna vox: C. de legi. Et de viuæ vocis oraculo plenĩ[9] q̃ p aliũ p Mãdo. I glo. Facu. §. Et j ipa, I ver. sungatur. Æg. Per.

† Aliàs, veniunt.

† Huius adoptiõis meminit Sueto. in vita Tyberij Cæsaris.

† Et sic ex noĩatione alicui[9] acqrit vt hic, & i ca. per tuas. cum gl. sup verbo appellauit post medium, ibi itẽ est hic arg. cõ q fil. sint legit.

† Hic tex. est singu. ẽn lac. d Rauẽ. ad hoc q p bans se filiũ alicuius vel pbare se legitimũ. Ægi. Per.

[a] Idẽ si hmõi verba blãda. & adulatoria pfe ranẽ in te stamẽtis: qa disponũt. l. Paulus. §. Paulus. ff. de fideicõ. libert. enũciatiua autẽ an debeãt verificari puta si dicatur, Semproniũ filium, vel fratrẽ hæredẽ in sti tuo. vide hic p An.

[a] Aliàs ei non sufficiat.

emancipati recidere non possunt, per mortem aui, sui iuris fiunt. h.d. vsque ad §. cum autem. Franc.

a Et quidem. quasi dicat, quid sit circa seruos de absolutione potestatis eorum, diximus supra de libe. §. j. & §. multis.

b A potestate. Subaudi dñica.

c Parentis. Strictè accipe pro his tantum, qui sunt superiores ex linea masculina. Nam fœminæ nõ habent in potestate filios: vt ĩ. tit. j. §. fœminæ. generalius accipitur s. titu. ij. §. j.

d Eo. s. parente.

e Hoc. Scilicet qđ dixi morte superioris inferiores effici sui iuris.

f Patre. s. familias. subaudi supra quem nullus est ratione potestatis.

g Non omnimodo. Id est generaliter.

h Sed ita. Scilicet fiunt sui iuris.

i Eorũ. s. nepotum.

k In potestate. Et non exiuit. nã si exiuit, & postea rediit: quia est arrogatus: non recideret filius in potestatem eius, vt ff. de adoptio. l. si pater filium. & est ratio: vt ibi nor.

ADDITIO. Scilicet, q ius semel quæsitum nepoti non debet tolli per arrogationẽ: per regulã iuris, ius nostrũ. Alia enim rõ ibi posita reprobaf. quod facit vt post impetrationem vacaturæ nubens non obtineat: etiam si vxor moriatur. Ang.

Et quidem a quemadmodum liberentur serui a potestate b dominorũ, ex his intelligere possumus, quæ de seruis manumittendis superius exposuimus. Hi verò qui in potestate parentis c sũt: mortuo eo, d sui iuris fiunt. Sed hoc e distinctionem recipit. Nã mortuo patre, f sanè omnimodo filij, filiæve sui iuris efficiuntur. Mortuo verò auo, non omnimodo g nepotes, neptesq; sui iuris fiunt: sed ita, h si post mortem aui in potestatem patris sui recasuri non sunt. Itaque, si moriente auo, pater eorum i viuit, & in potestate patris sui est: tunc post obitum aui in potestate k patris sui fiunt. Si verò is, l quo tempore auus morit, aut iam mortuus est, m aut per emãcipationem exijt de potestate patris: tunc ij, qui in ptãtem eius cadere non possunt, sui iuris n fiunt.

*Deportatio patris, aut filij, patriæ ptãtis vinculũ soluit, restitutio verò principis, id in pristinum statum reponit.*

Cum autem, is qui ob aliquod maleficiũ in insulam deportatur, o ciuitatẽ amittit: sequitur, vt qui eo modo p ex numero ciuiũ Romanorum tollitur, perinde quasi eo mortuo, q desinãt liberi in potestate eius esse. Pari r ratione & si is, qui in potestate parentis sit, in insulam deportatus fuerit, desinit esse in potestate parentis. Sed si ex indulgentia † prin

l Is. Scilicet filius prædictus.

m Mortuus est. Scilicet filius prædictus.

n Sui iuris. Nisi in casu: vt quando per dignitatem filius sui iuris factus fuisset: vt in Authen. consti. quæ de digni. §. illud. colla. vj.

Cum autem. Diuiditur in quinque partes. Primo, de deportatione patris. Secũdo, de deportatione filij. Tertio, de indulgentia principis. Quarto de relegatis. Quinto, de seruis pœnæ. Secunda ibi, Pari ratione. Tertia ibi, Sed si ex indulgẽtia. Quarta ibi, Relegati. Quinta ibi, Pœnæ. Areti.

CASVS Domine laudabiliter video qualiter morte naturali tollitur patria potestas: nunquid pluribus modis tolli poterit? Respondet Imperator q sic. Nam non solum morte naturali, sed etiam ciuili tollitur patria potestas. Si quis enim ob aliquod maleficium perpetratum per sententiam deportationis ciuitatem amiserit: sequitur vt liberi eius, qui tali modo tollitur de numero ciuium Romanorum, perinde desinant in sua potestate esse, ac si morte naturali in potestate eius esse desinerent. Eadẽ ratione & si liberi in potestate existentes deportati fuerint: per deportationem desinunt in potestate parentum esse. Et hæc sunt vera durãte deportatione. Nam si ex indulgentia principis restituti fuerint: per omnia pristinum statum recipiunt. Et hæc omnia vera sunt in deportatis: secus tamẽ est in relegatis. Nam parentes relegati nihilomi

aui retineat in potestate liberos suos: & similiter in casu conuerso, liberi relegati in parentum potestate nihilominus remanent. Et non solũmodo prædictis casibus morte ciuili tollitur patria potestas, sed etiã in hoc casu. Nã si aliquis pœnæ seruus effectus fuerit: desinit habere liberos in potestate. Sed domine, dicatis mihi. quis intelligitur fieri seruus pœnæ? Ad hoc respon. q illi serui pœnæ efficiuntur, qui in metallum damnantur, & qui bestijs subijciuntur. Et hæc vsq; ad illum §. filiusfamil. Franc.

Cum autem. Dictum est s. qualiter soluitur patria potestas morte naturali: nunc ponit, quando morte ciuili. Accursius.

o Deportatur. Hic no. quod hæc sententia deportationis vt valeat, i. vt statum, & ciuitatem perdat non potest dari, nisi a quatuor iudicibus scilicet ab Imperatore, vel ab eo, qui eius vice iudicat: & a pręfect. prætor. & a præfect. vrb. ff. de pœn. l. ij. §. j. & de lega. iij. l. j. §. a præfecto. & ff. de inter. & releg. l. inter pęnas. §. j. Idem credo in senatoribus; q parem sententiam, i. parem habent effectum principi, vel maiorem, quam prædicti: vt ff. a qui. appel. non licet. l. j. §. j. Si autem alius iudex talem sententiam det, non valet: nec mandatur executioni, nisi princeps approbet eam, vel insulam, siue locum assignet: vt ff. de leg. iij. l. j. §. ij. & §. deportatos. & ff. de insititu. & irri. testa. l. si quis. §. eius. in gl. j. Quæ autem sint delicta pro quibus in insulam debent deportari: dicemus. ĩ. de publi. iudi. per totum titulum, sed relegare potest quilibet, qui habet merum imperium: vt ff. de inter. & rele. l. relegatorum. j. respon. Et nota q primo de media, secundo de relegatione, tertio de maxima dicit. Prima, & vltima tollunt patriam potestatem: sed relegatio non sic, cum status non sit mutatio, nec capi. diminutio.

p Eo modo. Id est, per istã deportationem in insulã.

ADDITIO. Et ex isto tex. not. Ange. q dictio perinde, importat similitudinem: sed non omnimodam, maximè in pœnalibus: vt per Barto. in l. sacrilegij. ff. ad leg. Iul. pecu.

q Mortuo. Not. deportatum mortuum, s. ciuiliter. sic. ff. de contra tab. l. j. §. quidam filium. & ff. pro soc. l. verum. §. societas. vers. intereunt.

r Pari. Hic no. vbi est eadem, vel similis ratio, idem ius constituatur. sic. ff. de verb. obl. l. a Titio. circa fi. & ĩ. quod cum eo, qui in alie. po. §. si igitur. in fi. & ff. de eden. l. quidam. §. nũmularios, in gl. quia. & ff. ad leg. Aquil. l. illud. Argu. contra. ff. de collat. bon. l. si quis. in ... j. respon. ibi. hoc in parte.

ADDITIO. Solue fm Io. Fab. & Ang. hic, q ibi non erat eadem ratio per omnia.

Facit ꝯ graduatũ noiatũ q vxore postea ducta & ea demũ mortua priori b^e noiationibus vti nequeat. Aegi. Per.

Deportate possũt quatuor iudices.

Aliàs perinde ac eo mortuo.

Aliàs principali. In quibusdã exemp. pœnæ aũt pẽ seru, &c.

Sed tũc vr obstare l. j. C. de sen. pś. pc. Pro cuius sol. Ias. dubitat. dicẽs a sentẽtijs Senatorum fortè non posse iam supplicari.

Contrariũ tenet Ias. p l. iij. ff. d inter. & relega. de quo. ĩ. de cap. diminu. in princip.

Princi-

a Principis. Aliàs principali. Sed nunquid per aliũ poterit restitui? Rñ. non, nisi fortè per senatorem, q potest restituere ad statum, vt ff. de postulã. l. j. §. eũ qui. vers. de qua, & §. an autem.

b Statum. Scilicet quantum ad honores, vel ordines, & similia, vt C. de sent. pas. l. j. ergo & patriam ptãtẽ, & hoc vult dicere. Sed ɔ̃dicit C. de sent. pas. l. in insulã. & l. si pr. Solu. hic spãliter ad oĩa fuit restitut⁹, sm M. & sic facias pũctũ ibi, per omnia. hanc reprobo: quia semper intelligitur ad omnia restitui, nisi ɔ̃. dixerit expressim: nam verbum, scilicet restituo, generale est. vt ff. de vsur. l. videamus ij. §. in Fautana. Alij hoc intelligunt ad patrẽ reuertentem tãtum referendum, cui debet restitui, filius in potestatem: sed filio restituto non sic, quia sic noceret ei restitutio. arg. C. de legi. & con. l. quod fauore. Sed hanc opinionem reprobo. nam libertus deportatus: & restitutus in libertinitatem recidit: vt ff. de iur. patr. l. siue libertus. Dic ergo interesse vtrum princeps dicat hæc verba. restituo te. & tunc ad omnia restitutus vr, vt hic. an, hæc, indulgeo tibi, quo casu de pœna tm̃ remittenda cogitasse vr, vt in contrarijs. argu. C. de sent. pas. l. generalis. & §. tutor. & l. cum indulgen. tia. & C. de gene. abo. l. si. Accur.

Aliàs datur.

cipis a restituti fuerint, p oĩa pristinum statũ b recipiunt. Relegati autẽ patres in insulam, in potestate liberos retinent. c Et ex contrario, liberi relegati in potestate parentum remanent.

*Seruitus pœnæ patriam potestatem tollit. Angelus.*

Pœnæ d seru⁹ effect⁹ filios in ptãte habere desinit. Serui autem pœnæ efficiuntur, qui in metallum e damnãtur, † & qui bestijs f subijciunt.

*Sola patriciatus dignitas filiũ a patria ptãte eximit.*

Filiusfamilias si militauerit, g vel si senator, vel consul factus fuerit, remanet in ptãte patris. Militia enim, vel consularis dignitas d̃ patris potestate filiũ nõ liberat. h Sed ex constitutione i nostra summa † pr̃itiat⁹ k dignitas illico l Imperialibus codicillis p̃stitis, filiũ a p̃ria potestate

Deportat⁹ & relegatus differunt.

c Retinent. Nota dñiam inter deportatum, & relegatum quo ad familiam: vt hic. & i. proxi. §. Itẽ hic bona retinet, ille non: vt ff. de interd. & releg. l. j. Itẽ hic ciuitatẽ retinet, ille nõ, vt ff. d̃ iterd. & rel e. l. relegati. & l. relegatorum. § siue ad tempus. & §. ad tẽpus. Item q hic ad tempus, vel in perpetuum, ille autem tantum in perpetuum deportatur, vt ff. de interd. & releg. l. relegati. & l. relegatorũm. §. hæc est differentia. sed in libertate non est differentia. nã vterq; liber remanet, vt ff. de hon. dam. l. sed & si alia. §. j. Sed bannitos nostri temporis quibus comparabimus? Rnd. si tantum est maleficium, vt etiam cum ciuitate bona sua publicentur vel de iure, vel de consuetudine ciuitatum, tunc deportato comparabo, aliàs, relegato, vt arg. ff. de bonis dam. l. j. a non autem dico, q possit deportari a præside de iure, vt s. §. proxi. diximus, nec relegati aliquis potest a defensore ciuitatis, cum sit de imperio mero relegatio, vt in Auth. de defen. ciui. §. nulla. in fin. §. col. iij.

a Hoc verũ nisi esset relegatus in perpetuũ: qa pòt sibi p insulam adimi pars bonorũ. l. relegati. l. si. & l. relegatorũ. §. ad tps. ff. eo. titu. Ang.

ADDITIO. Vñ versus. Qui deportant semper pœna cruciant. Pœna relegatis est tpis estque perennis.

d Pœnæ. Id est, supplicij. Supplicium. n. suus dñs est, non fiscus, vnde ei nihil quærit, vt ff. de ijs, q pro non script. hab. l. iij. Sed nouo iure nemo ingenuus fit seruus ex supplicio, vt in Authen. de nup. §. quod autem. & §. si verò. col. quarta.

a Istã cõi ter reprobãt doct. hic Ingenuus ex supplicio nõ fit seruus.

ADDITIO. Dic istud esse verum si remanet viu⁹: secus si in eo fiat executio mortis naturalis: vel saltẽ pñs ab habente ptãtem capitaliter condemnetur, quatenus testamentum non valet, nisi in malè ablatis restituendis, sed in absente secus, quia valet testamentum, secundum Angelum hic.

e In metallum. Id est, in opus metalli ad fodiendũ metallum, vel etiam deportandum, & hi ne fugerẽt, ligabantur, & pondere quodam opprimebantur, vt ferro, vel alio modo. Alij vero erant, qui dicebant dãnati in opus metalli: & hi non tanto pondere opprimebantur, & qui hinc fugiebant, in metallum ponebantur. Alij verò erant, qui in ministerium, vel in seruitium metallicorum tantum ponebantur. & hoc si perpetuò fieret, erant serui, aliàs ɔ̃: vt ff. de pœnis. l. aut damnum. §. inter eos. & §. quisquis. & §. in ministerium. Sed quid si prouincia non habeat metalla aliqua, vel ferri, vel alicuius similis cõditõis? Rñ. in vicinam prouinciã mittebant, a vt ff. d̃ pœnis. l. aut dãnũ. §. est pœna. Alij sunt in opus publicũ ppetuò dati, vel ad tempus, qui sunt similes relegatis: vt ff. de pœnis. l. quidã, sed huiusmodi pœnæ non sunt in vsu hodie. Accursius.

a Quod facit nm Christ q vacãte se de p mortẽ plati, si opus sit chrismate: q̃rendi sint epi vicini: & est gl. in ca. si epus a paganis. de sup. negl. pla. lib. 6.

f Bestijs. Deducendis fortè, vel etiam vt comederet cum eis, vel alia bestialia faceret. de hac pœna dic vt not. ff. de pœn. l. qui in vltimo.

Filiusfamilias. Diuiditur in quatuor partes. Primo ponit dictum in genere. Secundo reddit rationem. Tertio excipit a dicto. Quarto assignat rationem. Secunda ibi, Militia. Tertia ibi, Sed ex constitutione. Quinta ibi, Quis enim. CASVS. Dñe pono q aliqs filiusfamilias factus fuerit miles, & senator, vel consul: nunquid liberatur a patria potestate? Rnd. Imperator q non. Nam militia, vel consularis dignitas filium a patria potestate non liberat, sed ex constitutione nostra summa dignitas patriciatus filium a vinculis patriæ potestatis liberat. Quis enim patiatur patrem quemlibet posse filium suum a nexibus suæ potestatis per emancipationem relaxare, & Imperatoriam celsitudinem non valere eum, quem sibi elegit patrem, ab aliena eximere potestate? quasi dicat hoc nullatenus est tolerandum: & ideo prædictæ dignitatis adeptione filius incontinenti a patria potestate liberatur. Et hæc vsque ad illum §. sed ab hostibus. Franciscus.

a Vide in hunc locũ Al. in xij. lib. C. tit. de cõsu. & non spar. pec. & Budæũ in l. vlti. ff. de senatoribus. vterq;. n. Accursiũ taxat i in terpretatione dictionis patritius.

g Militauerit. Id est, milès factus fuerit: ad quod multa sunt necessaria, vt in Auth. de mand. princi. §. fin. versic. si quidem in gl. j. coll. iiij. diximus etiam in l. penul. ff. ex quib. causis maio. vbi sex requirũtur ad hoc, q quis sit miles. Vel dic militauerit, id est, in exercitio militiæ fuerit.

h Non liberat. Hoc est iure isto, nam nulla dignitas præter patritiatum releuat filium a potestate patris, vt subijcit, sed hodie xij. sunt dignitates, quæ liberant aliquem hominem curialem a curiali conditione, vt C. de decur. l. si. lib. x. & illæ eædem liberãt a patria potestatè, vt in Auth. constit. quæ de dig. §. & §. generaliter. colla. vj. vnde cum sit ibi consul, corrigitur quod de eo dicitur.

i Constitutione. Vt C. de consulibus. l. fina. libro duodecimo.

k Patritiatus. Erat enim patritius, quasi principis pater. vnde Salustius, O patres conscripti, nam scripta erant eorum nomina in aliquo loco, vel in corona capitis eorum, vel aliàs.

l Illico. Hoc est spãle in patritio, & cõsule hodie, etiam vt sola collatione, id est, datione codicillorũ, id est, dignitatis scriptæ, vel per aliquod priuilegium

Sans:

fiat sui iuris & sine administratione: in alijs decem, tunc demum cũ cœperint administrare: vt in Authẽ. constitu.q̃ de digni, §.j.in glo.codicillos. colla.vj. quæ est C.de epis.& cler. Auth.sed dignitas.& C.de decur. l.fina.lib.x.Item in tertio casu cum ordinatur episcopus: qui est & vltra supradictos casus: vt in Authent. consti. quæ de digni. §. palam.colla.vj.

ADDITIO. Et nota q̃ vbi elec.est necessaria ex parte vtriusque: quia eligentes cogunt eligere: & electus cõtentare: q̃rit̃ ius ex sola electione & absenti,& ignoranti.l.illud.ff.de tut.& cura.dat.ab his. Sed si non sit necessaria ex parte electi: vt in episcopo,non quærit̃ ius ante acceptationem.c.si tibi absenti.de præben. lib.vj. Item vbi fit electio p viam facultatis, vt a populo, vel dño. Sed est speciale in patritio, & cõsule, vt hic. Ange.

liberat. a Quis enim b patiatur, patrem quidẽ posse per emãcipationis modum potestatis suæ nexibus filium liberare: imperatoriam aũt celsitudinem nó valere eum, quem sibi patrem † elegit, c ab aliena eximere potestate.

*Captiuitate patris aut filij pendet magis, q̃ intereat ius patriæ potestatis pp postliminij ius. Retrò.n.fingit̃ in ciuitate fuisse, qui ab hostibus regressus est.*

Si ab hostibus d capt⁹ fuerit parens: quamuis seruus hostium fiat: tñ pendet e ius liberorum ꝑpter ius postliminij: f Quia ij, qui ab hostibus capti sunt, si reuersi fuerint: omnia pristina iura recipiunt. idcirco g reuersus * etiam liberos habebit in potestate: quia postliminium fingit eum, qui captus h est, in ciuitate semper fuisse. Si verò ibi decesserit: exinde, ex quo captus i est pater, filius sui iuris fuisse videt̃. Ipse quoq; filius, nepos ve si ab hostibus captus fuerit, similiter dicimus propter ius postliminij, ius quoque potestatis parentis in suspẽso esse. Dictũ est aũt postliminiũ, a limine, & pòst. † Vnde eũ, qui ab hostibus captus est, & in fines nostros postea peruenit, postliminio reuersum rectè dicimus. Nã limina sicut in domo finẽ quendam faciunt: sic & imperij finem esse limen, veteres voluerunt. Hinc & limen dictum est, quasi finis quidam & terminus.

a Liberat. Scilicet dignitas.

b Quis enim. Quasi dicat, si quilibet pater etiam vilissimus filium suum emancipat quando vult: vt infra.eo.§.admonendi.& §.præterea, quare hoc Imperator non poterit facere? Vel dic in casu electi patritij, quasi dicat: cum ipse pater patritij possit emancipare, & ad hoc compellatur cum alapis, & verberibus: vt in Auth.constit.quæ digni.j.respõ.colla.vj. quare & ipse Imperator.&c.

c Elegit. Quod tato fit: vt C.de consulibus. l.fi. lib. xij.secundum M.

Si ab hostibus. Diuiditur in tres partes principales. Primo loquitur, quando pater fuit captus. Secundo quando filius. Tertio declarat quid sit postliminium. Secunda ibi, Ipsa quoque. Tertia ibi, Dictũ est.Arc.

CASVS. Dñe vos dixistis mihi, q̃ per mortem ciuilem tollitur pat.po. nunquid generaliter est verũ? Respon. Imperator q̃ non. Nam si aliquis paterfa.ab hostibus captus fuerit: quamuis seruus hostium efficiatur: tamen pat.pote. omnino non extinguitur: sed propter ius postliminij in tempus futurum suspẽditur. Illi enim qui ab hostibus capiuntur, si in ciuitatẽ reuertant̃: omnia pristina iura iure postliminij recipiunt. vnde & iste pater ab hostibus captus, si reuersus fuerit, liberos in p̃tãte habebit: q̃a ius postliminij eum qui ab hostibus captus est, si postea reuersus est, fingit in ciuitate semp fuisse. Si verò apud hostes decesserit: filij sui iuris effecti sunt. Si ipse quoque filius, aut nepos ab hostib.captus fuerit: ius pat. pot.in suspenso erit iure postliminij. Sed dñe dicatis mihi si placet, vnde dr postliminium? Ad hoc rñdet Imperator, q̃ postliminium dictum est a limine, & post. Nam eum qui ab hostibus captus est, cũ postea ad fines nostros redierit, postliminio reuersum rectè dicimus. Sicut.n.limina in domibus quendam finẽ faciunt: ita finem imperij, limen esse omnes veteres voluerunt. vñ etiam limen dictum est, quasi finis, & terminus quidam. & hac rõne est, vt qui ab hostibus vltra limen, idest, vltra metam, & finem imperij ducebatur, postea eodem limine reuertebatur, quo amissus fuerat. Sed pone q̃ aliquis sit captus intra fines imperij: & ibidem victis hostibus recuperatus: nunquid censet̃ ipse postliminio reuersus? Et vi q̃ nõ, cũ fuerit vltra limen, idest, metam, vel finem imperij? Respon. Imperator, q̃ iste postliminio rediisse censetur. Et hæc dicuntur vsque ad illum §.præterea. Franc.de Are.

d Ab hostibus. Hostes sunt quibus populus Romanus bellum indixit: vel ipsi populo Romano: vt ff.de cap.& postli.re. l.hostes.

e Pendet. Hic colligitur quoddam hominum genus esse in pendenti vt diximus supra, de ijs qui sunt sui vel alie. iuris.§.primo. Sed certè qd hic dicit, pendet, verum est propter iuris fictionem, nam quo ad veritatem sui iuris est filius: vt ff. de testament.l.lege Cornelia.in fine, & ff.de liberis & posthumis. l.penultima.& C.de senten. pass.l.final. ibi. quod maximè &c. & ff.ad Macedonian. l.prima.§. primo. nam pater seruus est hostium: vt s̃.de iur. persona.§.serui. ergo alium in potestate habere non potest: vt ff.ad legem Iuliam, de adulterijs l.sic eueniet. Dic ergo, quòd nulla præterita, vel præsentia pendent inspecto statu præsenti, sed futuro: vt infra de verborum obligation.§.conditiones.

ADDITIO. Etiam quo ad testamentum, vel contractus filij super aduentitijs acquisitis ante captiuitatem, nec in alium translatus quouis titulo, præter quam hæreditario: aliàs secundum Angelum Aretinum: sed secundum Iasonem non pendet contractus filij: nisi patris præiudicium concernant.

f Postliminij. Est autem postliminium ius amissæ rei recuperandæ ab extraneo, & moribus, & legibus constitutum: vt colligitur ff de cap. & posli. reuer.l. postliminium.j.respon. Accursius.

g Idcirco. Quia reuersi omnia iura recuperant.

h Captus. Et reuersus: vt ff.de cap.retro.

i Captus. Intra fines nostros, nec vltra deductus ita impropriè reuersus dicitur postliminio. Vel dic captus fuerat vltra fines: tunc dicitur etiam redusse ante, quam ad limina redeat: quia sic recuperat statum licet impropriè. & facit ad hunc §.ff.de captiu.l. in bello.§.j.item ad idem.ff.de vi, & vi arma. l.qui possessionem.

Præterea. Diuiditur in sex partes. Primo, qualiter per emancipationem liberatur filius a patria p̃tãte. Secundo

Patrem l. senatorem inq̃t Nebrissen. in lexico suo iuris ciuilis in ver. pater.

Reuersus. parẽs aliquib⁹ Codicib⁹.

Seruius tñ, vt in topicis ad Trebatiũ testat̃ Cicero: dici vult a post, & liminiũ illud pductione eẽ verbi sicut in finitimo, legitimo, æditimo non plus est timũ quã meditullio, tullium.

Hostes q̃ dicant̃. Filius capt⁹ ab hostib⁹ in veritate est sui iuris.

Excepta possessione rerum suarũ. l. deniq;. & l.nec vtilem. ff.ex qui. cau. ma. la.

Quia fuit recuperatus añquã excederet fines. Ang. Por.

Secundo, qualiter fiebat emācipatio de iure antiquo. Tertio, qualiter fiat hodie. Quarto, q̄ pater habet legitimam in bonis emancipati, sicut patronus in bonis liberti. Quinto, q̄ pater legitimus est tutor filij impuberis emancipati. Sexto, q̄ nepotem potest emancipare retento filio in potestate, & econtra. Secunda ibi, Sed emancipatio. Tertia ibi, Nostra. Quarta ibi, Et tunc. Quinta ibi. Et prꝗterea. Sexta ibi, Admonendi. Arer.

CASVS. Domine, iam vidi plures modos, quibus tollitur patria potestas: nūqd adhuc tolli potest pluribꝰ modis? rñd. q̄ sic. Nam certè post supradictos modos tollit emancipatione pria potestas. Sed Dñe. dicatis mihi qualr fit emancipatio? Ad hoc rñ. Imper. q̄ aliter olim fiebat emancipatio, & aliter hodie fit. Nā olim, aut p antiquā legis obseruationem fiebat, q̄ per imaginarias vendōnes, & manumissiones ab imaginario emptore factas celebrabat: aut p imperiale rescriptū: sed nostra prouidentia hæc per quandā constitutionē in meliorem statum reformauit. Statutum enim est constitutione nostra, vt antiquorum fictione sublata parentes ad competentes iudices, vel magistratus directa via intrent: & ibidem filios, vel filias, & deinceps liberos cæteros a sua potestate dimittant: & ex tempore emancipationis factæ eadem iura præstantur parenti in bonis liberorum ab ipso emancipatorum, quæ tribuuntur patrono in bonis liberti: & etiam si aliquis eorum emancipatorum impubes fuerit, parens qui emancipauit, per emancipationem eius tutelam nanciscitur. Et hæc vsque ad §. admonendi. Franciscus.

Aliàs, quia eodem limine reuertebatur quo missus erat.

Ab eo postliminium dictum est: quia ad idem limē reuertebatur, quod amiserat. Sed & qui captus, victis hostibus recuperatur: postliminio redisse existimatur.

*Emācipatio apud quēuis magistratū (ēt citra antiquā solennitatē) facta, patriæ potestatis vincula soluit: verū pater ex emancipati bonis sibi iure debitam portionem consequitur: illiusq; (si impubes sit) legitimam tutelam.*

Præterea [a] emancipatione quoque desinunt liberi [b] in potestate parentum esse: sed emancipatio antea qdē, vel p antiquam legis obseruationem procedebat, [c] quę per imaginarias [d] venditiones, & intercedentes manumissiones celebrabatur, vel ex imperiali rescripto. [e] Nostra autem prouidentia, etiam hoc in melius per constitutionē [f] reformauit: † vt fictione [g] pristina explosa, [h] recta via [i] ad cōpetētes iudices, vel magistratus. [k] parentes intrēt: [l] & filios suos, vel filias, vel nepotes, vel neptes, ac deinceps a sua manu [m] dimittant. Et tunc [n] ex edicto [o] ptoris ī bonis [p] huiusmodi filij, vel filiæ, nepotis, vel neptis, qui, quæve a parēte manumissus, [q] vel manumissa fuerit, eadē iura præstantur parenti, quæ tribuunt patrono [r] in bonis liberti. Et prætere a si impubes sit filius, vel filia, vel cæteri, ipse

[a] Præterea. Non solum supradictis modis, sed prætera, &c.

[b] Liberi. Generale nomen est ad omnes inferiores: vt ĩ. tit. ij. §. fin.

[c] Procedebat. Id est, ea demum ad effectum perducebatur. Accur.

[d] Per imaginarias. Id est, fictitias. [1] sic & ff. de reg. iur. l. imaginaria. nam pater vendebat filium pro vno numo forte & emptor eum manumittebat, vt hic, & ff. de cap. dimi. l. liberos. §. j. & C. eo. l. fi. j. rñ. & facit ad hoc ĩ. de testa. §. j. & propter hoc dicebatur filius capite minui. Sed cum hodie talia nō fiant, vt se quis nunquid dr̃ capite minui? Rñ. sic: quia statū suū mutat ad minus. vt ĩ. de ca. di. j. rñ. & §. minima.

[e] Ex imperiali rescripto. Et hoc modo etiā sine venditione fiebat: vt puto.

ADDITIO. Et erat ratio. ſm Ange. hic, quia frustra precibus imploratur, quod datur a iure. l. j. in gl. fin. ff. ad municip.

[f] Per constitutionem. Vt C. de emancip. lib. l. fi.

[g] Fictione. Aliàs functione, id est, vsu. aliàs factione.

[1] Quæ vēdōnes, & ex cōsequēti manumissiones: licet eēnt nullę, quo ad ↄmodū ſ hérium. l. nuda. ff. d ↄhē. emp. & §. fi. ĩ. d lge. tñ ad eorū incōmodū bñ valebāt: vt hic per Iasonem.

ADDITIO. Quæ fictio non debet deduci in genere: puta q̄ contractus sit simulatus, sed in specie. & qualiter præsumatur, vel probetur per testes, vide per Angelum hic.

[h] Explosa. Id est, expulsa. sic ĩ. de fideicom. hæredi. §. sed quia stipulationes.

[i] Recta via. Vel indirecta: non curo. vel dic, id est, recto iure.

[k] Vel magistratus. Quoslibet, etiam si non habent merum imperium, vel mistum: vt in Auth. de defen. ciui. § iniūgendum. versic. & quicquid aliud. & ibi gl. coll. iij. & etiam extraordinarios: vt duo Bononien. coram iudice Mutin. vt ff. de manu. vind. l. etiam. § fina. & C. de iudi. l. vlti. aliàs pen.

[l] Intrent. Si iudex est in domo. idem vbicunq; sit, dūmodo nō sit in loco turpi: vt ff. de iusti & iu. l pe. ff. de arbi. l. si cū dies. §. pen.

[m] Sua manu. Id est, debet capere cum per manum, & relaxare eum per verba ad hoc idonea. [2] Vel dic manu. i. potestate. nam quando que & non capta manu emancipatur: vt C. de eman. lib. l. penul. Accur.

† Reformauit in meliꝰ. In significatione accepit vter q; Quintil. inter li. 12. c. 6. Angelo Mi ... ni Rhodi rursus reformādū ac velut recoquendū se dedit. Alter verò sup sign. Gre ... de reformationibus.

[2] Et ita cōiter obseruatur. ſm Ange. qñ fit inter pñtes, secus si inter absētes, vt hic Ias.

[n] Et tunc. Id est, ex tunc. nam prius occuparet pater oīa iure peculij: vt ĩ. qui. non est permis. fac. test. §. j. & est simile tunc. ff. de condi. & dem. l. iiij. in fi. & si cer. peta. l. lecta. circa prin. ibi tunc eo amplius. & in gl. tūc & ff. de vulg. subst. l. in pupillari. §. j.

[o] Ex edicto. Scilicet posito. ff. si a pa. quis fue. ma. l. j. in fi. primo responso.

[p] In bonis. Acquirendis, vel acquisitis: vel a patre sibi nunc collatis.

[q] Manumissus. Id est, emancipatus, impropriè enim ponitur. vt ff. quando act. de pecu. est anna. l. prima. §. alienatio.

ADDITIO. Quod est verum de stricto iure C. secus de iure ff. secundum Ias. propter l. Pantonius. ff. si a pa. quis fue. manu.

[r] Patrono. Patronus ante succedit liberto in totum ab intestato, filijs non extantibus: ex testamēto, in tertia parte bonorum liberti, liberis existētibus, in nihilum. licet olim esset aliter: vt ĩ. de success. lib. §. j. & ij. & §. sed nostra. Sic erit hic in patre. Sed hæc similitudo interdum fallit. nam interdum habet totū pater, vt si filius turpem personam instituit hæredem: vt ff. si a patre quis fuer. manumiss. l. Pantonius. in princip. Interdū nihil ex successione, vel alio modo: vt in sex casibus, scilicet, quando pretium emācipationis accepit pater a filio. Item quando filius est miles, & habe. castrensia: vt ff. si a pat. quis fuer. manu. l. j. §. si parēs & §. est & alius. & ff. de milit. testa. l. si a milite. §. fin. & l. seq. Item filijs alijs patris licet hæredibus, non datur: vt ff. si a pa. qs fue. manu. l. j. §. fi. secus est in filijs patroni. Item qñ emancipauit coactus: vt ff. si a pat. quis

Patronus qualr succedit liberto.

Pr q̄b. casib. succedit filio, & q̄b. nō. Actio Caluisiana.

quis fue. manu. l. j. §. fin. Item Caluisiana nō ita patri, vt patrono dat: vt ff. si a pa. quis fue. ma. l. j. §. si parēs. & l. non vsque. Item nec operas a filio, vt a liberto patronus habet, vel potest habere: vt ff. si a pa. quis fue. ma. l. pen. licet hæc prædicta specialia in patrono vera non sint: vt colligit ex generali capite illius tituli, si a pat. qs fue. manu. l. j. j. rñso. & ij. & in specialib. casibus, qui in illo titulo ponuntur, vt dictū est. Sed secundū hoc semper videtur pater amittere: cum semper præmium emancipationis habeat hodie: vt j. per quas perso. nobi. acquir. §. hoc quoque. & C. de bo. quæ libe. l. cum oportet. §. pe. Sed dic istud legale, non conuentionale præmiū esse: & ideo licitum, nec puniendum: vt C. de admi. tut. l. sancimus etea tionē ibi, non enim debet. & C. ad l. Iul. de adulte. l. Gracchus. versic. quod legitimè.

ADDITIO.

Dic. q̄ de consuetudine aliter obseruatur: q̄a pater in emācipatione donat aliquid filio, fm Ange. & Iasonem hic.

a Ex manumissione. Id est, ex emancipatione.

b Nanciscitur. Concordat huic verbo. j. de legi. pat. tut. & j. de fi. tu. in princ.

parēs ex manumissione a tutelā eius nācilcitur. b

*Habens filiū, & ex eo nepotē in potestate, potest vnū ex eis, vel ambos emancipare. Are.*

Admonendi autem sumus, liberum arbitrium esse c ei, qui filium, & ex eo nepotem, vel neptem in potestate habet: d filium quidē de potestate dimittere: nepotē verò, vel neptem retinere. & econuerso, filium quidem in potestate retinere: nepotem verò, vel neptē manumittere, e vel oēs f sui iuris efficere. Eadem & de pronepote, & pronepte dicta esse intelligantur.

*Adoptatus ab ascendente (si præsens adoptioni non contradicat) a patris naturalis soluitur potestate, & in adoptantis potestatem transit.*

Sed & si pater filium, quem in potestate habet, auo, vel proauo naturali secundum nostras constitutiones g super his habitas, in adoptionem dederit: id est, si hoc ipsum actis interuenientibus apud competentem iudicem manifestauerit, præsente eo, h qui adoptat, & non contradicente: i necnon eo præsente, qui adoptat: soluitur quidem ius potestatis patris naturalis: transit k autem in huiusmodi parentem adoptiuū, in cuius psona, & adoptionē esse plenissimam antea diximus. l

*Conceptus prius q̄ pr emancipareē aut cuipiā ascendentiū in adoptionē daretur in auita remanet potestate, non ita si postea conceptus sit.*

Illud autē scire oportet, quòd si nurus tua ex filio m tuo cōceperit, & filium postea emancipaueris, vel in adoptionem dederis, prægnante nuru tua: nihilominus, quod

nem plenissimā esse, qā ea quæ diximus, concurrunt. Et hæc vsque ad illum §. Illud autem. Franc.

g Constitutiones. Vt C. de adop. l. cum in adoptiuis. & s. de adopt. §. sed hodie. & §. si verò.

h Pñte eo. Nisi sit infans: vt C. de emā. lib. l. pe. Acc.

i Non contradicēte. Not. patientiam consensui comparari: sic qui tacet, affirmat. sic. ff. de pigno. l. fideiussor. ij. §. pater. in fi. & ff. solut. matr. l. ij. §. fi. Argu. s. ff. de adop. l. ij. §. j. & de procur. l. filiusfamil. §. j. Accur.

Tacens affirmat.

ADDITIO.

Sed ibi erubescētia tacuit, quo casu nō videtur consentire, secundū Ias. per tex. in l. pen. ff. de furt. vel pro solutione distingue, vt per Ang. Are hic.

i Sed fm Christoph. requirit expressus cōsensus p formā.

k Transit. Ergo nō tollitur patria potestas, sed transfertur. Ad quid ergo hic casus in hoc titulo ponitur? Rñ. quia etsi non tollitur incommutabiliter, tollit tamē quo ad primū. Idem dico in eo, qui iudicatur in potestate mea nō esse. nam non efficit sui iuris: cum sententia nō faciat ius, imò remanet i potestate: licet quo ad me pro emācipato habeat: vt ff. de condi. inde. l. Iulianus. i prin. & l. vl.

l Diximus. Vt s. titu j. §. si verò. Accur.

Admonendi. CASVS. Dicit Iusti. in hoc §. q̄ si parens filium, & ex eo nepotem, vel neptem in potestate retinuerit, vel ecōuerso, liberum erit arbitriū ei, a nexibus suæ potestatis nepotē, vel neptem dimittere, & filium in sua potestate, retinere: vel in suo arbitrio erit omnes simul sui iuris efficere.

c Liberum arbitrium esse. Nisi in casibus. vt j. eo. in fi. dicemus. & facit ad hunc §. ff. de adopt. l. liberum.

d Habet. vt s. de pa. po. §. qui igitur.

e Manumittere. Id est, emancipare.

f Vel omnes. Repete, liberum esse. Accur.

Sed & si pater. CASVS. Dñe, iam vidi plures modos, quibus tollit pat. po. nunquid adhuc pluribus modis tolli poterit? Rñ. q̄ sic. nā per translationē potestatis tollitur pria potestas quantū ad ipsum, quem post in potestate habuit pater. Si enim pater filium suū, quē in potestate habet auo filij sui, vel proauo paterno, vel materno, fm tenorem nostrarum cōstitutionū in adoptionē dederit, & hoc ipsum corā iudice cōpetente actis interuenientibus manifestauerit, pñte filio, qui in adoptionem datur, & non cōdicente huiōi adoptioni, & etiā eo præsente, cui in adoptionē dat: in hoc casu quia in vnā personā cōcurrunt, & naturalia, & adoptionis iura: ius potestatis naturalis patris omnino dissoluitur: & in huiōi patrē adoptiuum transfertur: in cuius persona constituimus adoptio-

Illud autem. Diuiditur in tres partes. Primò, dicit de filijs ante emancipationem patris conceptis. Secūdò, de conceptis postea. Tertiò, q̄ filius non pōt cogere patrem ad emancipandum eum. Secunda ibi, Quod si post. Tertia ibi, Et quidem. Areti.

CASVS. Ponamus, q̄ aliquis habeat filium in potestate: & vxor istius filij ex eo conceperit: & postea eundem filium emancipauerit, vel in adoptionem dederit. modo quæritur, vtrum partus ante emancipationem conceptus, & postea editus, nascatur in potestate aui nihilominus? Rñd. Iustinia. q̄ sic: sed si post emācipationem conceptus fuerit, secus erit: quia tunc partus ex ea editus, in potestate parentis emancipati, vel aui adoptiui erit. Et sciendum, q̄ in parentum potestate existentes nullo modo possunt compellere parētes eos de sua potestate dimittere. Et hæc vsque in fin. titu. Franc. de Aret.

Illud. Hic §. tradit duo præcepta: vt s. de adopt. §. sed hodie. Accur.

m Ex filio. Scilicet, naturali, & legitimo: secus in legitimo tantum, vt in adoptiuo. nam tunc filio emancipato, etiam nepos ex eo emancipatus videtur, secundum quosdam: vt ff. de capit. diminution. l. liberos. §. emancipato. & ff. de adoption. l. sed etiam nepos. Vel melius dic, eo idē, quod in naturali, vt in fine huius tituli. & ff. de adoptionibus. l. liberum. & ff. de capt. & postlimi-

postil.reuer.l.si me tibi. Accursius.

a Ex ea nascitur. Secus in ancilla prægnante manumissa, vel alienata: vt ff.de inge. §.sufficit. • ff.de acqui.rer.domi.l.fi.& C.de proba.l.matrem.

b Et quidem. Hoc est secundum præceptum: & repete scire oportet, quod neque. &c.

• Rō est fauor libertatis vt l.q in vtero. ff. de statu ho. Aegi. Per.

ex ea nascit, a in ptāte tua nascit. Quòd si post emācipationem, vel adoptionē cōcept⁹ fuerit, patris sui emācipati, vel aui adoptiui ptāti subijcit.

*Pater nō cogit inuitus emancipare filium, nisi ex causa.*

Et quidem b neq; naturales c liberi, neque adoptiui vllo penè d modo possunt cogere parentes de potestate sua eos dimittere.

c Naturales. Subaudi. & legitimi. nā naturales tñ nō sunt in ptāte: vt s. de nuptijs. §. fin.

d Penè. Hic no. talē regulam, quod nullus filius pōt compellere patrem vt emancipet eum: quod fallit in quatuor casibus: & ideo dicit penè, vt si pr agnouerit legatum sibi relictum hac cōtemplatione, vt liberos emanciparet. nam tūc cōpellit extra ordinem emācipare: vt ff de cōdi. & demon. l. si cui legatum. Item si Titi⁹ adoptauit priuignū suum, compellitur emancipare eum eo pubere facto. si probauerit sibi non expedire esse in potestate: vt ff. de adop. l nonnunquam. & l. seq. Item in quolibet adoptiuo: vt ff. de mino. l. iij. §. si quis minor. Item si filiæ peccandi necessitatem imponat: vt C. de episc. aud. l. si lenones. Item si filium malè, & contra pietatem affecerit: vt ff. si a pa. quis fue. ma. l. fin. Item econtra filius non potest compelli, vt emancipetur. • vt in Authen. quibus modis nat. effi. sui. §. generaliter. colla. vij.

ADDITIO. Nisi ex prædictis causis, secundū Bart. in l. quidam cū filiū. ff. de verb. obli. & Iaf. hic. Sed Ang. tenet cōtrariū, nisi quū filius agnouisset legatum sibi relictum contemplatione emancipationis. & nota in d. l. quidam. ex eisdem causis, quem posse inuitum emancipari, ex quibus potest exhæredari.

Emācipare filiū pater cogit in quatuor casibus.

• Etiā si ptrem male tractet, &c. secundū Io. de Pla. & Angel. hic. Ægi. Per.

## TITVLVS XIII.

## DE TVTELIS.

*Ponit triplicē speciem psonarum. Et cognito vno de contrarijs, cognoscit & reliquum hoc dicit. Aret.*

## DE TVTELIS.

*Imperator cōtinuat hūc tit. Vel sic, Dictū est supra de quadā diuisione psonarū: quia quædā sunt sui iuris, qdā alieno iuri subiectæ sunt. Verū quia est reperire aliā diuisionem: quia quidam sunt in tutela &c. ideo sequitur videre de tutelis.*



TRanseamus nunc. Iste titulus diuiditur in quatuor partes. Primo subdiuidit primum membrum personarum positum s. titu de his qui sunt sui vel alieni iur. Secundo definit, quid sit tutela. Tertio, qui sunt tutores, & vnde dicantur. Quarto, qui sunt illi qui possunt tutores ex testamento dare. Secunda ibi, Est autem. Tertia ibi, Tutores. Quarta ibi, Permissum. Aretin.

CASVS. Iustinianus dicit hic continuando processum suum. Nunc transeamus ad aliam diuisionē personarum. Nam ex his personis, quæ in potestate non sunt: quædam sunt in tutela, vel in cura: quędā neutro iure tenent. vnde videamus de illis personis, quæ sunt in tutela, vel cura. Nam cognitis illis personis, quæ sunt in tutela, vel cura: cæteras quoq; personas, illas videlicet quæ neutro iure tenētur, simul intelligimus. Prius. n. inspiciamus de illis personis, quæ sunt in tutela. & hæc dicunt vsq; ad illum §. Est autē tutela. Franciscus.



TRanseamus nunc ad aliam e diuisionē psonarum. Nā ex his f psonis, quæ in ptāte nō sunt, g qdā vel i tutela sunt, vel i curatione, qdā neutro h iure tenent. videam⁹ ergo de his, q i tutela, vel i curatione sunt. ita. n. i intelligemus cęteras psonas, q neutro iure tenēt. Ac prius dispiciamus de his, q in tutela sunt k.

*Illud ex tutelæ finitione nota, tutorem primariò personæ tuendæ causa datum, secundariò bonorum.*

Est autem tutela (vt Seruius l definiuit) uis † ac ptās m in capite li-

e Ad aliam. Nam diximus duas: vt s. de iur. perf. in princ. & suprà de his qui sui vel alieni iuris sunt. in prin.

f Ex his. Not. ergo, quod hic subdiuidit illud membrū: quędam sui iuris sunt: quod est oppositum illi, quędā alieno iuri subiectæ sunt: vt supra, de his qui sui vel alieni iuris sunt.

g Non sunt. Qui ergo in tutela, vel cura sunt, sui iuris sūt. Filiusfamilias ergo non potest habere tutorem, vel curatorem: vt hic, & C. de curat. furio l. fin. in prin. † Sed contra C. de sentē. pas. l. fi. j. quia filius eius, qui est apud hostes, est in tutela: & tamen non est sui iuris: vt supra tit. j. §. si ab hostib⁹. sed ibi verè non erat in potestate, cum pater deportatus esset, vt diximus supra tit. j. §. cum autem.

h Neutro. Nec tutela, nec cura.

i Ita enim. Quia contrariorum eadem est disciplina, vt hic, & supra, de his qui sui vel alieni iuris sunt. in principio.

k In tutela sunt. De alijs dicetur. ī. de cura.

Est autem. CASVS. Domine, iam video quod vultis de illis tractare, qui sunt in tutela. Dicatis ergo si placet, quid est tutela? Respond. Iustinianus definiendo tutelam. Tutela (prout Seruius iurisconsultus definit) est vis, ac potestas &c. Et definitionis partes in casu mutari non possunt. & hoc vsque ad illum §. Tutores autem sunt &c. Sed domine, iam video quid est tutela, dicatis ergo qui sunt tutores? Ad hoc respondet Iustinianus quòd tutores sunt, qui eam vim, & potestatem acceperunt: ex qua vi, & potestate nomen suum acceperunt. Nam dicuntur tutores a tuendo, quasi tuitores, idest defensores: sic æditui dicuntur, qui ædes tuentur. Et hęc vsque ad illum §. permissum.

l Seruius. Nomen est iurisconsulti. & facit ad hūc §. ff. eodem. l. j.

m Vis, ac ptās. Id est, violenta potestas. † Nam dat tutor inuitus: cum. n. sit munus publicum, vt ī. de excu. tut. & cura. in prin. ibi, exemplo cæterorum munerum, ergo inuitus datur: vt C. de decur. l. nullus. libro decimo. Item inuito datur, vt ff. de tut. & cura. da. ab his. l. necnon. & ff. de tute. l. ij. Vnde patet quod hic est alia potestas, quam patris in filium. & dni in seruum: cum illa ad cōmodū sit, vt ī. per quas perso. nob. acqui. §. j. & supra, de his qui sui vel alieni iuris sunt. §. secundo. hæc verò ad onus. tenetur enim de dolo, & lata culpa, vt C. de arbit. tut. l. ij. Itē p hoc quod datur inuito, differt a curatore, qui volenti datur: vt ī. de

† Vis ac ptās l definitione tutelę idē ferè significat, nisi quod p vim significat facultas, quam ex in se habita te quis habet, ptās aūt facultatē legibus cōcessam indicat. Quot aūt modis ptas accipiat, & pprie significatione, explicat Mādo. in Gl. Facul. §. & in ipsa. in ver † tāte.

† Nisi in his in quibus patris authoritas, vel cōsensus nō sufficit: vt quia nō de ipsius, sed filij cōmodo, vel incōmodo tractat: quo casu dat curator bonis, vt l. fi. §. fin. aūt in secūda. C. de bo. quæ lib. cuius sola auth. † criminalibus, vel actionib⁹ psonalib. pōt filius esse in iudicio, vt p Ang. & Iaf. hic.

† Et erit figura Endiadis Mādo. in Gl. Facul. §. Et tan. gl. j.

vt j. de cura. §. item inuiti. & ff. eo. l. ij. §. si pupillus. vel dic. vis ad cogendum, potestas ad imperandum.

a Libero. Nam nisi sit liber pupillus, non potest habere tutorem, cum si seruus sit, non sit sui iuris, quod est necesse: vt s. eo. in prin. Item & si dubius est, pt habere tutorem, vt ff. de tut. & cur. dat. ab his. l. ei qui. Est tñ casus, vbi seruo datur tutor. vt ff. de tutor. & curat. da. ab his. l. si impuberi. j. respō. cui tñ legi signatur contra. ff. ad Treb. l. si res aliena. §. si seruus. & l. cogi. §. fi. & his duabus est alia contra. ff. eod. titu. l. Nic. Ægi. mulier. §. non est. Quæ legum contrarietas ita soluitur: cum libertas fideicō missaria. & hæditas relinquit ab eodem præstāda, poterit seruus cogere, vt institutus hæreditatem adeat, & tunc datur etiam seruo tutor. vt i verò ab vno hæreditas, & ab alio libertas relicta est: nō potest, nisi prius præstita ei libertate. tunc enim coget alium hæredem hæreditatem adire, & sibi restituere, secundum Ioan.

† Per hoc differt a patria po testate a qua filius non liberatur pubertate vt pupilli a tutela sua. Per. Tutor qñ que seruo datur.

b Ad tuendum. Per hoc etiam remouet patriam potestatem, quæ non est ad tuendum, sed ad gubernandum prout vult, & sibi acquirendum.

bero, a ad tuendum b eum, qui propter c ætatem, se ipse defendere nequit, iure ciuili d data e ac permissa.

*Ille est tutor, in quē cadit definitio tutelæ. Aretinus.*

Tutores aūt sunt, qui eā vim, f ac potestatē hñt, exq; re ipsa g nomē acceperūt. Itaque appellantur tutores, quasi tuitores atq; defensores: h sicut æditui dicūtur, qui ædes i tuentur.

*Concessum est patri, impuberibus filijs, quos in potestate habet, testō tutorem dare. Item nepotib. modò eo mortuo non sint in eorum patris recasuri potestatem.*

Permissum est itaq; k parentibus, liberis impuberibus, l quos in potestate m habent, testamēto n tutores o dare: & hoc in filios, filiasq; pcedit oīmodo. Nepotibus verò, neptibusq; ita demum parentes possunt testamēto tutores dare, si post mortem eorum, in potestatem patris sui non sunt recasuri. Itaq; si filius tuus mortis tuæ tempore in potestate tua sit: p nepotes ex eo non potuerunt q ex testamento tuo tutores r habere, quamuis in potestate tua fuerint, scilicet quia mortuo te, in patris sui potestatem recasuri sunt.

*Posthumo quoque (q si viuo patre natus esset, in eius potestate futurus fuisset) testamēto tutor dari potest.*

Cùm aūt in compluribus s alijs causis posthumi pro iam natis habeantur: & in hac causa placuit, non minus posthumis, quàm iā natis testamēto tutores dari posse: si modò in ea causa sint, vt si viuis parentibus nati

permissum est parentib. qui liberos tpe mortis in potestate hñt, liberis suis impuberibus in testamēto suo dare tutores, & hoc in filijs, & filiabus gñaliter locū obtinet. sed secus est in nepotibus, & neptibus, & cæteris liberis in remotiori gradu constitutis. Nepotib⁹ enim & neptibus ita demum possunt parentes in testamento suo tutores dare, si post obitum eorū huiusmodi nepotes in patris sui potestatē recasuri nō sunt. vnde si in tempore mortis me filium tuum, & ex me nepotes, & neptes in potestate tua habeas, nepotes & neptes in testō tuo tutores accipere nō poterunt, licet in potestate fuerint: quia statim post mortem tuam in potestatem patris sui sunt recasuri. Sed pone: Domine, iam video q parentes in testamēto suo liberis suis impuberib⁹ tutores dare possunt, sed nunquid permittitur parentibus dare posthumis suis tutores in testamento? Respond. Imperator q sic. Nam cum plurib⁹ alijs causis posthumi pro iam natis habeantur, statutum est in hac causa nō min⁹ posthumis, quam etiam iā natis tutores a parentibus in testamento dari posse: & hoc est verum, si in hac causa sint posthumi, vt si viuis parentibus essent nati, in eorum potestatem caderent. Et hæc vsque ad illum §. sed & si emācipato. Franciscus.

c Per ætatem. Ad differentiam curatorum, qui dantur furiosis, & mentecaptis, qui propter morbum se defendere non possunt. vt j. de cur. §. furiosi. Accur.

d Iure ciuili. Nota tutelam esse de iure ciuili, licet omnes fere contractus sint de iuregentium. vt s. de iur. nat. §. ius autem.

e Data. Scilicet a lege, vel iudice: permissa verò a testatore df: vt j. eo. §. permissum. Vel dic, data personæ principaliter: permissa secundario rebus: vt j. tit. j §. certe. & j. de excu. tuto. §. datus.

f Iam vim. Quæ est dicta s. proxi. §.

g Ex que re ipsa. Id est vi, & potestate.

h Defensores. Et sin hoc etiam curatores sunt tutores, secundum Ioan. & plerunq; sic appellantur, vt ff. de leg. iij. l. cum filio. §. j. & ff. de mino. l. j. §. ij.

ADDITIO. Hanc gl. pbat la. quia licet allusio vocabuli conueniat, non tamen procedit: quia repugnat definitio: vt no. Bar. in l. j. de test.

i Qui ædes. Vt est præfectus vigilum, & qui cum eo de nocte vadunt: vt ff. de offic. præfe. vigil. l. iij. §. sciendum. Accur.

Permissum est. Diuiditur in tres partes. Primo ponit dictum in gñe. Secundo illud modificat. Tertio modificationem exēplificat. Secunda ibi, Nepotibus. Tertia ibi, Itaq;. Arec.

CASVS. Domine, ex quo vultis tractare de tutelis, & testamētaria tutela, quæ dignior est: dicatis ergo in primis, qui possunt dare tutores in testō, & quibus? Ad hoc respon. Amice,

k Permissum est itaq;. Quia quędam gñaliter vidimus de tutelis: & omnis tutela est vel testamentaria, vel legitima, vel datiua: itaq; prius de testamentaria, vt pote de digniore videam⁹ in hoc tit. & seq. De legitima aūt dicetur j. de leg. agna. tu. vsq; ad tit. de Atti. tu. de datiua dicetur j. de Atti. tu. per totum.

l Impuberibus. Etiam inuitis: vt ff. de tu. l. inuito. hoc etiam prætori, & præsidi licet: vt ff. de tu. cura. dat. ab his. l. necnon. & l. nec mandante. §. fina.

m In potestate. Naturalibus & dare possunt in ijs, q sibi relinquūtur: vt C. de confir. tu. l. fina.

n Testamento. Vel codicillis testamento confirmatis. vt ff. de test. tute. l. iij.

o Tutores. Sed non curatores, vt j. de cura. in princ. j ua tit. Et nunquam exuit, alioquin non recidit, vt ff. de adopt. l. si pater filium. & de hoc dux s. tit. j. §. j. Accursius.

q Non poterunt. Licet miles sit testator: vt ff. de testa. tut. l. secunda.

r Tutores. Si aūt filius, vel emancipatus est, vel mortuus, tunc nepotes ex eo sunt sui iuris mortuo auo, vt s. tit. j. §. j. in fi. vnde ex testamento aui possunt habere tutorem, vt hic innuitur.

s In compluribus. Vt quoties de commodo eorum quæri

† Et est ratio, quia tunc non dr dari tutor psonæ, sed hereditari sue rebus. l. pr. §. j. ff. de test. tute. & si dixeritis, nonne tutor datur personæ? Respon. verū qñ dat a lege, vel a iudice, q habet subditos i potestate vt a testōre hñte pupillū i potestate, secundum Christo.

quæritur: vt ff. de sta. ho. l. qui in vtero. non si de commodo aliorum: vt ff. de verb. signi. l. quod dicimus. vel si incommodo matris: vt ff. de stat. ho. l. Imperator. ij. quo casu non habetur pro iam nato.

a Fierent. Vt quia ex vxore nasciturus erat, vel natu: aliud si ex concubina. nisi in his q̃ sibi dimitteret: vt C. de cōfir. tut. l. si tales. n. tunc non nascerentur in potestate. ī. de nup. §. fin.

fierent, sui hr̃des, & in ptāte eorū fierent a.

*Emancipato, inutiliter testō datur tutor, datus tñ etiam sine inquisitione a iudice confirmandus est.*

Sed & si emancipato. CASVS. Dñe iam video q̃ pmissum est parentibus liberis suis impuberibus in suā potestate existentibus in testamento suo dare tutores: sed pone, quod pater in testō filio emancipato dederit tutorē, nunquid valet in casu isto tutoris datio? Rñd. q̃ non: sed tñ licet in casu isto de iure non teneat tutoris datio: si tñ de facto pater in testamēto suo filio emancipato tutorem dederit: iste tutor a patre de facto datus, ex præsidis sententia confirmandus est omnimodo, id est, sine inquisitione. Et hæc dicuntur vsq; in fi. tit. Franc.

Si duorum. Diuiditur principaliter in duas partes. Primo quando voluntate dominorũ. Secundo, quando casu sunt confusæ. Secunda ibi, Quòd si fortuito. Item prima subdiuidit̃. Primo, quando eiusdẽ generis materiæ cõfunduntur. Secũdo, qñ diuersi generis. Secunda ibi, Sed & si diuersæ. Aret.

surripuit, a habet furti actionẽ, & cõdictionẽ: b siue ipse c sit, q vestimẽtũ fecit, siue alius. Nã extinctæ d res, licet vẽdicari non possint, cõdici tñ a furibus, & quibusq; alijs possessoribus e possunt.

*Materiarũ confusio, dñorũ voluntate, aut fortuitò facta, eius quod ex confusione factũ est, cõionem inducit; specierũ verò commistio, ita demum, si inuicem commiscentium dñorum voluntas accesserit.*

Si duorũ f materiæ ex volũtate dñorũ g confusæ h sint: totũ id corpus, quod ex confusione fit, vtriusq; cõmune est: veluti, si qui vina sua confuderint, aut massas argẽti, vel auri cõflauerint. Sed & si diuersæ materiæ sint, & ob id propria species facta sit, fortè ex vino, & melle mulsum, aut ex auro & argẽto electrum, i idem iuris k est. nam & hoc casu communem esse speciem non dubitatur. Quòd si fortuitu, & non voluntate dominorum confusæ fuerint, vel eiusdẽ generis materię, vel diuersæ, idem iuris esse placuit. l Quòd si frumentum m Titij frumento tuo mistum fuerit, si quidem ex voluntate vestra, commune est, quia singula corpora, id est singula grana, quæ cuiusque propria fuerunt, ex consensu vestro communicata sunt. n Quòd si casu id mistum fuerit, vel Titius id miscuerit sine tua voluntate, non videtur commune esse, quia singula corpora in sua substantia durant. o

g Dominorum bene dicit. dominorum voluntate. Nã si vnus dominus fecit inde speciẽ. i. mulsum. vel vas ex argento meo, & suo: sua est iure specificationis, non communis: vt s. eo. §. q. si partim. & ff. de rei ven. l. idem Pomponius scribit si frumentum. §. j.

ADDITIO. Hoc intellige bona fide, & suo nomine, vt vidistis in §. cum ex aliena. s. eod. per glo. vt hic Ange.

h Confusæ. Id est, simul fusæ.

i Electrum. Genus uasis, vel species metalli, & ad hoc est. ff. de aur. & arg. leg. l. pediculis. §. Neratius.

Electrũ quid est. Aurũ in quo quinta argẽti portio ẽ, electrum vocatur. Pli. li. 33. c. 4. & li. 37. ca. ij. vbi dicit Succinũ esse, de quo l. Apoca. Et erat spẽs sicut spẽs electri Aeg. Per.

k Idem iuris. Vt sit vt subijcit.

l Placuit. Scilicet vt sit cõmune, nisi separari possit, veluti sit ex ęre meo, & plũbo, vel argento tuo species facta sit: quibus casibus separati potest: & quilibet vẽdicat suum: vt ff. de rei vendi. l. idem Põponius scribit si frumẽtum. §. sed si plũbum. & ff. de acqui. rer. do. l. lacus. § fi. na.

Quod si frumentũ. CASVS. In hoc. §. dicit Iustin. quòd si frumentum Titij frumento tuo mistum fuerit volũtate vestra: totum illud frumentum tibi & Titio cõe erit. nã licet singula corpora. i. singula grana, ante mistionem in sua substantia durant: tñ ex consensu vestro per mistionem cõicata sunt, & hoc uerum est, quando fuit facta mistio de voluntate vestra: si tñ casu frumentum mistũ fuerit, vel si Titius nõ volũtate tua id miscuit: nõ videtur huiusmodi frumentum per mistionẽ cõe esse. Singula. n. grana in sua substãtia remanẽt: & durant in dñio eius, cuius fuerant añ mistionem. Nã in casibus istis quãdo fit mistio sine dominorũ voluntate, non magis intelligitur frumentum cõe esse, quã grex ouium cõis esse intelligitur, si pecora Titij tuis pecoribus permista fuissent, unde si totum huiusmodi frumentum retineatur a Titio, actio in rem aduersus Titium competit: & iudex, qui in huiusmodi actione cognoscet, æstimabit quantum, & quale tuum frumẽtũ fuerit: & tantundem frumẽti, & eiusdẽ qualitatis, vel eiusdem æstimationis tibi faciet restitui. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. cum in suo solo. Fran. Are.

CASVS. Sed domine Imper. nunquid dñium de iure gentiũ adhuc pluribus modis acquiri poterit? Respon. q sic. Nam per cõfusionem materiarũ acquiritur dñium de iure gentium. Si enim materię duorũ dñorum de voluntate, & consensu eorũ cõfusæ sunt, totum corpus, qđ ex confusione materiarum resultat, vtrique dominorum commune fit: veluti si aliqui vina sua confuderunt, aut massas argẽti, aut auri in aliquod uas conflauerunt. Et ista sunt vera, qñ eædẽ materiæ confunduntur. Sed pone, quòd materiæ sunt diuersæ: nunquid idem iuris est? Respon. q sic. Si enim diuersæ materiæ cõfusæ fuerint, & ex illis materijs cõfusis aliqua species facta sit: veluti ex vino Petri, & melle Martini mulsum, aut ex auro Petri, & argento Martini electrum: in hoc casu nulla dubitatio est huiusmodi speciem ex diuersarum materiarum cõfusione de voluntate dominorũ factam, communem esse. Sed pone, q diuersæ materiæ, vel materiæ eiusdem generis fortuito casu, & non interueniente voluntate dominorum sunt confusæ: nunquid idem iuris erit? Respon. q sic. Hoc tamen intelligo, nisi materiæ separari possint. Si enim separari possent, secus tunc esset. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. quod si frumentum. Franciscus de Aretio.

Dñium varijs modis quæritur.

f Si duorum. Acquiritur dominium, nõ solũ specificatione: vt s. eodem. §. cum ex aliena & §. quod si. & accessione: vt supra eodem. §. si tam. n. sed etiam confusione, vt hic. Item immistione: vt j. proxi. §. quod si frumentum.

m Quod frumentum. Diximus quando confunduntur vt separari non possint: nunc videndum est, quando singula corpora in sua substantia durant: quo casu dicunt immisceri.

Istam gl. nõ credo cẽ Accur. quia non reperit in antiquis originalib⁹ nec de ea doc. aliquam faciunt mẽtionem.

n Communicata sunt. Et ideo locum habet cõmuni diuidundo actio: vt ff. de rei vendi. l. Idem Pomponius scribit si frumentum. ij. respon.

o In sua substantia durant. sed nũquid idẽ si nostra voluntate fuissent immista? Videtur quòd sic: nostra enim contemplatio, vel voluntas non potest mutare substantiam granorum, quin semper discreta, & diuisa

diuisa sint a se inuicem : quod vt esse ꝯ §. præcedenté. Sed respon. non est mirum. aliàs. n. simile reperimus, nonne tempus continuum est sui natura ? cum tps sit mensura motus primi mobilis: qui motus est vniformis. & continuus: vt dicit Arist. in viij. Physicorũ, & tñ partes in ipsa contemplatione distinguimus, & assignamus, dicentes quoddam præsens, quoddam pteritũ, quoddam futurum: sic in granis frumenti dicimus quod licet eorum corpora sunt discreta in suis terminis: cõia tamé ea possumus facere, ita q̃ aliqua non sit particula in tuo gra-grano, quam tu nõ communices mihi : nulla in meo, quam ego tibi non cõmunicem : quod nõ esset deficiente nostra voluntate, sicut nec in tempore distincto generarentur diuersitates nostra significatione, vel respectu deficiente.

Tempus quid est.

Tẽporis diuisio.

Sed nec magis istis casib. commune fit frumentũ, quàm grex intelligitᷣ esse communis, si pecora Titij tuis pecorib. mista [a] fuerint. Sed si ab alterutro vestrum totum id frumentum [b] retineatur : in rem quidé actio ꝓ modo [c] frumenti cuiusq; competit : [d] arbitrio autem iudicis cõtinet, vt ipse æstimet, quale cuiusq; frumentum fuerit.

*Quod in suo, alienove solo ædificatur, solo cedit: materiæ verò dominium eius permanet, cuius & ante fuerat : nisi quis sciens in alieno ædificarit : tunc enim (cùm donasse videatur) etiã diruto ædificio materiam nõ vendicat.*

[a] Mista. Quod fit per errore, quo casu dominium non transit : vt ff. eo. de acqui. rer. do. l. si procurator. vel vt melius pascantur. & facit ff. ad legem Aquil. in princip. ibi dicit, q̃ gregatim pascuntur. Sed contra ff. de sol. l. si alieni. Solu. ibi speciale est in pecunia numerata, vt ibi dicitur : vt ff. si certum petatur l. singularia.

[b] Frumentum. Nondum bona fide consumptum : tunc. n. in factum actio daretur : vt ff. ad legem Aql. l. qui occidit. §. siquis alienum vinum.

[c] Pro modo. Id est, mensura.

[d] Competit. Id est, q̃ cuilibet tantum frumenti restituatur, quantum fuit suum, qñ non apparet quantum fuerit suum: & hoc pp impossibilem discretionem : vt ff. de vsufruct. l. vsufructuarium. §. si in vt uarijs. Si aũt apparet quod cuiusq; fuerit, hoc iudex æstimet, vt subijcit, secundum Azo. & secundum hoc dic quale, id est. quod. & sic cuilibet sua grana restituantur. Vel dic proxi. respon. arbitrio & c. esse de eo, de quo est istud, s. qñ non apparet, quod fuerit suum : & hoc innuit hoc verbum quale : non. n. dicit quod, sed quale : vt in qualitate officium versatur & quantitate, non autem in corpore : cum illud sit impossibile discernere. & sic probabit, qui dicit suum fuisse melius. Et nota triplicem esse dñiam inter hunc §. & superiorem. Species enim dicuntur misceri, vt hic : materia confundi, vt ꝯ. sed P. econtra. Item hic remanet eadem substantia, ibi non. Ité confusa fiunt communia, etiam sine dominorum voluntate, vt s. proxi. §. hic non.

Distiguit duos §§.

Cum in suo. CASVS. Dñe, Titius in solo suo ædificauit ex materia aliena, modo quæro quis sit dñs illius ædificij : vtrum Titius qui ædificauit, an an ille qui erat dñs materiæ ? Ad hoc rñd. q̃ Titius ædificator dñs est ædificij. Cum. n. in solo suo ex aliena materia quis ædificauerit, dñs ædificij intelligitur : & hoc propter rationem iurisgentium qua dicitur. Omne quod in solo ædificatur, solo cedit. Et quamuis Titio directum dominium ædificij acquiratur, ille tamen qui dominus fuit materiæ, dominus eius non desinit esse, sed vtile dñium retinet, sed tñ quandiu materia sua iuncta est ædificio, neq; eam vendicare, neq; ad exhibendum de ea agere potest : & hoc pp legem duodecim tab. qua cauetᷣ neqs tignum alienum ædibus suis iniunctum eximere cogatur. Veruntamen dño materiæ eadem le. xij. tab. consulitᷣ. Nã cõpetit ei actio de tigno iniuncto : cuius beneficio ab eo qui iniunxit, vel iniũctum habet, duplum consequi poterit. Sed pone, q̃ aliquis alienos lapides, vel trabes, vel cæmẽta in ædibus suis ponat : quid iuris erit tunc in casu isto? Ad hoc rñ. q̃ idem iuris est, q̃ si alienum tignum ædibus suis iniunxisset. Appone enim tigni, omnis materia ex qua ædificia fieri pñt intelligitur. Sed dñe, quare ita statutum fuit in l. duodecim tabu. ne quis cogatur eximere alienã mãni ædibus suis iniunctam? Ad hoc rñd. Amice, hoc ideo statutum fuit in l. xij. tab. ne sit necessariũ ædificia ex aliena materia constructa rescindi, & vrbem ruinis deformari. Sed licet durante ædificio materia vendicari non possit : si tñ aliquo casu dirutum fuerit ædificium, poterit dñs materiæ mãm suã vendicare : & de ea ad exhibendum agere, & hoc est verum, nisi per actionem de tigno iniuncto duplum fuerit pro materia sua consecutus. Et hæc dicuntur vsq; ad §. Ex diuerso. Franc. de Aret.

Cũ in suo solo [e] aliqs ex aliena materia ædificauerit, [f] ipse intelligitᷣ dñs ædificij : qa oẽ qđ solo inædificatᷣ, [g] solo cedit. Nec tñ ideo is, qui materiæ dñs fuerat, [†] desinit [h] dñs eius esse, sed tantisper [i] neq; vendicare eã potest, neq; ad exhibendũ [k] de ea re agere, pp legem duodecim tabularum, [l] qua caueatur, nequis tignum alienũ ædibus suis iunctum eximere cogatur, sed duplum pro eo præstet, per actioné, quæ vocatur de

[†] Hic limitat regula, verba ptérit tpis sunt abnegatiua pñtis, nã hæc sequẽtia. ratione ꝯdictionis vitãdę, amplĩãt etiã ad pñs secundum Por. Aeg. Per.

[e] Cum in suo solo. Suum est etiam, si alius habeat ibi vsumfructum : vt ꝉ. de hære. insti. §. j. vbi pprius seruus dr̃, in quo ꝓprietatem nudam habet testator.

[f] Aedificauerit. s. bona fide, aliàs non, imo tignum suum vendicare, vt ff. de rei vend. l. in rem. [†] arg. a ꝯtrio sensu, vel ex ea exceptione, quæ ibi ponitur. & iurabitur in litem, vt ibi no. Accur.

[†] Et q̃uis nõ possideat malæ fidei existẽs, p l. eũ q̃ ædes. ff. de vsuca. cõuenitᷣ tñ qa dolo desijt possidere. l. is q̃ dolo. ff. de rei vẽ. Et vẽdicabitᷣ nõ q̃dẽ vt æstimetᷣ, sed vt in litẽ iuretᷣ fm Christo. hic.

[g] Inædificatᷣ. s. in ipsa terra contigitᷣ. Quid ergo de domo non affixa solo ? Rñ. non cedit solo, vt ff. de acquir. re. do. l. Titius. & facit ad hanc regulã. C. de ædi. pri. l. j. idem in satis, & plantatis qđ hic in ædificatis dr̃: vt ꝉ. eo. §. si Titi⁹. & §. qua rõne. vnde versus. Quicquid plantatᷣ, seritᷣ, vel inædificatᷣ. Omne solo cedit, radices si tñ egit. Sed ꝯ hanc regulam est ff. de re. diui. l. in tantum, in prin. Sol. illud speciale est.

ADDITIO. Erat enim ibi ædificatum cõmuni omnium solo, quo ad vsum, & nullius quo ad ꝓprietatem, quod ideo cedit ædificio, quia primo occupanti conceditur. Christoph.

[h] Desinit. s. ex causa ædificationis, sed ex alia causa potest desinere vt ff. de vsucap. l. rerum mixtura. §. Labeo. quæ huic regulæ signatur contraria.

[i] Tantisper. Id est, interim.

[k] Ad exhibendũ. s. vt eximatᷣ, nisi mala fide fecerit, vt ff. de rei ven. l. in rem. §. tignum. & ff. de tig. iniũ. l. ij. s. sed tunc nõ eximitᷣ, sed in litẽ iuratᷣ, vt ff. de solut. l. q̃ res. §. ij. qa arbitrariæ sunt istæ actiones, vt ff. de in lit. iur. l. in actionibus & ꝉ. de act. §. præterea.

[l] Duodecim tabularum lex quædã fuit, de qua dic vt s. de iure natu. §. & non ineleganter. Accur.

De tigno

tigno iniuncto. [a] Appellatione [b] autem tigni omnis materia [c] significatur, ex qua aedificia fiunt. Quod ideo prouisum est, ne ędificia rescindi necesse sit. Quòd si aliqua ex causa dirutum sit aedificium: poterit materiae dominus, si non fuerit duplum iam consecutus, [d] tunc eam vindicare, [e] & ad exhibendum de ea re agere. Ex diuerso, si quis in alieno solo ex sua materia domum aedificauerit: illius fit domus, cuius & solum est. Sed hoc casu materiae dominus proprietatem eius amittit: quia voluntate eius intelligitur [f] esse alienata: vtiq; si non ignorabat, se in alieno solo aedificare: & ideo licet diruta sit domus, materiam tamen vindicare non potest [g].

*Possidens fundum alienum, in quo bona fide aedificauit, potest expensas aedificij ope exceptionis retinere. Aretinus.*

Certè illud constat, si in possessione constituto ędificatore, soli dominus petat domum suam esse, nec soluat pretium materiae, & mercedes fabrorum: [h] posse eum per exceptionem [i] doli mali repelli: vtiq; si bonae fidei [k] possessor fuerit, qui aedificauit. Nam scienti alienum solum esse, potest obijci culpa, quod aedificauerit [l] temerè in eo solo, quod intelligebat alienum esse.

[a] De tigno iniuncto. Qua actione tenetur, & qui iniunctum habet, licet non iniunxerit: & qui iniunxit, licet non possideat. sed altero soluente alter liberatur: vt ff. de iis, qui deie. vel effud. l. si verò. §. si id quod. & de flu. l. j. in fi. & quod vi aut clam. l. competit. §. fi. Sed quid si velit magis in rem reddere, & eximere, quam duplum praestare? Respond. non auditur: quia propter publicam vtilitatem hoc fuit statutum: vt infra eod. quod ideo &c. & ff. de operis noui nuntia. l. praetor. & ff. de le. j. l. caetera §. si duobus. Item nunquid haec actio competit etiam contra eum, qui bona fide iniunxit? Respon. sic: vt hic, licet quidam dixerint quod non. [1] Sed contra mala fide iniungentem, alia praeter hęc auxilia competunt: vt rei vendicatio, item ad exhibendum, item furti, item furtiua condictio, item hęc actio de tigno iniuncto: vt infra de act. §. sic itaq;. & ff. de tigno iniuncto. l. j. in fi. & l. fina. Accur.

[b] Appellatione. Facit ad hoc ff. de verbo. signi. l. tigni. & ff. ad exhib. l. gemma & l. tigni. & ff. de acqui. rerum do mi. l. adeo. §. cum in suo. Item quod in domibus dicitur, idem dic in caupona, siue domúcula. vt subijcit, quod ideo &c. ad hoc ff. de verb. signi. l. vrbana praedia. Quidam tamen contra. Item idem in vinea. vt ff. de tigno iniuncto. l. j.

[c] Materia. Vt cęmenta, & lapides.

[d] Consecutus. Hic est contra ff. de tigno iniuncto. l. fina. Sed ibi non cum effectu fuit consecutus duplum: quia licet exigit, non tamen percepit adhuc duplum, vt ar. ff. de his, qui deie. vel effude. l. perceptione.

[e] Vendicare. Nulla temporis pręscriptione obstante in rei vendicatione, vt ff. de rei vend. l. in rem. § fi. quia nec prius agere potuit, vt C. de an. excep. l. j. §. fi. Aliud ergo si mala fide iniunxit, quia tunc agere potuit, vnde xxx. ann. repellitur a rei vendicatione, vt C. de praescript. xxx. anno. l. sicut.

ADDITIO. Quam commoditatem non ex sua mala fide, sed ex negligentia non petentis consequitur, aliàs esset absurdum secundum omnes doctores hic.

Ex diuerso: CASVS. Dicit Iustinianus, quod ex diuerso si quis in alieno solo ex sua materia domum aedificauerit, dominium illius fit, cuius est solum. Sed certè in hoc casu secus est, quàm in prędicto. nam dominus materię proprietatem eius amittit: nam voluntate eius materia alienata intelligitur: & hoc est verum, si non ignorat se in alieno solo ędificare: & ideo licet postea domus diruta sit, materiam tamen sua voluntate alienatam vendicare non poterit. Sed pone, quod ille, qui in alieno solo bona fide ex sua materia ędificauit, sit in possessione illius aedificij, & dominus soli ab eo vendicet ędificium: quid iuris est in casu isto? Ad hoc tamen. Annece. certè illud constat, quod si ędificatore constituto in possessione, dominus soli petat domum suam esse: & non soluat pretium materiae, & mercedes fabrorum: poterit per exceptionem doli mali repelli, & hoc verum si fuerit bonae fidei possessor. Nam aliàs si ipse contra dominum vendicantem excipiat: dominus contra eius exceptionem ope replicationis iuuabitur. Scienti enim alienum fundum esse, propria culpa obijci potest: videlicet quod temere aedificauit in eo solo, quod intellexit alienum esse, & ideo beneficium retentionis non habebit. Et haec dicuntur vsq; ad illum §. si Titius. Franciscus de Are.

[f] Intelligitur. Sic C. de aedif. priua. l. fi is contra quem. Accursius.

[g] Non potest. Quae alienata est, non potest vendicari. Sed contra. C. de rei ven. l. ij. in fine. Sed ibi ex aliena materia, & in alieno aedificauit: hic de sua in alieno. Quare dic aut de mea materia, & in meo aedificio: & tunc planum est. aut de aliena in meo: vt supra proxi. §. aut de mea in alieno: vt hic: aut de aliena in alieno: vt in dicta l. contraria continetur.

[h] Fabrorum. i. magistrorum de lignamine, vel murorum. sic ff. de eo, quod cer. lo. l. iij. § item Iulianus.

[i] Per exceptionem. Quę locum habet vbicunque ęquum sit exceptionem locum habere, siue alia competat, siue non: vt de except. do. l. ij §. & generaliter. & arg. infra eod. §. literae.

[k] Bonę fidei. s. ab initio, & ex postfacto cum ędificauit. nam si ante quàm ędificet, sit bonę fidei: & cum aedificat, malę fidei sit: eligitur quędam media via: ita vt neque vt malę fidei puniatur, neq; vt bonę fidei expensas conseruet: quia permittitur abrasio: vt ff. de rei vendica. l. Iulianus. lib. viij. Digestorum scribit, si in aliena, quę est huic contraria. & facit ad hoc ff. de mino. l. intra vtile. §. vendentibus.

[l] Aedificauerit. Cum de nouo ędificat. Et vt hęc plenè sciantur dic, dum impendit in rem alienam, aut suo, aut meo nomine. Primo casu loquitur ille tit. de neg. gest. & ff. & C. eo. tit. Si meo: tunc aut fructuum gratia, & tunc ex fructibus deducitur, aliàs nullus fructus intelligitur: vt ff. sol. ma. l. fructus. & ff. famil. ercis. l. fundus qui. [2] Aut causa rei seruandae: tunc aut de nouo faciendo aut non. primo casu si bona fide, habeo exceptionem: non actionem. secundum Ioan. & infra proxi. & ff. de condic. inde. l. si in area. & ff. de doli mal. excep. l. Paulus. sed M. etiam actionem dabat. & est pro eo. ff. de peti. hęre. l. hereditas. §. j. & ff. si pars hered. pet. l. fi. & C. de rei ven. l. ij. & l. domum. Sed ibi ipso gesto negotium fuit hereditarium: quod necesse habuit facere vnde actionem dabat. Sed Ioan. contra, vt dictum est. & facit etiam pro eo. ff. de rei vendi. l. sumptus. & ff. de act. emp. l. idemq;. & ff. de pet. hęre. l. plane. [3] Si verò mala fide, tunc nec excipiendo, nec agendo consequor, vt hic: nam neminem mihi volui obligare, vt ff. commu. diui. l. in hoc iudicium. secundum Io. sed M. etiam dabat negotiorum

[1] Nec obstat. l. de eo. in fi. ff. de donat. inter virum & vxo. quia ibi iure tantum, hic verò & iure, & voluntate domini refragante ędificatum fuit.

* Sic dolosi conditio melior est, quàm non dolosi, quia dolosus vtitur beneficio pręscriptionis, non dolosus verò nequaquam. secundum Por. Agi. Per.

Aedificator potest quadrupliciter. Impensas in alienis negotijs factae qualiter recuperantur.

[2] Sanè sumptus necessarios possessor malę fidei seruat per exceptionem doli in iudicijs in rem specialibus. l. domum. C. de rei vend. l. in fundo. ff. eod.

[3] Est tamen dominia secundum Angelum per pet. haer. malae fidei possessor non deducit expensas si fructus non extent, sed bonę fidei sic.

[3] Si tamen ius in re, vel causam habeat a domino, vt est emphiteuta, colonus, & similes, repetit, nisi probetur quod animo donandi fecerit secundum Ange. hic.

gestorum gest. actioné: vt ff. de neg. gest. l. si pupilli. §. sed & si quis. Sed ibi nomine alieno gerebat. Item & pro eo facit. C. de rei ven. l. ij. Sed ibi loquitur, qñ ex aliena materia, & in alieno impenditur: vt ibi plenè notatur. Si verò in reficiendo, aut bona fide: & tūc necessarias, & vtiles p doli exceptionem, voluptarias per abrasionem seruamus: nisi dominus vellet tm̃ dare, quantū posset habere his ablatis, & corrasis: vt ff. de rei ven. l. in fundo. Si verò mala fide: necessarias p officium iudicis, cū th possideo, vtiles per abrasionē conseruo, voluptarias nullo modo: vt C. de rei ven. l. domum. Hinc est quod dixit Bul. hic, quòd expēsas repetā qñq; per a. i. p actioné: vt ff. de ne. gestis. l. si pupilli. §. sed & si quis. Item per e. i. p exceptioné: vt hic. Item & p o i. per officium iudicis: vt per l. C. de rei ven. l. domū: vt modo diximus. Et hęc in rei vend. locū habent. In petitione verò hæreditatis bonæ fidei possessor seruat omnes: ac malæ fidei possessor necessarias, & vtiles per officiū iudicis, aliās p exceptionem doli re existēte meliori in qua factę sunt: voluptarias verò abradit: vt ff. de petitio. hæredi. l. planè in cæteris.

Impēsę necessariæ vtiles & voluptuariæ.

Expēsas repeto per a. e. & o.

*Plantata, & sata eius fiunt, in cuius solo seruntur, aut plantātur: modo radices immiserint: bona fide in alienū inserēs fundū, doli mali exceptione opposita sumptus, si quos fecerit, consequetur.*

Si Titius alienā plātā ī solo sua posuerit: ipsi[9] erit. Et ex diuerso, si Titi[9] suā plantā in Mæuij solo posuerit: Mæuij plāta erit: si modò vtroq; casu radices egerit. antè. n. q̄ radices egerit, eius pmanet, cuius fuerat. Adeò aūt ex eo tpe, quo radices egerit plāta, proprietas eius cōmutat, a vt si vicini arbor ita terrā Titij presserit, vt in eius fundū radices b egerit, Titij effici arborē dicamus. c rō enim nō pmittit vt alterius arbor esse intelligat, q̄ cuius in fundū radices egerit. Et iō prope cōfinium arbor posita, si etiam in vicini fundū radices e egerit, cōis fit.

Si Titius. CASVS. Domine. Titius eradicauit plantam Mæuii: & illam in solo suo plantauit. modo quæro a vobis, quis censetur dñs illius plātæ? Ad hoc rñd. Si Titius plantam Mæuij in solo suo plātauerit, ipsius Titij planta efficitur. Et similiter in casu cōuerso, si Titius suā plantā in solo vicini plātauerit, dominiū plātæ vicino acquisitum ītelligitur, & hoc est verū in vtroq; casu, si planta radices egerit. Nā añ emissioné radicum, eius pmanet, cuius antea fuerat. Intantum aūt ex eo tempore, ex quo planta radices emisit, proprietas ipsius plantæ trāsfertur, vt si arbor Mæuij in terram Titij radices egerit, arbor per emissioné radicum ītelligatur esse Titij. Ratio enim naturalis nō permittit, vt arbor alterius esse dicatur, quàm eius, in cuius fundum radices egerit, vnde arbor prope confinium tuorum fundorum posita, si in vicini fundum radices emiserit, per emissionem radicum cōmunis erit. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. qua ratione.

a Commutatur. Sed videtur nō commutari cū primo domino rei ven. detur: vt ff. de rei ven. l. si frumētum. & §. de arbore, quæ est cōtra. Sol. licet ibi dicāt Varus, & Nerua. Damus: nō tamen sequitur, ergo nos damus, vel damus de æstimatione, sed nō de planta: vt diximus. s. eo. §. planè, si longiori tempore.

g Hodie incipit. idē Pōpo. scribit si frumētum.

ADDITIO. Et hæc vltima cōiter approbatur.

per l. in fi. §. itē quæcunq;. ff. eo. de rei ven. Christoph.

b Radices. Omnes, vt differat a sequenti.

c Dicamus. Imo videtur eius, in cuius fundo originé duxit: vt ff. arb. fur. cæ. l. si plures. §. fi. Sol. hæc corrigit illā. Vel dic ibi, poterat viuere arbor ex fundo primo. hic non. Vel efficitur Titij p parte. s. vt hic: non in totū, vt ibi.

Die hoc non tenet, qa legū correctio est emēdāda. An.

*Qua ratione aūt plantæ, quæ terrę coalescunt, solo cedunt:* f *eadē ratione frumenta quoque, quæ sata sunt, solo cedere intelliguntur. Cæterùm sicut is, qui in alieno solo ædificauit, si ab eo dominus petat ædificium, defendi potest per exceptionem doli mali, secundum ea, quæ diximus,* g *ita eiudē exceptionis auxilio tutus esse potest is, qui alienum fundum sua impensa bona fide conseuit.* h

d Ratio. Facit ff. eo. & de acquir. rer. do. l. adeo. in fi. & l. seq. & l. qua ratione.

Ista est vera vt tenet gl. in d. §. fi. secundum Ang.

e Radices. Pro parte.

Qua ratione. CASVS. Domine, Titius seminauit frumētū suū in solo vicini: modo quæro quis intelligitur esse dominus illi[9] frumēti? Ad hoc rñ. Amice. eadé rōne, qua diximus, q plantæ, quæ in solo alterius radices egerunt solo cedunt, eadem ratione frumēta, quæ i alterius solo seminata sūt, solo cedere itelligunt: & per cōsequens domino soli iure accessionis acquiruntur. & sicut s. diximus, q ille, qui in alieno solo ædificauit, si dominus soli ab eo vēdicet ędificiū, tueri se poterit aduersus dominum vēdicantem p exceptionem doli mali, nisi pretium materiæ, & impēsas in ædificio factas dominus paratus sit ei refundere: ita qui in alieno fundo bona fide suis impensis seminauit, si dñs fundi ab eo vendicet frumentum, eiusdē exceptionis auxilio tutus esse poterit, & hæc dicuntur vsque ad illum §. literæ quoque. cuius casus planus est, vsque ad illum §. si quis. Franciscus. Accur.

*Scriptura quantumuis pretiosa cedit suppositæ chartæ: tabula tamen picturæ superimpositæ cedit.*

*Literæ quoq; licet aureæ sint, perinde chartis,* i *mēbranisve* k *cedunt, ac solo* l *cedere solent ea, quæ inædificant, aut inserūtur. ideoq; si in chartis, mēbranisve tuis carmen,* m *vel histo-*

f Solo cedunt. Vt s. proxi.

g Diximus. Supra, eodē. §. certè. Sed quid si aliquis ex semine meo in alieno fundo seminauit, cōtra quē agam? Respon. contra seminantem non, quia nō possidet, nec dolo fecit, quominus possideret. Item nec contra possidentem: quia eius facto nihil actum est. Sed tamen dic eum teneri instar tigni iniūcti, qui tenetur etiam si positū ab alio habeat, vel teneat. vt diximus supra eodem. §. cum in suo, per legem. ff. de iis, qui deiec. vel effu. l. si verò. §. si id quod positum. Et eadem quæstio fit plantatis: & eodem modo soluitur: cum sit ratio similis: vt ff. mandat. l. Lucius. §. j. in fine.

Si quis seminauit ex semine meo in alieno fundo, agam contra dñm fundi.

Intellige totā hanc gl. si bona fide seminante, & in eo, qui semina habet bona fide, secundum Fab. Acc. Pet.

h Conseuit. Id est, plantauit, vel seminauit.

i Chartis. Vt de bombice: vt sunt hæ, quæ de Pisis veniunt. Accur.

k Membranisve. Quæ de membris animalium eripiuntur.

Membrana vnde dicitur.

l Solo. Vt s. eo. §. cum in suo.

m Carmen. Metrice.

Histo-

riam, a vel orationem b Titius scripserit: huius corporis c nō Titius, d sed tu dominus esse videris. Sed si a Titio petas e tuos libros, tuas ve membranas, nec impensas scripturę soluere paratus sis, poterit se Titius defendere per exceptionem doli mali, vtique si earū chartarū, membranarum ve possessionem bona fide f nactus est.

*Titulo & bona fide alienum fundum possidens, perceptos fructus suos facit: malæ fidei verò possessor, etiam consumptos restituit.*

Si quis in aliena tabula pinxerit, g quidam putant, tabulam h picturę cedere: alijs videtur picturam, qualiscūque sit, tabulæ cedere. i sed nobis videtur melius esse, tabulam picturæ cedere. Ridiculum est enim, picturā Apellis, vel Parrhasij k in accessionem vilissimæ tabulæ cedere. Vnde si a domino tabulæ imaginem possidente is, qui pinxit, eam petat, l nec soluat precium tabulæ, poterit per exceptionem doli mali submoueri. At si is, qui pinxit, eam possideat, cōsequens est, vt vtilis actio m domino tabulæ aduersus eum detur. quo casu, si non soluat impensam picturæ; poterit per exceptionem doli mali repelli, vtique, si bonæ fidei possessor fuerit ille, qui picturam imposuit. n Illud enim palam est, quod siue is, qui pinxit, surripuit o tabulas, siue alius, p competit dño tabularum q furti actio.

*Bonæ fidei possessor facit fructus suos: nec eos sumptos cogitur restituere, secus si fuerit malæ fidei Aretin.*

Si quis a non domino, quem dominum esse crediderit, bona fide r

a Historiam. Noui, & veteris testamenti. idem dicā in fabula, vel romantia, vel quolibet libro prosaico.

b Orationem. Ad Deum, vel ad populum, vel ad principem.

c Corporis, id est, libri.

d Non Titius. Scilicet scriptor bonę fidei.

e Petas. Directa in rem.

f Bona fide. Si aūt mala, laborem donasse videtur: vt s. eodē. §. certè. Sed nūquid actionem scriptor habet reddito libro? 1 Respō. sic, si bonam fidem habuit. actionē dico, scilicet in factū: ut ff. de rei uendic. l. in rem. §. item si quęcunque. si malā fidē habuit: nō habet actionē, quia nec exceptionē habet. ut hic. Sed cum hodie pretiosior sit scriptura, quā charta, nunquid mutatur hoc? Rñdent quidā vt Azo. quod sic: Nos quod non. 2 argu. C. de testa. l. sancimus. & C. de appel. l. pręcipimus. in fin.

g Pinxerit. Siue bona fide, siue mala fide, secundum Placentinum contra. quia bona fide: ut j. eod. §. ibi, vtique &c.

h Tabulam. Quid si in marmore? Resp. cōtra seruari forte. Arg. tamen contra. j. de test. §. pen.

ADDITIO. Sed ibi loquitur in re separabili a materia, hic secus. Et ideo non actionem, sed exceptionē habet per istū tex.

i Cedere. ff. de rei vendi. l. in rē. §. sed id qđ in charta. contra. Sol. hæc corrigit illā. Vel distingue, 3 an pretiosior sit illa scriptura, quā tabula, secundū P. qui ait locum habere, quod hic dicitur, si pictus est homo, non vrsus: bono 4 colore, non atramento.

ADDITIO. Dic quod glo. bene loquitur in hoc, sed malè in eo, quod dicit de vrso: quia depictū semper exornat materiam, dummodo sit honestum, secundum Christopho. hic.

k Apellis, 5 vel Parrhasij propria nomina pictorū.

l Iam petat. Scilicet directa rei vendicatione: vt ff. de acquir. rer. domin. l. qua ratione. §. sed non: vt litera. secundum Azonem.

m Vtilis actio. In rem non directa: quia desijt dñs esse. & sic est mirabile. quod non dominus a domino vendicat. sic contingit aliàs in Publiciana in quibusdam casibus: vt no. j. de actio. §. aliæ.

n Imposuit. Hoc mirabile contingit hic, quod cōditio possidentis est deterior, quā petentis, aliàs contra: vt j. de interd. §. commodum: sic & aliàs ff. de noxali. l. si quis a multis. & ff. si ex noxa causa aga. l. j. in fi. & l. ij. & ff. de peti. hæred. l. cum idem. Sed ad hoc respon. quod in causa noxali esse potest, quod secundo ages non probabit. Item in petitione hęreditatis, si bona iura habuit in uincendo, hæc eadē habuit in defendēdo: & sic non est eorū cōditio deterior. Item cum hic habeat actionē pictor, si non possideat: multo magis exceptionē debet habere soluto pretio: vt ff. de superfi. l. j. §. quod autem. & ff. de regu. iur. l. cui damus. Sed nunquid domino quondam tabulę idem conceditur, si possideat, si pretium picturę soluat? Rñ. Ro. quod sic: cum sibi actio detur. Ergo contra: vt sic differentia inter dominū & pictorem. Item quis prefertur, si ambo contra extraneū possidentem agant? Respon. is, qui directā habet actionem, id est, pictor, secundū Ioan. Sed nunquid si tabula fuerit abrasa, remanet pictoris? Respon. sic: ut ff. de rei uendi. l. in rem. §. item quęcunque. versic. & quod semel. Sed quare aliud in picturis, quā in scripturis? Rñd. quia pictura pretiosior 6 est, quā scriptura, secundū Ioā.

o Surripuit. Ante, quàm pingeret. 7

p Alius. Post picturam.

q Tabularum. Etiam, subaudi. nam & pictori contra extraneum furem datur. secundum Azo. Vel melius, (ut mihi uidetur) hic loquitur, quando fuit surrepta ante, quam esset picta, sed etiam contra dominum tabulæ sibi surripientem posset dari pictori furti actio, facto furto tabula iam picta: vt infra de obligation. quæ ex delict. nascuntur. §. Aliquando.

Si quis. CASVS. In hoc §. dicit Iusti. quod si emerit aliquis fundum bona fide a non domino, quem tamen ipse crediderit dominum esse, vel causa donationis, vel qualibet alia iusta causa, quæ ad dominij translationem sufficiat, bona fide accipiat: iure gentiū, quod naturali rōne introductū est, fructus, quos inde receperit pro cultura, suos facit. vnde verus dominus postea vendicans ab eo fundum, qui eum emerit: de fructibus ab eo consumptis aduersus eū agere non poterit, secus est in malæ fidei possessore. Nam ille, qui sciēs alienum fundum possederit, fructus suos non facit. vnde si dominus fundi ab eo fundum vēdicauerit: non solum fundum, sed etiam fructus cū fundo, licet ab eo consumpti sint, cogitur domino restituere. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. si verò.

r Bona fide. Quæ in initio exigitur. s. vt credat sibi dantem habere ius distrahendi: vt ff. de vsuris. l. qui scit. §. fi. 4 Nec obst. quod est. ff. de acqui. rer. domi. l. bonæ fidei. §. in contrarium, quia ibi opponendo loquitur, non ponendo.

Iusta.

1 Si aūt sit scriptor ad mercedē, & sibi de suo labore non satisfiat, potest retinere quaternos, vt no. p. l. i l. si nō fortē. §. si cētū. & ibi Iaco. & Bal. de cō di. de. & Cy. & do. in l. fi. C. commo. An.

2 Et bñ secūdum An. hic, p istū tex.

3 Hæc vera. nā cū in pictura, quā in scriptura īspiciť qđ est pretiosius, secūdū Ang. Æg. Per.

4 Bñ loquitur de colore, & atramento, sed de hoie, & vrso nō, qa nō est crēdū qđ sit pictū, mō itēo neitū. secundū F. Ægi. Per.

5 Apellis & Parrhasij meminit Plin. li. nat. hi. xxxv. ca. x. & alijs itē locis. Vēdicat aliqn nō dominus a dño.

6 Pictura ptiosior ē scriptura.

7 Hęc sō non vē ppetua: qa scriptura ptiosior eē pōt, & carior secūdū Fa. Ægi. Per.

4 Dic hoc verū in alijs ꝯctibus ꝑterquā ī emptiōibus: quia in illis requirit, quod duob' tēporib' habeat bonā fidē videlicet tēpore contract', & tpe traditionis. vt est tex. in l. ij. ff. p empto. & quæ sit rō differentię. ibi no. Ang.

a Iusta. Cum multæ sint causæ, siue tituli acquirendi: vt in ff. colligitur in varijs titulis sub titu. de vsucap. vsque ad titulum, de re iudi. idem tamen & si titulum non habeat: vt arg. ff. finium regun. l. iiij. §. post litem, versicu. sed ante.

b Naturali rōne. id est, iure gentium, de quo loquitur hic ti. cui naturalis insita ratio est.

c Fructus. * Industriales, aliud in naturalib9: vt ff. de vsufr. l. fructus. Nec obstat. ff. de acquir. rerum do. l. bonæ fidei. in prin. quod. n. ibi dicitur, es, exponitur siue facto possessoris, siue alterius percepti. industriales tamen, vt ff. de vsur. l. qui scit. §. præterea. Sed naturalib. fructibus consumptis, an teneatur possessor? Respon. Non tenetur possessor rei vendicatione: quia nō possidet, nec dolo desijt possidere: sed cōdictione sine causa tenetur inquantum locupletior est, arg. ff. si certum petat. l. ij. & ibi.

* Fructus industriales, q non proueniūt sine hoīs industria, vt vinū, oleū, frumentum. Nāles vero q ipsa nā proueniunt. vt poma, fœnum. Aegi. Per.

fundū emerit, vel ex donatione, aliave qualibet iusta a causa æquè bona fide acceperit, naturali ratione b placuit, fruct9, c quos pcepit, ei9 esse, p cultura, d & cura. e Et ideo si postea dñs superuenerit, & fundū vindicet: de fructib. ab eo cōsumptis agere nō pōt. f Ei verò, qui alienū fundū sciēs possederit, nō idē g cōcessum est. itaque cum fundo et fructus, licet consumpti sint, cogitur restituere. h

*Fructus a solo separati fructuarij fiunt, non etiam pendentes: ideo nondum perceptos ad hæredes non transfert.*

Is verò, ad quem vsusfructus fundi ptinet, non aliter fructuū dñs efficit, quā si ipse i eos pcepe rit. Et ideo licet maturis fructib. nōdū tñ pceptis k decesserit, ad hæredes eius non pertinent: sed dño l pprietatis adquiruntur. Eadem ferè & de colono m dicunt.

*Fœtus, lac, pilus, & lana sunt in fructu pecudum: partus vero ancillæ non dicitur in fructu: & ideo non pertinent ad fructuarium ancillæ. Argumentum.*

In pecudum fructu et fœtus n est, sicuti lac, pilus, o & lana. itaque agni, hœdi, & vituli, & equuli, & suculi p statim naturali iure q dominij

ADDITIO. Sed si non sit effectus locupletior, non tenetur, nisi esset malæ fidei. Ang.

d Pro cultura. Vt segetes.

e Et cura. Vt lac, & pilus, & lana.

f Non potest, nec ad pretium: vt j. de offi. iud. § & si hereditas. versi. si vero. & ff. finium reg. l. iiij. post litem. versic. sed ante. si tamen extant, non rei vendicatione, quia percipientis sunt. sed officio iudicis tenetur reddere: vt C. de rei vendi. l. certum. §. bona fide.

g Non idem. Vt faciat fructus suos.

h Cogitur restituere. Distingue tñ: quia si habet titulum malæ fidei possessor, de cōsumptis cōdictione sine causa: de extantib. rei vendicatione tenetur. de percipiendis, pp titulum excusatur. vt C. de rei vendi. l. si fundum. nisi in quatuor casibus. Primo qñ emit ab eo, quem scit vēdere in fraudem creditorū: vt ff. quæ in frau. cre. l. ait prætor. §. per hanc. Secūdo, qñ emit ab eo, qui metu cōpulsus est, vt ff. quod metus cau. l. sed & partus. Tertio, qñ emit contra interdicta legum sciens: vt C. de agr. & censi. l. quemadmodum. lib. xj. Item in quarto, s. qñ emit a fisco non solenni rei vendente: vt C. de fide instr. & iur. hastæ fi. l. j. Isti quatuor casus etiam not. ff. quod met. cau. l. sed & partus. & l. si fundum. C. de rei vend. Si non habet titulum, de consumptis condictione sine causa: de extantibus rei vendicatione: vt C. de condi. ex lege, l. pen. C. de rei vend. l. si fundum. de percipiendis officio iudicis. ff. de rei vendi. l. si nauis. §. fi.

p Condictio sine cā compete quoties aliqd ē, vel fuit apud te sine causa, quod mea itere est hēre. ff. de cōd. sine causa. per totum. Aegi. Per.

Is verò. CASVS. Dñe, Titius habet vsumfructum in vniuersitate fundi: modo q̄ro a vobis, qñ Titius vsufructuarius dñs fructuum esse intelligatur. Ad hoc tñ. Amice, iste ad quem vsusfructus pertinet: non aliter dñs fructuum effici intelligitur, quā si huiusmodi fructus ipse perceperit, & in horreo suo reposuerit: & ideo si vsufructuarius maturis fructibus, & a solo separatis, nondū tñ in horreo suo repositis decesserit, ad hæredem suum huiusmodi fructus nō transmittit: sed dño proprietatis morte vsufructuarij acquiruntur. Et quæ de vsufructuario diximus, eadem ferè & de colono, qui nūmis colit, intelligunt. Sed pone, q aliquis habeat vsumfructū in oue, vel in capra, vel in equo, vel in vacca: modo quæro, quid intelligitur esse in huiusmodi vsufructu? Ad hoc tñ. Amice, in pecudum fructu etiam fœtus est: sicut lac. pilus, & lana. vnde dico tibi, quod agni, hœdi, & suculi, & equuli statim cum editi fuerint, naturali iure in dñio vsufructuarij esse intelligunt. sed secus est in eo, q habet vsumfruct. ancillæ: quia ad dñm pprietatis pertinet. Sed dñe, pro Deo quare non fuit statutum partum ancillarum esse in vsufruc. sicut fœtus pecorum? Ad hoc respon. Amice, optima rōne hoc statutum fuit. Absurdum. n. videbatur hominē in fructu esse; cum omnes fructus hominis gratia ipse Deus adinuenerit. Sed si aliquis vsumfructum gregis habeat: & aliqua ouis perierit: vsufructuarius in locum demortuorum animalium ex fœtu submittere debet. & ita Iuliano visum est. Et similiter qui habet vsumfructum vinearum vel arborū, alias substituere debet. Rectè. n. colere debet fructuarius, & quasi bonus paterfamilias vti. Et hæc dicuntur vsq; ad illum §. thesauros. in quo Iusti. determinat qualiter per inuentionem dñium acquiritur de iure gentium: & casus planus est vsque ad illum §. per traditionem. Franc.

t Hoc pcedit qa ille emit circūscripta solennitate iuris: secūdū Chri.

Et est ratio quia vsufructuarius adminiculum tantū dedit lege: vt le. j. ff. qā dies vsusfr. ce. nec sola nālis possessio, quā habet, sufficit ad acquirēdū sine separatiōe nomine suo facta, vt in Ang.

i Ipse. Alio enim percipiente non fiunt sui. sed fiunt bonæ fidei possessoris, etiam si eos alius percipiat: vt ff. de vsur. l. qui scit. §. præterea. vel aliter si iste percepit, non etiam hæres eius. nec enim ad hæredem transmittit. Accur.

k Perceptis. Vt si in horreo depositi * sunt facit suos fructuarius: sed bonæ fidei possessor, statim vt a solo separati sunt: vt ff. qb. mo. vsusfruc. amit. l. si vsusfr. Est & alia dfia: quia fructuarius facit suos naturales fructus, bonæ fidei possessor non: vt ff. de vsu fru. l. vsufru. l. legato. & de vsur. l. fructus.

* Idē est si nō cēnt in horreo, sed tñ essent plene recepti, vt qa excussi a spicis, secūdū Oct. Aegi. Per.

l Domino. Sed per quam actionem? Respon. p rei vendicationem, cum dominus sit: vel condictione ex hac lege.

m De colono. Qui nūmis colit. nā oēs fructus facit suos, vt vsufructuarius: sed differūt, qa colonus talis facit fructus suos statim, vt a solo decerpti sunt: vt ff. de fur. l. si apes. §. fi. secus in vsufructuario. vt hic dicitur. Vel dicas de partiarijs: * vt ff. loc. & cōdu. l. cū in plures. §. messem. fm Azo. Item dicit ferè. pp aliud: quia colonus transmittit ad hærede: vt j. de loca. & condu. §. fi. sed fructuarius non vt hic.

* Colonus q sub certa annua mercede pecunia numerata agros suscepit colēdos. Aegi. Per.

* Partiarij sunt q terrā colūt p parte dimidia, vel tertia, vel alia, secūdum fertilitatem terræ, aut sterilitatem. Aeg. Per.

n Fœtus. Quasi dicat, ita fœtus sicut &c.

o Pilus. Bouis, vel ēt caprarum, ab borrā setarum.

p Et suculi. Id est, parui sues.

q Naturali iure. Id est, gentium, de quo loquitur supra. eod. §. singulorum.

Nullius autem sunt res sacrę, & religiosæ, & sanctæ. quod enim diuini iuris est, id nulli in bonis est:

*Res sacræ sunt, quę ritè per pontifices Deo dedicatę sunt, vel ad diuinum ministerium deputatæ, quę non possunt nisi per capitalitate hominum alienari. Arg.*

Sacræ res sunt, quę ritè per pontifices [b] Deo cõsecratæ sunt: veluti ædes sacræ, [c] & donaria [d] quę ritè ad ministerium Dei dedicata sunt: quę etiam [e] per nostrã constitutionẽ [f] alienari, & obligari prohibuimus, excepta [g] causa redemptionis captiuorum. Si quis autem authoritate sua quasi sacrũ sibi constituerit: sacrum non est, sed profanũ. [h] Locus autẽ, in quo ædes sacræ sunt ædificatæ, etiã diruto ædificio, sacer adhuc manet: [i] vt Papinianus scripsit.

*Religiosum locũ quisuis propria authoritatè facere potest: mortuum scilicet in proprium fundum inferendo: at vero socius communem fundum inuito socio religiosum non facit: nec proprietarius contra dicentẽ fructuario.*

Religiosum locum vnusquisque [k] sua voluntate facit, dum mortuũ [l] infert in locum suum. In communem autẽ locum purum, [m] inuito socio inferre, non licet: [n] in cõmune vero sepulcrum etiam inuitis [o] cæteris, licet inferre. Itẽ si alienus vsusfructus [p] est: proprietarium [q] placet, nisi consentiẽte [r] vsufructuario, locum religiosum nõ facere. In alienũ locũ consentiente dño, licet inferre, & licet postea ratum non habuerit, quã illatus est mortuus, tamen locus religiosus fit.

Nullius autem. vsque ad §. singulorum. diuidit autem in quatuor partes. Primo ponit, quæ sunt in nullius bonis: Secundo ponit exemplum de rebus sacris. Tertio de religiosis. Quarto de sanctis rebus. Secunda ibi, Sacræ sunt. Tertia ibi, Religiosum. Quarta ibi, Sanctæ quoque. Et quamlibet partem summabo per se.

CASVS. Dñe, iam vidi quæ sunt vniuersitatis in dicatibus multaq; sunt nullius: Ad hoc indoc Imperat. Amice, nullius sunt veluti res sacræ, & religiosę, & sanctæ: & hoc patet tali rõne. Huiusmodi enim res diuini iuris sunt: & quod diuini iuris est, in nullius bonis est. Sed pone. Dñe iam video quod eã, quæ nullius sunt, consistunt in sacris, & religiosis, & sanctis: dicatis ergo mihi, quæ sunt sacra? Respõ. Amice, sacra sunt quę ritè per põtifices Deo cõsecrata sunt: sicut ædes sacrę, & donaria &c. prout iacet in litera vsque ad illũ §. religiosum. Franciscus.

[a] Nullius. Scilicet hominis, vel hominũ, nec pñt esse, sed sunt in bonis Dei, hominum cẽsura, siue dispositione: & sic non obstat, quod posset dici de communibus, & publicis rebus vniuersitatum: quæ videntur nullius esse: quia esse possunt, & sunt hominum, licet non hominis singularis. [1] Item contra infra eodem. §. feræ. Solu. vt ibi.

[b] Pontifices. Id est, papas, & episcopos. Sed nunquid Imperator dedicare potest: Videtur quod sic: vt ff. eodem, l. sacra. §. j. vbi dedicat, id est, potestatem dedicandi dat. nam olim Imperatores erant sacerdotes: vt in canonibus dicitur. Vel dic dedicat alij, puta episcopo permittendo sine requisitione, vel concedit, scilicet requisitus.

[c] Aedes sacræ. Hic locus dicitur sacer, vt hic, & sanctus: vt C. de sacrosan. eccle. l. sancimus. j. Item religiosus: vt in Auth. vt religiosæ domus.

[d] Et donaria. Aliàs dona. id est, thuribula, & cruces, & calices. Accur.

[e] Quæ etiam. scilicet donaria, non autem referas ad ædes sacras. nam illæ nullo modo possunt alienari: vt in Auth. de alie. & emphy. §. & quoniam cognouimus. colla. x. Accur.

[f] Constitutionem. Vt C. de sacrosan. eccle. l. sancimus. Accursius.

[g] Excepta. Nam hominum animæ quibuslibet rebus præponendæ sunt: vt C. de sacrosanctis ecclesijs. l. sancimus. j. in fine. [2] Item propter debitum, si quod habet ecclesia: vt in Authen. de alie. emphy. §. hoc etiam super ipsis. colla. ix. Item propter alimenta pauperum: vt xij. quæst. cap. aurum habet ecclesia. Accursius.

ADDITIO. Vnde versus. Vtilitas, incommodum, pietasque, necesse, Res alienari permittunt ecclesiarum.

[h] Prophanum, id est non sacrum.

[i] Sacer adhuc manet. Definit tamen esse sacer, si ab hostib. capiatur: vt infra. de inutil. stipul. §. j. & ff. de religio. l. cum loca. Item locus ille religiosus esse desinit, quando ea remouentur, quæ talem eum reddebant: vt ff. eodem. l. sacra. §. illud. & de relig. l. antepenul. in fine.

Religiosum. CASVS. Domine, iam video quæ sunt sacra: dicatis mihi, quæ sunt religiosa? Ad hoc respondet Imperator: Amice, religiosa loca sunt, in quibus corpora mortuorum sepulta sunt. Religiosum enim locum vnusquisque pro sua voluntate facit, dum in locum suum mortuum infert &c. omnia plana sunt vsque ad §. sanctæ.

[k] Vnusquisque. Aliud in sacro: vt sup. proxi. §. sacræ.

ADDITIO. Hodie tamen de iure canonico requiritur authoritas episcopi, c. penulti. in fin. extra. de consecra. eccles. vel alta. ista tamen ciuilis religiositas impediet loci alienationem; secundum Ial. & Ange. hic.

[l] Mortuum. Scilicet totum, [3] vel saltem caput: cuius imagine cognoscimus: vt ff. de religio. l. cum in diuersis. in fine. Quid si partialiter caput est in diuersis locis? Respond. illum esse religiosum, vbi est maior pars: vt argumen. ff. de statu homi. l. quæritur. & infra de vulga. substitu. §. & si ex disparibus. Si autem æqualiter, neuter: secundum Ioan.

ADDITIO. Et no. quod si pars interior appareat, illa tanquam nobilior inspicitur. argum. l. quod cõclaue. ff. de damno infecto. Angelus.

[m] Locum purum. [4] Id est, qui neque sacer, neque sanctus neque religiosus est. ff. de relig. & sump. fune. l. j. §. purus autem locus. vide gl. in c. abolendę. extra. de sepultu.

[n] Inferre non licet. Extraneos. nam ipse socius rectè ibi sepeliri potest, etiam sine cõsensu cæterorum: maximè cum non est alius locus, in quo sepeliretur: vt de relig. & sum. fun. l. si plures.

[o] Inuitis. Hoc fauore religionis iam factę, aliàs contra: vt supra proximo §. & ff. communi diui. le. Sabinus.

[p] Vsusfructus. Scilicet loci puri. argum. ff. de vsu, & habi. l. finali.

[q] Proprietarium. Nisi consentiat fructuarius: vel nisi testatorem, qui vsumfructum legauit, vellit sepelire hæres, vt ff. de reli. l. ij. § si vsum fructum.

[r] Cõsentiẽte. Quid si primo cõsensit, post pœnituit ante

Propha num & sacrum opponunt. Mand. sup. §. com. gl. j.

[1] Sed dices tu. nã aer nec ẽ in bonis hominis singularis, nec hois i cõmuni: itẽ nec redigi põt in bonis alicui⁹, ergo debuisset poni sub membro nulli⁹. Solu. quod aer sicut oib. nec ĩ nullius bonis puenit sãcto natura, & iõ cõis oib. appellat⁹ ẽ, sed res sacræ, sanctæ, & religiosæ sunt dedicatæ Deo facto hominũ, & ideo non cões, sed i nulli⁹ bonis appellate sunt. Christ.

[2] Idem dr in cap. præcipimus. in princ. xij. q. j.

Cõcor. c. cũ oẽs, i gl. j. post med. ibi, Nisi rem concedat, de cõstit.

Expungendã esse hoc loco negationem, quẽadmodum & iura tñ. sicut religiosũ: ff. ex cẽsei Anto. Augu. emendatio. l. 2. ca. ij. idq; pbat cũ ex Pã. Florẽ. tũ ex Theophilo Græco institutionũ interprete atque ex huius loci sensu erit, locũ religiosũ fieri, si fructuarius nõ cõsentiente dño illatus sit mortuus, si modo id ratũ postea dñs habuerit.

[3] Nõ tñ fundũ totum, sed locũ cadaueris solũ efficit religiosum Ang.

[4] Ista gl. non reperitur i antiquis originalib⁹, nec de ea faciũt mẽtionem doc.

ante illationem? R. sufficit semel voluisse: vt ff. de aqua plu. ar. l. in diem. & j. proxi. §.

Sanctę quoque. CASVS. Domine, iam uideo quæ sunt sacra, & religiosa: dicatis mihi, quę sunt res sanctę? Ad hoc rń. Amice, sanctę res sunt ue luti muri, & portæ ciuitatis, Hmôi. n. res quodāmodo diuini iuris sunt: & idcirco in nullius bonis esse censentur. Sed domine, quare dicuntur muri sancti? Ad hoc respon. Amice, idcirco muros ciuitatis sanctos legis authoritate, id est, firmos dicimus: quia pęna capitis constituta est aduersos eos, qui aliquid in muros deliquerint, vnde & illas partes legū, quibus pœnas contra earū transgressores constituimus, sanctiones appellamus. & hæc dicuntur vsque ad § Singulorum.

*Res sanctæ sunt portę, & muri ciuitatū, quasi pœna legali firmatę. Itē leges pęnales proprio vocant sanctiones. Are.*

CASVS. Sed domine Imper. nunquid dñium de iure gentiú adhuc pluribus modis acquiri poterit? Respon. q sic. Nam per cófusionem materiarú acquiritur dñium de iure gentium. Si enim materię duorú dñorum de voluntate, & consensu eorú cófusæ sunt, totum corpus, qđ ex confusione materiarum resultat, vtrique dominorum commune fit: veluti si aliqui vina sua confuderunt, aut massas argéti, aut auri in aliquod uas conflauerunt. Et istæ sunt vera, qñ eædé materiæ confunduntur. Sed pone, quòd materiæ sunt diuersæ: nunquid idem iuris erit? Respon. q sic. Si enim diuersæ materiæ cófusæ fuerint, & ex illis materijs cófusis aliqua species facta sit: veluti ex vino Petri, & melle Martini mulsum, aut ex auro Petri, & argento Martini electrum: in hoc casu nulla dubitatio est huiusmodi speciem ex diuersarum materiarum cófusione de voluntate dominorū factam, communem esse. Sed pone, q diuersæ materiæ, vel materiæ eiusdem generis fortuito casu, & non interueniente voluntate dominorum sunt confusæ: nunquid idem iuris erit? Respon. q sic. Hoc tamen intelligo, nisi materiæ separari possint. Si enim separari possent, secus tunc esset. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. quod si frumentum. Franciscus de Aretio.

f Si duorum. Acquiritur dominium, nō solú specificatione: vt s. eodem. §. cum ex aliena & §. quod si. & accessione: vt supra. eodem. §. si tam. n. sed etiam confusione, vt hic. Item immistione: vt j. proxi. §. quod si frumentum.

Dñium varijs modis quæritur.

g Dominorum bene dicit. dominorum voluntate. Ná si vnus dominus fecit inde specié. i. mulsum. vel uas ex argento meo, & suo: sua est iure specificationis, non communis: vt s. eo. §. q si partim. & ff. de rei ven. l. idem Pomponius scribit si frumentum. §. j.

ADDITIO. Hoc intellige bona fide, & suo nomine, vt vidistis in §. cum ex aliena. s. eod. per glo. vt hic. Ange.

h Confusæ. id est, simul fusæ.

i Electrum. * Genus uasis, vel species metalli, & ad hoc est. ff. de aur. & arg. leg. l. pediculis. §. Neratius.

Electrū quid est.

* Aurū i quo quīta argēti portio ē, electrum vocatur. Pli. li. 33. c. 4. & li. 37. ca. ij. vbi dicit. Succinū esse, de quo i Apoca. Et erat spēs sicut spēs electri Acg. Pet.

k Idem iuris. Vt sit cōe, vt subijcit.

l Placuit. Scilicet vt sit cómune, nisi separari possit, veluti sit ex ęre meo, & plūbo; vel argento tuo species facta sit: quibus casibus separari potest: & quilibet vēdicat suum: vt ff. de rei vendi. l. idem Pōponius scribit si frumétum. §. sed si plūbum. & ff. de acquis. rer. do. l. lacus. §. fi- na.

Quod si frumentú. CASVS. In hoc. §. dicit Iustin. quòd si frumentum Titij frumento tuo mistum fuerit volútate vestra: totum illud frumentum tibi & Titio cōe erit. ná licet singula corpora. i. singula grana, ante mistionem in sua substantia durant: tñ ex consensu vestro per mistionem cōicata sunt, & hoc uerum est, quando fuit facta mistio de voluntate vestra: si tñ casu frumentum mistū fuerit, vel si Titius nō volútate tua id miscuit: nō videtur huiusmodi frumentum per mistioné cōe esse. Singula. n. grana in sua substātia remanēt: & durant in dñio eius, cuius fuerant añ mistionem. Ná in casibus istis quādo fit mistio sine dominorú voluntate, non magis intelligitur frumentum cōe esse, quā grex ouium cōis esse intelligitur, si pecora Titij tuis pecoribus permista fuissent, unde si totum huiusmodi frumentum retineatur a Titio, actio in rem aduersus Titium competit: & iudex, qui in huiusmodi actione cognoscet, æstimabit quantum, & quale tuum frumētú fuerit: & tantundem frumétu, & eiusdé qualitatis, vel eiusdem æstimationis tibi faciet restitui. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. cum in suo solo. Fran. Are.

m Quod frumentum. Diximus quando confunduntur vt separari non possint: nunc videndum est, quando singula corpora in sua substantia durant: quo casu dicunt immisceri.

n Communicata sunt. Et ideo locum habet cómuni diuidundo actio: vt ff. de rei vendi. l. Idem Pomponius scribit si frumentum. ij. respon.

o In sua substantia durant. sed nūquid idé si nostra voluntate fuissent immista? Videtur quòd sic: nostra enim contemplatio, vel voluntas non potest mutare substantiam granorum, quia semper discreta, & diuisa

* Istam gl. nō credo eē Accur. quia non repe- rirī antiquis origi- nalib⁹ nec de ea doc. aliquam faciunt mētionem.

diuisa sint a se inuicem: quod vt esse ꝫ §. præcedentē. Sed respon. non est mirum. aliás. n. simile reperimus, nonne tempus continuum est sui natura? cum ips sit mensura motus primi mobilis: qui motus est vniformis, & continuus: vt dicit Arist. in viij. Physicorū, & tñ partes in ipsa contemplatione distinguimus, & assignamus, dicentes quoddam præsens, quoddam ꝑteritū, quoddam futurum: sic in granis frumenti dicimus quod licet eorum corpora sunt discreta in suis terminis: cōia tamē ea possumus facere, ita q̄ aliqua non sit particula in tuo gragrano, quam tu nō communices mihi: nulla in meo, quam ego tibi non cōmunicem: quod nō esset deficiente nostra voluntate, sicut nec in tempore distincto generarentur diuersitates nostra significatione, vel respectu deficiente.

Tempus quid est.

Tēporis diuisio.

Sed nec magis istis casib. commune fit frumentū, quàm grex intelligiť esse communis, si pecora Titij tuis pecorib. mista [a] fuerint. Sed si ab alterutro vestrum totum id frumentum [b] retineatur: in rem quidē actio ꝓ modo [c] frumenti cuiusq; competit: [d] arbitrio autem iudicis cōtineť, vt ipse æstimet, quale cuiusq; frumentum fuerit.

*Quod in suo, alienove solo ædificatur, solo cedit: materiæ verò dominium eius permanet, cuius & ante fuerat: nisi quis sciens in alieno ædificaris: tunc enim (cum donasse videatur) etiā diruto ædificio materiam nō vendicas.*

Cū in suo solo [e] aliqs ex aliena materia ædificauerit, [f] ipse intelligiť dn̄s ædificij: qa oē qđ solo inædificať, [g] solo cedit. Nec tñ ideo is, qui materiæ dn̄s fuerat, [†] desinit [h] dn̄s eius esse, sed tantisper [i] neq; vendicare eā potest, neq; ad exhibendū [k] de ea re agere, ꝑꝑ legem duodecim tabularum, [l] qua cauetur, nequis tignum alienū ædibus suis iunctum eximere cogatur, sed duplum pro eo præstet, per actionē, quæ vocatur de

a Mista. Quod fit per errorē, quo casu dominium non transit: vt ff. eo. de acqui. rer. do. l. si procurator. vel vt melius pascantur. & facit l. ad legem Aquil. in princip. ibi dicit, q̄ gregatim pascuntur. Sed contra ff. de sol. l. si alient. Solu. ibi speciale est in pecunia numerata, vt ibi dicitur: vt ff. si certum petatur l. singularia.

b Frumentum. Nondum bona fide consumptum: tunc. n. in factum actio daretur: vt ff. ad legem Aql. l. qui occidit. §. siquis alienum vinum.

c Pro modo. Id est, mensura.

d Competit. Id est, q̄ cuilibet tantum frumentū restituatur, quantum fuit suum, cū non apparet quantum fuerit suum: & hoc ꝑꝑ impossibilem discretionem: vt ff. de vsufruct. l. vsufructuarium. §. si in vinarijs. Si aūt apparet quod cuiusq; fuerit, hoc iudex æstimet, vt subijcit, secundum Azo. & secundum hoc dic quale, id est. quod. & sic cuilibet sua grana restituantur. Vel dic proxi. respon. arbitrio & c. esse de eo, de quo est istud, s. qn̄ non apparet, quod fuerit suum: & hoc innuit hoc verbum quale: non. n. dicit quod, sed quale: vt in qualitate officium versatur & quantitate, non autem in corpore: cum illud sit impossibile discernere. & sic probabit, qui dicit suum fuisse melius. Et nota triplicem esse diffam inter hunc §. & superiorem. Species enim dicuntur misceri, vt hic: materia confundi, vt ꝫ. sed P. econtra. Item hic remanet eadem substantia, ibi non. Itē confusa fiunt communia, etiam sine dominorum voluntate, vt s. proxi. §. hic non.

Distiguit duos §§.

Cum in suo. CASVS. Dn̄e, Titius in solo suo ædificauit ex materia aliena, modo quæro quis sit dn̄s illius ædificij: verum Titius qui ædificauit, an an ille qui erat dn̄s materiæ? Ad hoc rn̄d. q̄ Titius ædificator dn̄s est ædificij. Cum. n. in solo suo ex aliena materia quis ædificauerit, dn̄s ædificij intelligitur: & hoc propter rationem iurisgentium qua dicitur. Omne quod in solo ædificatur, solo cedit. Et quamuis Titio directum dominium ædificij acquiratur, ille tamen qui dominus fuit materiæ, dominus eius non desinit esse, sed velle dn̄ium retinet, sed tñ quandiu materia sua iuncta est ædificio, neq; eam vendicare, neq; ad exhibendum de ea agere potest: & hoc ꝑꝑ legem duodecim tab. qua caueť neqs tignum alienum ædibus suis iniunctum eximere cogatur. Veruntamen dn̄o materiæ eadem le. xij. tab. consuliť. Nā cōpetit ei actio de tigno iniuncto: cuius beneficio ab eo qui iniunxit, vel iniūctum habet, duplum consequi poterit. Sed pone, q̄ aliquis alienos lapides, vel trabes, vel cæmēta in ædibus suis ponat: quid iuris erit tunc in casu isto? Ad hoc rn̄. q̄ idem iuris est, q̄ si alienum tignum ædibus suis iunxisset. Appľone enim tigni, omnis materia ex qua ædificia fiunt pn̄t intelligitur. Sed dn̄e, quare ita statutum fuit in l. duodecim tabu. ne quis cogatur eximere alienā māmi ædibus suis iniunctam? Ad hoc rn̄d. Amice, hoc ideo statutum fuit in l. xij. tab. ne sit necessariū ædificia ex aliena materia constructa rescindi, & vrbem ruinis deformari. Sed licet durante ædificio materia vendicari non possit: si tñ aliquo casu dirutum fuerit ædificium, poterit dn̄s materiæ mām suā vendicare: & de ea ad exhibendum agere, & hoc est verum, nisi per actionem de tigno iniuncto duplum fuerit pro materia sua consecutus. Et hæc dicuntur vsq; ad §. Ex diuerso. Franc. de Aret.

† Hic limitat regula, verba pterit tpis sunt abnegatiua pn̄tis, nā hæc sequētia, ratione ꝯdictionis vitādę, ampliāt etiā ad pn̄s secundum Por. Aeg. Per.

e Cum in suo solo. Suum est etiam, si alius habeat ibi vsumfructum: vt j. de hære. insti. §. j. vbi ꝓprius seruus dr̄, in quo ꝓprietatem nudam habet testator.

f Aedificauerit. s. bona fide, aliàs non, imo tignum suum vendicare, vt ff. de rei vend. l. in rem. † arg. a ꝯrio sensu, vel ex ea exceptione, quæ ibi ponitur. & iurabitur in litem, vt ibi no. Accur.

† Et q̄uis nō possideat malæ fidei existēs, ꝑ l. eū q̄ ædes. ff. de vsuca. cōuenitť tñ qa dolo desijt possidere. l. is q̄ dolo. ff. de rei vē. Et vēdicabiť nō q̄dē vt æstimeť, sed vt in litē iureť ſm Christo. hic.

g Inædificat. s. in ipsa terra contigiť. Quid ergo de domo non affixa solo? Rn̄. non cedit solo, vt ff. de acquir. re. do. l. Titius. & facit ad hanc regulā. C. de ædi. pri. l. j. idem in satis, & plantatis qđ hic in ædificatis dr̄: vt j. eo. §. si Titi⁹. & §. qua rōne. vnde versus. Quicquid plantať, seriť, vel inædificať. Omne solo cedit, radices si tñ egit. Sed ꝯ hanc regulam est ff. de re. diui. l. intantum. in prin. Sol. illud speciale est.

ADDITIO. Erat enim ibi ædificatum cōmuni omnium solo. quo ad vsum, & nullius quo ad ꝓprietatem, quod ideo cedit ædificio, quia primo occupanti conceditur. Christoph.

h Desinit. s. ex causa ædificationis, sed ex alia causa potest desinere vt ff. de vsucap. l. rerum mistura. §. Labeo. quæ huic regulæ signatur contraria.

i Tantisper. Id est, interim.

k Ad exhibendū. s. vt eximať, nisi mala fide fecerit, vt ff. de rei ven. l. in rem. §. tignum. & ff. de tig. iniū. l. fi. sed tunc nō eximiť, sed in litē iurať, vt ff. de solut. l. q̄ res. §. fi. qa arbitrariæ sunt istæ actiones, vt ff. de in lit. iur. l. in actionibus & j. de act. §. præterea.

l Duodecim tabularum lex quædā fuit, de qua dic vt s. de iure natu. §. & non ineleganter. Accur.

De tigno

tigno iniuncto. [a] Appellatione [b] aut̃ tigni oĩs materia [c] significat̃, ex qua ædificia fiunt. Quod ideo prouisum est, ne ędificia rescindi necesse sit. Quòd si aliqua ex causa dirutũ sit ædificium: poterit materiæ dominus, si nõ fuerit duplum iam consecutus, [d] tunc eam vindicare, [e] & ad exhibendum de ea re agere. Ex diuerso, si quis in alieno solo ex sua materia domum ædificauerit: illius fit domus, cuius & solum est. Sed hoc casu materiæ dominus proprietatem eius amittit: quia voluntate eius intelligitur [f] esse alienata: vtiq; si non ignorabat, se in alieno solo ædificare: & ideo licet diruta sit domus, materiam tamen vindicare non potest [g].

*Possidens fundum alienum, in quo bona fide ædificauit, potest expensas ædificij ope exceptionis retinere. Aretinus.*

Certè illud cõstat, si in possessione cõstituto ędificatore, soli dñs petat domũ suã eẽ, nec soluat p̃tiũ materiæ, & mercedes fabrorũ: [h] posse eũ p exceptionẽ [i] doli mali repelli: vtiq; si bonæ fidei [k] possessor fuerit, q ædificauit. Nã sciẽti alienũ solũ esse, põt objici culpa, q ædificauerit [l] temerè in eo solo, quod intelligebat alienum esse.

[a] De tigno iniuncto. Qua actione tenet̃, & q iniunctum habet, licet nõ iniunxerit: & q iniunxit, licet non possideat. sed altero soluente alter liberat̃: vt ff. de ijs, q deie. vel effud. l. si verò. §. si id quod. & de flu. l. j. in fi. & quod vi aut clam. l. competit. § fi. Sed quid si velit magis in rem reddere, & eximere, quam duplum præstare? Respond. nõ auditur: quia propter publicam vtilitatem hoc fuit statutum: vt infra eod. quod ideo &c. & ff. de operis noui nuntia. l. prætor. & ff. de le. t. l. cætera. §. si duobus. Item nunquid hæc actio competit ẽt ɔ̃ eũ, q bona fide iniunxit? Respõ. sic: vt hic, licet ɔ̃ dixerint qdã. [1] Sed cõtra mala fide iniungentem, alia præter hęc auxilia cõpetũt: vt rei vendicatio, itẽ ad exhibendũ, item furti, itẽ furtiua cõdictio, itẽ hęc actio de tigno iniũcto: vt j. de act. §. sic itaq;. & ff. de tigno iniuncto. l. j. in fi. & l. fina. Accur.

[b] Appellatione. Facit ad hoc ff. de verbo. signi. l. tigni. & ff. ad exhib. l. gemma & l. tigni. & ff. de acqui. rerum domi. l. adeo. §. cum in suo. Item quod in domibus dicitur, idem dic in caupona, siue domũcula, vt subijcit, quod ideo &c. ad hoc ff. de verb. signi. l. vrbana prædia. Quidam tamen contra. Item idem in vinea, vt ff. de tigno iniuncto. l. j.

[c] Materia. Vt cęmenta, & lapides.

[d] Consecutus. Hic est ɔ̃. ff. de tigno iniuncto. l. fina. Sed ibi non cum effectu fuit consecutus duplum: q̃a licet exigit, non t̃n percepit adhuc duplum, vt ar. ff. de his. q̃ deie. vel effude. l. perceptione.

[e] Vendicare. Nulla temporis pręscriptione obstante in rei vendicatione, vt ff. de rei vend. l. in rem. § fi. quia nec prius agere potuit, vt C. de an excep. l. j. §. fi. Aliud ergo si mala fide iniunxit, quia tunc agere potuit, vnde xxx. ann. repellitur a rei vendicatione, vt C. de præscript. xxx. anno. l. sicut.

ADDITIO Quam commoditatem non ex sua mala fide, sed ex negligentia non petentis consequitur, aliàs esset absurdum secundum omnes doctores hic.

Ex diuerso: CASVS. Dicit Iustinianus, q ex diuerso si quis in alieno solo ex sua materia domum ædificauerit, dñium illius fit, cuius est solum. Sed certè in hoc casu secus est, quã in prędicto. nam dñs materię proprietatem eius amittit: nam voluntate eius materia alienata intelligit̃: & hoc est verum, si non ignorat se in alieno solo ędificare: & ideo licet postea domus diruta sit, materiam t̃n sua voluntate alienatam vendicare non poterit. Sed pone, q ille, qui in alieno solo bona fide ex sua materia ędificauit, sit in possessione illius ædificij, & dominus soli ab eo vendicet ędificium: qd iuris est in casu isto? Ad hoc t̃n. ĩ. textu. certè illud constat, q si ędificatore cõstituto in possessione, dñs soli petat domum suam esse: & non soluat p̃tium materiæ, & mercedes fabrorũ: poterit per exceptionem doli mali repelli, & hoc verũ si fuerit bonæ fidei possessor. Nã aliàs si ipse contra dominum vendicantem excipiat: dñs ɔ̃ eius exceptionem ope replicationis iuuabitur. Scienti enim alienum fundum esse, propria culpa objici potest; videlicet q temere ædificauit in eo solo, quod intellexit alienum esse, & ideo beneficium retentionis non habebit. Et hæc dicuntur vsq; ad illum §. si Titius. Franciscus de Are.

[f] Intelligitur. Sic C. de ædif. priua. l. si is contra quem. Accursius.

[g] Non põt. Quæ alienata est, nõ potest vendicari. Sed contra. C. de rei ven. l. ij. in fine. Sed ibi ex aliena materia, & in alieno ædificauit: hic de sua in alieno. Quare dic. aut de mea materia, & in meo ædificio: & tunc planum est. aut de aliena ĩ meo: vt supra proxi. §. aut de mea in alieno: vt hic: aut de aliena in alieno: vt in dicta l. contraria continetur.

[h] Fabrorum. i. magistrorũ de lignamine, vel murorum. sic ff. de eo, quod cer. lõ. l. iij. § item Iulianus.

[i] Per exceptionem. Quę locum habet vbicunque ęquum sit exceptionem locum habere, siue alia cõpetat, siue non: vt de except. do. l. ij §. & generaliter. & arg. j. eod. §. literæ.

[k] Bonę fidei. s. ab initio, & ex postfacto cum ędificauit. nam si ante quàm ędificet, sit bonę fidei: & cum ædificat, malę fidei sit: eligit̃ quędam media via: ita vt neque vt malę fidei puniatur, neq; vt bonę fidei expensas conseruet: quia permittitur abrasio: vt ff. de rei vendica. l. Iulianus. lib. viij. Digestorum scribit, si in aliena, quę est huic contraria. & facit ad hoc ff. de mino. l. intra vtile. §. vendentibus.

[l] Aedificauerit. Cum de nouo ędificat. Et vt hęc plenè sciantur dic, dum impendit in rem alienam, aut suo, aut meo noĩe. Primo casu loquit̃ ille tit. de neg. gest. & ff. & C. eo. tit. Si meo: tũc aut fructuũ gratia, & tunc ex fructibus deducitur, aliàs nullus fructus intelligit̃: vt ff. sol. ma. l. fructus. & ff. famil. ercis. l. fundus qui. [2] Aut causa rei seruandæ: tũc aut de nouo faciendo aut nõ: primo casu si bona fide, habeo exceptionem: non actionem. secundum Ioan. & ĩ. pxi. & ff. de cõdic. inde. l. si in area. & ff. de doli mal. excep. l. Paulus. sed M. ẽt actionem dabat. & est pro eo. ff. de peti. hęre. l. hęreditas. §. j. & ff. si pars hęred. pet. l. fi. & C. de rei ven. l. ij. & l. domum. Sed ibi ipso gesto negotium fuit hęreditarium: quod necesse habuit facere vnde actionem dabat. Sed Ioan. ɔ̃, vt dictum est. & facit etiam pro eo. ff. de rei vẽdi. l. sumptus. & ff. de act. emp. l. idemq;. & ff. de pet. hęre. l. plane. [3] Si verò mala fide, tunc nec excipiendo, nec agendo consequor, vt hic. nã neminẽ mihi volui obligare, vt ff. cõmu. diui. l. in hoc iudicium. secundum Io. sed M. ẽt dabat negotiorum

[1] Nec ob. l. de eo. l. fi. ff. de donat. inter virum & vxo. quia ibi iure tũ, hic verò & iure, & voluntate dñi refragante ędificatũ fuit.

[2] Sic dolosi cõditio melior est, quã non dolosi, q̃a dolosus vtit̃ beneficio pręscriptionis, nõ dolosus verò nequaquã. s̃m Por. Agi. Per.

Aedificari põt quadrupliciter.

Impensæ in alienis negotijs factæ qualiter recuperantur.

[1] Sanè sũptus necessarios possessor malę fidei seruat p exceptionẽ doli in iudicijs in rem spãlibus. l. domũ. C. de rei vẽd. l. in fundo. ff. eod.

[2] Est t̃n dñia secũdum Anga. p pet. hær. malæ fidei possessor nõ deducit expensas si fructus nõ extent, sed bonæ fidei sic.

[3] Si t̃n ĩus in rẽ, vel cãm habeat a domino, vt est emphiteuta, colon', & similes, repetit. nisi pbet q a domino dñi fecerit s̃m Ange. hic.

gotiorum gest. actioné: vt ff. de neg. gest. l. si pupilli. §. sed & si quis. Sed ibi nomine alieno gerebat. Item & pro eo facit. C. de rei. ven. l. ij. Sed ibi loquitur, qñ ex aliena materia, & in alieno impenditur: vt ibi plenè notatur. Si verò in reficiendo, aut bona fide: & tūc necessarias, & vtiles p doli exceptionem, voluptarias per abrasionem seruamus: nisi dominus vellet tm̃ dare, quantū posset habere his ablatis, & corrasis: vt ff. de rei ven. l. in fundo. Si verò mala fide necessarias p officium iudicis, cū tñ possideo, vtiles per abrasioné conseruo, voluptarias nullo modo: vt C. de rei ven. l. domum Hinc est quod dixit Bul. hic, quòd expẽsas repetā qũq; per a. i. p actioné: vt ff. de ne. gestis. l. si pupilli. §. sed & si quis. Item per e. i. p exceptioné: vt hic. Item & p o i. per officium iudicis: vt per l. C. de rei ven. l. domū: vt modo diximus. Et hęc in rei vend. locū habent. In petitione verò hæreditatis bonæ fidei possessor seruat omnes: at malæ fidei possessor necessarias, & vtiles per officiū iudicis, aliàs p exceptionem doli re existẽte meliori in qua factæ sunt: voluptarias verò abradit: vt ff. de petitio. hæredi. l. planè in cæteris.

Impẽsę necessarię vtiles & voluptuariæ.

Expensas repeto per a. e. & o.

*Plantata, & sata eius fiunt, in cuius solo seruntur, aut plantãtur: modo radices immiserint: bona fide tñ alienū inserẽs fundū, doli mali exceptione opposita sumptus, si quos fecerit, consequetur.*

Si Titius alienā plātā i solo sua posuerit: ipsi⁹ erit. Et ex diuerso, si Titi⁹ suā plantā in Mæuij solo posuerit: Mæuij plāta erit: si modò vtroq; casu radices egerit. antè. n. q̄ radices egerit, eius pmanet, cuius fuerat. Adeò aūt ex eo tpe, quo radices egerit plāta, proprietas eius cõmutat, a vt si vicini arbor ita terrā Titij presserit, vt in eius fundū radices b egerit, Titij effici arborē dicamus. c rō d enim nō pmittit. vt alterius arbor esse intelligat, q̄ cuius in fundū radices egerit. Et iō prope cõfinium arbor posita, si etiam in vicini fundū radices e egerit, cōis fit.

Si Titius. CASVS. Domine. Titius eradicauit plantam Mæuij: & illam in solo suo plantauit. modo quæro a vobis, quis censetur dñs illius plātæ? Ad hoc rñd. Si Titius plantam Mæuij in solo suo plātauerit, ipsius Titij planta efficitur. Et similiter in casu cõuerso, si Titius suā plantā in solo vicini plātauerit, dominiū plātæ vicino acquisitum ītelligitur, & hoc est verū in vtroq; casu, si planta radices egerit. Nā añ emissioné radicum, eius pmanet, cuius antea fuerat. Intantum aūt ex eo tempore, ex quo planta radices emisit, proprietas ipsius plantæ trāsfertur, vt si arbor Mæuij in terram Titij radices egerit, arbor per emissioné radicum ītelligatur esse Titij. Ratio enim naturalis nō permittit, vt arbor alterius esse dicatur, quàm eius, in cuius fundum radices egerit, vnde arbor prope confinium tuorum fundorum posita, si in vicini fundum radices emiserit, per emissionem radicum cõmunis erit. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. qua ratione.

a Commutatur. Sed videtur nō commutari cū primo domino rei ven. detur: vt ff. de rei ven. l. si frumētum. i §. de arbore, quæ est cõtra. Sol. licet ibi dicāt Varus, & Nerua. Damus: nō tamen sequitur, ergo nos damus, vel damus de æstimatione, sed nō de planta: vt diximus. s. eo. §. planè, si longiori tempore.

g Hodie īcipit. idē Põpo scribat si frumētum.

ADDITIO. Et hæc vltima cõiter approbatur.

per l. in fi. §. itē quæcunq;. ff. eo. de rei ven. Christoph.

b Radices. Omnes, vt differat a sequenti.

c Dicamus. Imo videtur eius, in cuius fundo originē duxit: vt ff. arb. fur. cæ. l. si plures. §. fi. Sol. hæc corrigit illā. Vel dic ibi, poterat viuere arbor ex fundo primo. hic non. Vel efficitur Titij p parte. s. vt hic, non in totū, vt ibi.

d Ratio. Facit ff. eo. & de acquir. rer. do. l. adeo. in fi. & l. seq. & l. qua ratione.

e Radices. Pro parte.

Die hoc non tenet, quia legū correctio est euitāda. An.

Ista est vera vt tenet gl. in d. §. fi. secundum Ang.

Qua ratione aūt plantæ, quæ terrę coalescunt, solo cedunt: f eadē ratione frumenta quoque, quæ sata sunt, solo cedere intelliguntur. Cæterùm sicut is, qui in alieno solo ædificauit, si ab eo dominus petat ædificium, defendi potest per exceptionem doli mali, secundum ea, quæ diximus, g ita eiusdē exceptionis auxilio tutus esse potest is, qui alienum fundum sua impensa bona fide conseuit. h

*Scriptura quantumuis pretiosæ cedit suppositæ chartæ: tabula tamen picturæ superimpositæ cedit.*

Literæ quoq; licet aureæ sint, perinde chartis, i mẽbranisve k cedunt, ac solo l cedere solent ea, quæ inædificant, aut inserūtur. ideoq; si in chartis, mẽbranisve tuis carmen, m vel histo-

Qua ratione. CASVS. Domine, Titius seminauit frumētū suū in solo vicini: modo quæro quis intelligitur esse dominus illi⁹ frumēti? Ad hoc rñ. Amice, eadē rōne, qua diximus, q plantæ, quæ in solo alterius radices egerunt solo cedunt, eadem ratione frumẽta, quæ i alterius solo seminata sūt, solo cedere ītelligunt: & per cõsequens domino soli iure accessionis acquiruntur. & sicut s. diximus, q ille, qui in alieno solo ædificauit, si dominus soli ab eo vẽdicet ędificiū. tueri se poterit aduersus dominum vẽdicantem p exceptionem doli mali, nisi pretium materiæ, & impẽsas in ædificio factas dominus paratus sit ei refundere: ita qui in alieno fundo bona fide suis impensis seminauit, si dñs fundi ab eo vendicet frumentum, eiusdē exceptionis auxilio tutus esse poterit, & hæc dicuntur vsque ad illum §. literæ quoque. cuius casus planus est, vsque ad illum §. si quis. Franciscus. Accur.

f Solo cedunt. Vt s. proxi.

g Diximus. Supra, eodē. §. certè. Sed quid si aliquis ex semine meo in alieno fundo seminauit, cõtra quē agam? Respon. contra seminantem non, quia nō possidet, nec dolo fecit, quominus possideret. Item nec contra possidentem: quia eius facto nihil actum est. Sed tamen dic eum teneri instar tigni iniūcti, qui tenetur etiam si positū ab alio habeat, vel teneat: vt diximus supra eodem. §. cum in suo, per legem. ff. de ijs, qui deiec. vel effu. l. si verò. §. si id quod positum. Et eadem quæstio fit plantatis: & eodem modo soluitur: cum sit ratio similis: vt ff. mandat. l. Lucius. §. j. in fine.

h Conseuit. Id est, plantauit, vel seminauit.

i Chartis. Vt de bombice: vt sunt hæ, quæ de Pisis veniunt. Accur.

k Membranisve. Quæ de membris animalium eripiuntur.

l Solo. Vt s. eo. §. cum in suo.

m Carmen. Metrice.

Si quis seminauit ex semine meo in alieno fundo, agam contra dñm fundi.

Intellige totā hanc gl. in bona fide seminante, & in eo, qui semina habet bona fide, secundum Fab. Ang. Pet.

Membrana vnde dicitur.

Histo-

a Iusta. Cum multæ sint causæ, siue tituli acquirendi: vt in ff. colligitur in varijs titulis sub titu. de vsucap. vsque ad titulum, de re iudi. idem tamen & si titulum non habeat: vt arg. ff. finium regun. l. iiij. §. post litem, versicu. sed ante.

b Naturali rõne. id est, iure gentium, de quo loquitur hic, cui naturalis insinuatio est.

c Fructus. Industriales, aliud in naturalib9: vt ff. de vsufr. l. fructus. Nec obstat. ff. de acquir. rerum do. l. bonæ fidei. in prin. quod. p. ibi dicit oẽs, exponitur siue facto possessoris, siue alterius pcepti. industriales tamen, vt ff. de vsur. l. qui scit. §. præterea. Sed naturalibus fructibus consumptis, an teneatur possessor? Respon. Non tenetur possessor rei vendicatione: quia nõ possidet, nec dolo desijt possidere: sed cõdictione sine causa tenetur inquantum locupletior est. arg. ff. si certum petat. l. si & me.

transmittit: sed dño proprietatis morte vsufructuarij acquiruntur. Et quæ de vsufructuario diximus, eadem ferè & de colono, qui nũmis colit, intelligunt. Sed pone, q aliquis habeat vsumfructũ in oue, vel in capra, vel in equo, vel in vacca: modo quæro, quid intelligitur esse in huiusmodi vsufructu? Ad hoc rñd. Amice, in pecudum fructu etiam fœtus est: sicut lac. pilus, & lana. vnde, dico tibi, quod agni, hœdi, & suculi, & equuli statim cum editi fuerint, naturali iure in dñio vsufructuarij esse intelligunt, sed secus est in eo, q habet vsumfruct. ancillæ: quia ad dñm pprietatis pertinet. Sed dñe, pro Deo quare non fuit statutum partum ancillarum esse in vsufructu sicut fœtus pecorum? Ad hoc respon. Amice, optima rõne hoc statutum fuit. Absurdum. n. videbatur hominẽ in fructu esse: cum omnes fructus hominis gratia ipse Deus adinuenerit. Sed si aliquis vsumfructum gregis habeat: & aliqua ouis perierit: vsufructuarius in locum demortuorum animalium ex fœtu submittere debet. & ita Iuliano visum est. Et similiter qui habet vsumfructum vinearum vel arborũ, alias substituere debet. Rectè. n. colere debet fructuarius, & quasi bonus paterfamilias vti. Et hæc dicuntur vsq; ad illum §. thesauros. in quo Iusti. determinat qualiter per intentionem dñium acquiritur de iuregentium: & casus planus est vsque ad illum §. per traditionem. Franc.

fundũ emerit, vel ex donatione, aliave qualibet. iusta a causa æquè bona fide acceperit, naturali ratione b placuit, fruct9, c quos pcepit, ei9 esse, p cultura, d & cura. e Et ideo si postea dñs superuenerit, & fundũ vindicet: d' fructib. ab eo cõsumptis agere nõ põt. f Ei verò, qui alienũ fundũ sciẽs possederit, nõ idẽ g cõcessum est: itaque cum fundo et fructus, licet consumpti sint, cogitur restituere. h

*Fructus a solo separati fructuarij fiunt non etiam pendentes: ideo nondum perceptos ad hæredes non transferri.*

Is verò, ad quem vsusfructus fundi ptinet, non aliter fructuũ dñs efficit, quã si ipse i eos pceperit. Et ideo licet maturis fructib. nõdũ tñ pceptis k decesserit, ad hæredes eius non pertinent: sed dño l pprietatis adquiruntur. Eadem ferè & de colono m dicunt.

*Fœtus, lac, pilus, & lana sunt in fructu pecudum: partus vero ancillæ non dicitur in fructu: & ideo non pertinent ad fructuariũ ancillæ. Aretinus.*

In pecudum fructu ẽt fœtus n est, sicuti lac, pilus, o & lana, itaque agni, hœdi, & uituli, & equuli, & suculi p statim naturali iure q dominij

ADDITIO. Sed si non sit effectus locupletior, non tenetur, nisi esset malæ fidei. Ang.

d Pro cultura. Vt segetes.

e Et cura. Vt lac, & pilus, & lana.

f Non potest, nec ad pretium: vt j. de offi. iud. §. & si hæreditas. versi. si verò. & ff. finium reg. l. iiij. post litem. versic. sed ante. si tamen extant, non rei vendicatione, quia percipientis sunt. sed officio iudicis tenet reddere: vt C. de rei vendi. l. certum. §. bona fide.

g Non idem. Vt faciat fructus suos.

h Cogitur restituere. Distingue tñ: quia si habet titulum malæ fidei possessor, de cõsumptis cõdictione sine causa: de extantib. rei vendicatione tenetur. de percipiendis, pp titulum excusat: vt C. de rei vendi. l. si fundum. nisi in quatuor casibus. Primo qñ emit ab eo, quem scit vẽdere in fraudem creditorũ: vt ff. quæ in frau. cre. l. ait prætor. §. per hanc. Secũdo, qñ emit ab eo, qui metu cõpulsus est, vt ff. quod metus cau. l. sed & partus. Tertio, qñ emit ꝯ interdicta legum sciens: vt C. de agr. & censi. l. quemadmodum. lib. xj. Item in quarto, s. qñ emit a fisco non solenniter vendente: vt C. de fide instr. & iur. hastæ fi. l. j. Isti quatuor casus etiam not. ff. quod met. cau. l. sed & partus. & l. si fundum. C. de rei vend. Si non habet titulum, de consumptis condictione sine causa: de extantibus rei vendicatione: vt C. de condi. ex lege, l. pen. C. de rei vend. l. si fundum. de percipiendis officio iudicis. ff. de rei vendi. l. si nauis. §. fi.

Is verò. CASVS. Dñe, Titius habet vsumfructũm in vniuersitate fundi: modo q̃ro a vobis, qñ Titius vsufructuarius dñs fructuum esse intelligat? Ad hoc rñ. Amice, iste ad quem vsusfructus pertinet: non aliter dñs fructuum effici intelligitur, quã si huiusmodi fructus ipse perceperit, & in horreo suo reposuerit: & ideo si vsufructuarius maturis fructibus, & a solo separatis, nondũ tñ in horreo suo repositis decesserit, ad hæredem suum huiusmodi fructus nõ

i Ipse. Alio enim percipiente non fiunt sui, sed fiunt bonæ fidei possessoris; etiam si eos alius percipiat: vt ff. de vsur. l. qui scit. §. præterea. vel aliter, si iste percepit, non etiam hæres eius. nec enim ad hæredem transmittit. Accur.

k Perceptis. Vt si in horreo depositi sunt facit suos fructuarius: sed bonæ fidei possessor, statim vt a solo separati sunt: vt ff. qb. mo. vsusfruc. amit. l. si vsusfr. Est & alia dña: quia fructuarius facit suos naturales fructus, bonæ fidei possessor non: vt ff. de vsufru. l. vsufru. l. legato. & de vsur. l. fructus.

l Domino. Sed per quam actionem? Respon. p rei vendicationem, cum dominus sit: vel condictione ex hac lege.

m De colono. Qui nũmis colit. nõ oẽs fructus facit suos, vt vsufructuarius: sed differt, qa colonus talis facit fructus suos statim, vt a solo decerpti sunt: vt ff. de fur. l. si apes. §. fi. secus in vsufructuario, vt hic dicitur. Vel dicas de partiarijs: vt ff. loc. & cõdu. l. cũ in plures. §. messem. sm Azo. Item dicit ferè, pp aliud: quia colonus transmittit ad hæredẽ: vt j. de loca. & condu. § fi. sed fructuarius non. vt hic.

n Fœtus. Quasi dicat, ita fœtus sicut &c.

o Pilus. Bouis, vel et caprarum, ab borrã sellarum.

p Et suculi. Id est, parui sues.

q Naturali iure. Id est, gentium, de quo loquitur supra eod. §. singulorum.

Pertinet.

Fructus industriales, q non pueniũt sine hoĩs industria, vt vinũ, oleũ, frumẽtum. Nãles vero q ipsa nã pueniunt, vt poma, fœnum. Aegi. Per.

Condictio sine cã competit quoties aliqd ẽ, vel fuit apud te sine causa, quod mea interest hẽre. ff. de cõd. sine causa. per totum. Aegi. Per.

Hoc pcedit qa ille emit circũscripta solennitate iuris: secũdũ Chri.

Et est ratio quia vsufructuarius adminiculum fecti desiderat: vt le. j. ff. qñ dies vsu lega. ce. nec sola nãlis possessio, quã habet, sufficit ad acquirendũ sine separatiõe nomine suo facta, sm Ang.

Idẽ est si nõ cẽnt i horreo, sed tñ essent plene recepti, vt qa excussi a spicis, secũdũ Por. Aegi. Per.

Colonus & vsufructuarius.

Colon q sub certa annua mercede pecunia numerata agros suscepit colẽdos. Aegi. Per.

Partiarij sunt q terrã colũt p parte dimidia, vel tertia, vel alia, secũdum fertilitatem terræ, aut sterilitatem. Aeg. Per.

a Pertinet. Quantum ad plenam proprietatem: nisi etiam & in partu sit vsusfructus legatus: vt ff. de vsufruct. l. vetus.

b Absurdum. Sic ff. de vsuris. l. in pecudum.

c In fructu. s. vt ipse sit fructus: sed tñ in eo relinquitur vsusfructus.

fructuarij sunt. Partus verò ancillæ ĩ fructu nõ est: itaq; ad dñm proprietatis pertinet. a Absurdũ b enim videbatur, c hominẽ in fructu esse: cũ omnes fructus rerũ natura, d gratia hominis cõparauerit.

*Debet vsufructuarius gregis de fœtibus submittere in locum demortuorum: & similiter arbores, & vites in locum demortuarum Areti.*

Sed si gregis e vsumfructum quis habeat: in locum demortuorũ capitũ ex fœtu f fructuarius submittere g debet: (vt & Iuliano visum est) & in vinearum demortuarum, vel arborum locũ, alias debet substituere. Rectè enim colere, & quasi bonus paterfamilias vti debet.

*Thesaurus, vel in suo, vel in religioso, vel in sacro loco inuentus efficitur inuentoris: in alieno verò casu fortuitò inuentus, solum pro dimidia efficitur dominus in-*

d Rerũ natura. id est Deus. sic s. de iur. natu. in princ. vñ dr apud Ouidium. Pronaque cũ spectẽt animantia cætera terrã: Os homini sublime dedit, cœlũq; videre Iussit, & erectos ad sidera tollere vultus. Sic ff. de ædil. edic. l. iustissimè. & ff. de fur. l. quas. §. ex furtiuis. & ff. de peti. hæ. l. ancillarum.

e Gregis. Grex est numerus decẽ ouiũ, vel quinq; porcorũ simul, & cõgregatim consistentiũ: 1 vt ff. de abigeis. l. oues. & facit ff. de vsufr. l. rerum mistura. §. certium.

f Ex fœtu. Aliũde enim nõ submittit, secũdũ quosdã, vel fortè submittet ẽt aliũde: arg. ff. de vsufruc. l. qđ ergo. §. sed quod dr. in fin.

ADDITIO. Hæc glos. communiter approbatur vt non solum ex fœtu aliarũ suppleat capita: sed & opus habeat aliũde quærere, & supplere. Christoph. & Ang.

g Submittere. Quæ submissio non fit, si in singulis capitibus sit vsusfructus: vt ff. eo. de vsufr. l. quid ergo. §. sed quod dicitur. in fine.

h Thesauros. Est autem thesaurus, pecũnia ab ignotis dominis vetustiori tempore abscondita: vt C. de thesauris. l. j. lib. x. in prin. vel depositio pecuniæ, cuius memoria non extat: vt ff. de acquir. rer. do. l. nũquam. §. thesaurus. qñq; impropriè dicitur: vt ff. de acquir. pos. l. peregrè. in prin. & ff. ad exhi. l. thesauros.

i Loco. Alias solo.

k Suo. Iure directo, vel vtili: vt feudatarius, vel emphyteuticarius, vel similes, 3 licet Placẽ. aliud dixerit in his. Quid si mercenarius 4 dum laborat in alieno: vel creditor in pignore inuenit thesaurũ? Rñ. dimidium eius est, in cuius fundo inueniunt: & dimidium sibi acquirunt: vt ff. de acq. rer. do. l. si is qui. §. quod si creditor.

l Religioso. Vt ff. de iure fisci. l. iij. §. si in locis. §. Sol. hic corrigit secundum B. vel hic secundum naturalem rationem: vt patet in litera: ibi, secundũ ciuilem rationem, quæ præualet: sicut & in vsucapione contingit, secundum Ioan.

m Fortuito casu. Casus. est inopinatæ rei euẽtus ex diuersis causis proueniens, ob aliud & aliud inceptus.

n Non data ad hoc opera. Alias totum dño redditur. in suo tamen loco potest operam dare nõ tamen

1 Vt decet homines cõstituunt populũ, vel turbam, tres collegiũ, duo cõgregatione, & rixam. vt e. j. extra. de electi. secũdum Christ. Et decẽ homines faciũt turbam. ff. vi bo. ra. l. prætor § j. & numerus charitum incipit cõuiuium: musarũ verò numerus finit p̃m. i. nõ debẽt esse in cõuiuio pauciores tribus, nec plures x. vt scribit Gelli. in noc. atti. & Macro. Ægi. Per.

2 Quid si cõcurrãt vnus contra alterũ: vtrũ ambo & tertiũ: qđ iuris, itẽ qđ in vsufructuario, vel si reperiatur in fundo p̃scripto, seu dotali, vide p Ang hic.

3 Qui ad hoc fodiẽdum non fuit cõductus, aliàs secus: vt l. qui pro prio. §. procurator: vt in cæteris. ff. d p̃cu. Arge.

4 Hoc est falsum: vt [illegible] alienũ.

magica arte, alias esset fisci: vt C. de thesau. l. vnic. lib. x. Accur.

n Dño. Sed per quam actionem? Rñ. per rei vendicationem, cum dñs sit: vel ex condi. ex hac lege.

ADDITIO. Pecunia tamen recondita in muro domus venditæ non cedit emptori. sed remanet reconditoris. Ang. An autem sufficiat solus oculorum aspectus: vel etiam requiratur apprehẽsio, & quis præferatur: vide per Christophorum hic.

*uentor: & dominus soli pro alia dimidia. Areti.*

Thesauros, h quos qs in loco i suo k inuenerit, diuus Adrianus naturalẽ æqtatẽ secutus, ei cõcessit, q eos inuenerit. †Idẽque statuit, si qs in sacro, aut religioso l loco fortuito casu m inuenerit. At si qs in alieno loco, n nõ data ad hoc opera, o sed fortuitu inuenerit: dimidiũ dño soli cõcessit, & dimidiũ inuentori. Et conuenienter, si quis in Cæsaris loco p inuenerit: dimidiũ inuentoris, & dimidiũ esse Cæsaris statuit. Cui conueniens est, vt si quis in fiscali loco, q † vel publico, r vel ciuitatis s inuenerit, dimidium ipsius esse debeat, & dimidium fisci, t vel ciuitatis.

*Rerũ corporaliũ traditio a dño facta ex causa ad dñij translationem idonea, accipientem dominium facit.*

p In Cæsaris loco, Scilicet patrimoniali.

q Fiscali loco. Nõ tamen publicè deputato. Accur.

r Vel publico. Id est. publicè deputato.

s Ciuitatis. Quæ loco priuatorũ sũt: vt ff. de verb. significa. l. eum qui vectigal.

t Fisci. Sed si fisci partem suppresserit totum cũ altero tãto reddit: vt ff. de iure fisci. l. iij. §. fi.

Per traditionem. CASVS. Dñe, iã vidi multos modos per quos acquiritur dñium de iure gentium, nunquid pluribus modis põt acquiri? Respond. q sic. Per traditionem enĩ a domino factam, iure gentium, quod naturali ratione introductum est, dominium nobis acquiritur. Nihil enim tam conueniens est æquitati naturali, quam voluntatem domini volentis rei suæ dominium in alium transferre, ratam haberi: & ideo cuiuscunq; generis sit res corporalis, videlicet siue mobilis, siue immobilis, tradi potest: & a domino tradita alienatur. Et ideo stipendiaria, & tributaria prædia per traditionem eodem mõ alienari possunt. Sed domine, quæ dicuntur prædia stipendiaria, & tributaria? Respond. Iustinia. Stipendiaria, & tributaria prædia dicuntur, quæ in prouincijs sunt. Sed licet in Italia non sint talia prædia, (cũ inter prædia prouincialia, & Italica, quantum ad dominij translationem ex nostra constitutione nulla sit dria:) tamen si Italica prædia ex causa donationis, vel dotis, vel qualibet alia iusta causa ad dñij translationem sufficiente, a domino alij tradantur, sine dubio transferuntur, sicut prouincialia prędia, quæ eodem modo tradita fuissent. Sed licet dixerim tibi per traditionem transferri. hoc tamen non generaliter est verum: nã venditæ res, & emptori traditæ a domino, non aliter acquiruntur emptori, quam si emptor venditori pretium soluerit, vel alio modo eidẽ satisfecerit: puta dando ei fideiussorem, aut etiam pignus: & hoc cauet etiam lex duodecim tabularum. Rectè tamen dicitur de iure gentium hoc effici. Veruntamẽ si venditor neq; pretio sibi numerato, neq; fideiusso

ff. de acq. re. do. Ange.

† Huius rei meminit Spartianus in Hadriano.

† Et si partẽ adhiscũ p̃tinẽtem suppresserit, totũ cum altero tanto cogit soluere. l. j. §. fi. ff. de iure. fisc. Ægi. Per.

Quædã excep.. hñt in loco publico, vel fisci, vel ciuitatis.

fideiussore, vel pignore sibi dato, fidem emptoris secu-tus, ei rem tradiderit: dicendū est statim rem empto-ris fieri. Sed pone, Procurator Titij de voluntate dñi vendidit mihi equū Titij: & precio numerato equū mihi tradidit: modo quæro, vtrum per traditionem a procuratore factam dominium equi videatur mihi acquisitum? Respon. quòd sic. Nihil enim interest, vtrum ipse dominus rem suam alicui tradat, an alius de voluntate eius: & ideo si alicui libera vniuersorum negotiorum administratio a domino pmissa fuerit: & ipse administrator ex huiusmodi negotijs aliquam rem vendiderit, & tradiderit: huiusmodi rem per traditionem accipientis facit. Et hæc dicū-tur vsque ad illum §. interdum. Franciscus de Are.

Per traditionē quoq; [a] iure naturali [b] res nobis adquiruntur. [c] Nihil [d] .n. † tam conueniens est naturali æquitati, quam voluntatem [e] domini volentis rem suam in alium transferre, ratam haberi. & ideo cuiuscunque [f] generis sit corporalis [g] res, tradi potest, & a domino [h] tradita alienatur. [i] Itaq; stipendiaria [k] quoq;, & tributaria [l] prædia eodem modo alienantur. [m] Vocantur autem stipendiaria, & tributaria prædia, quæ in prouincijs [n] sunt: inter quę, [o] necnō & Italica pdia ex nostra constitutione [p] nulla est differentia. [q] Sed siquidem [r] ex causa donationis, aut dotis, aut qualibet alia ex causa tradantur, [s] sine dubio transferuntur. [t]

*Ita demum traditione rei venditæ emptor dominus efficitur, si aut precium venditori solutum sit, aut fides de precio habita: & quod per alium facimus, ipsi quoque facere videmur.*

Venditæ † verò [v] res [x] & traditæ, non aliter emptori adquiruntur, q̄ si is venditori pretiū soluerit, vel alio modo ei satisfecerit: veluti expromissore, aut pignore [y] dato. [z] quod quamquā cauetur ex lege [a] duodecim tabularū: tñ rectè dicitur, & iuregentium, id est, iure naturali [b] id effici. † Sed si is, qui vendidit, [c] fidē emptoris [d] secutus fuerit: dicendū est, statim rem emptoris fieri. [e] Nihil [f] autem interest, vtrum ipse dominus tradat alicui rē suā, an voluntate eius alius, cui eius rei possessio permissa sit. [g] Qua ratione,

a Per traditionem quoque. Non solum inuentione: vt ī. §. proxi.
b Iure naturali. Id est gentium: vt infra §. proxi.
c Acquirūtur. Causa præcedente vera, vel putatiua, vt indebitū: aliàs nō: vt ff. eodem, l. nunquam. & infra hoc §. ibi. Sed si quidem &c.
d Nihil. Imò Deo seruire, sed hyperbolicè loquitur. sic ff. de pact. l. j. in prin. & ff de act. empt. l. ex empto. in prin. & C. de trāsac. l. non minorem.
e Voluntatem. Dum tamen sit legitima. nam cui bonis interdictum est, non alienat: vt ff. de cura. fu. l. j. in principio.
f Cuiuscunque. Id est siue mobilis, siue soli.
g Corporalis. Incorporales. n. tradi non possunt: vt ff. de acqui. rerum domi. l. seruus. §. incorporales.
h A domino. Hoc quandoque fallit, & eius contrarium inuenitur verum: vt j. qui. alie. licet. vel nō. Sed hoc est regulare: vt hic, & ff. eo. l. traditio.
i Alienatur. Id est dominium transfertur. Accur.
k Stipendiaria. Scilicet quæ militibus pro stipēdijs dantur: vt ff. de rei ven. l. item si verberatū. § ij. & de euic. l. Lucius. & de acqui. rer. do. l. in agris.
l Tributaria. Quæ tributa Romæ reddunt.
m Alienantur. Per traditionem.
ADDITIO. Quæ quot modis fieri intelligatur, vide Ang. Et an per verbum tradidit, positum in testamento, probetur, vide Bal. & Christoph. hic.
n In prouincijs. Quasi dicat, talia prædia nō sunt in Italia. Accursius.
o Inter quæ. Scilicet prouincialia.
p Constitutione. Vt C. de vsuca trans. l. vnica.
q Nulla est dicta Scilicet quantum ad dñij translationem: vt C. de vsucap. transfor. l. vnica. sed quantū ad tributa est differentia. C. de epis. & cler. l. de his.
r Sed si quidē. Verè nulla est dicta, & sed & si &c.
s Tradantur. Scilicet stipendiaria prædia, & tributaria. Accursius.
t Transferuntur. Scilicet prouincialia prædia, sicut Italica, & est verum in omnibus, nisi scriptura necessaria sit secūdū Ioā. vt C. de suffrag. l. vnica. §. quod si prędia. Item sunt vera, si accipiens inducatur in vacuam possessionē, sm quosdam, vt C. de pbat. l. cum res. Ioan. contra: vt ff. de fun. dot. l. si fundum. & de acqui. rerum do. l. homo liber. § quicquid. sufficit. n. induci in possessionem, licet non vacuam. Quod autem in dicta l. de probatio. dicitur, demonstratiuè quòd sic euenerit, non causatiuè, dicitur.
v Verò. Pro sed. Accursius.
x Res quæ loco pignoris a venditore teneri possunt, vt ff. de act. empt. l. Iulianus. §. offerri.
y Pignore. Quod sic intelligo, si placeat venditori aliud quam precium accipere: alias non: vt ff. si cer. petatur. l. ij. §. j.
z Dato. Poterit ergo vendicare venditor rem, s. si non fuit de pretio satisfactū: vt ff. de tribu. l. procuratoris. §. sed & si dedit mercedem. nisi emptor tūc precium offerat: vt ff. man. l. diligenter. §. j. in fi. & ff. de precario. l. ea quæ.
a Lege duodecim tabularum. Quæ est ius ciuile: vt ff. de iust. & iu. l. ius ciuile. §. hoc igitur. non solum gentium.
b Iure naturali. Sic dictum, q naturali ratione inductum fuit, vt ī. de iure natura. §. quod vero. & §. sed naturalia.
c Vendidit. Et tradidit.
d Fidem emptoris. Quid si dedit diem ad soluendum? Respon. non facta solutione vendicat, secundum Ioan. vt de pact inter empt. & vendi. l. commissoriæ potest tamen contradici: quia aliud est simpliciter diem solutioni statuere, aliud pactum legis commissoriæ ponere. Item quid si simpliciter tradat? Rñ. videtur sequi fidem nisi contra probetur, vt quia fortè dicebat emptor præsentem se habere pecuniam: vt arg. ff. de pig. act. l. ij. Et argu. contra ff. de tribu. l. procuratoris. §. sed si dedi.
e Emptoris fieri. Nisi in casib. vt ff. d iure fisc. l. si procurator. §. fina. & ff. de re iudica. l. a diuo Pio. §. sed si emptor.
f Nihil. Quod. n. quis per aliū facit, ipse facere vr: vt ff. de vi & vi arma. l. j. §. deiecisse. & j. de iniur. §. nō solum. & ff. de iniur. l. item apud. §. fecisse.
g Permissa sit. Vel ab ipso domino, vel ab alio domini voluntate.

Nihil tam naturale quā voluntatē dñi rem suā in aliū trāsferentis seruari. de iure cano. trāsfert bñficium per sniam pp et sine traditione. vt l. c. pposuit. cū gl. sup verbo voluntate. ex d. cōces. pb.

In qua & tradēs, & accipiens cōueniant: puta q̄ ambo eam sciant vel credant subesse. Prędia stipēdiaria. Prędia tributaria.

Facit ad hunc §. gl. ij. in c. fi. extra de pig.

Nam & M. Ci. lib. ij. de inuē. ghāf scribit, q vel natura, vel cōsuetudine iura fuerant pbata, eadem inde legū metu sancita esse: neq; tñ ppterea desinunt naturæ iura esse: & a mero ciuili iure, ac legitimo differunt.

Nā hæ res pprię pign' nō sunt, qa adhuc tęs fiunt sicut ante traditionē. rō qa pign', & dñiū nequeūt cō currere. l. neque pign'. ff. de regu. iur. Ægi. Per.

Ex quo nō principaliter, sed approbatiuè transferē dñiū inquātū approbat ipsum 9ctū dādo formā, vt nō alr trāsfeat, quā si fuerit de pcio satisfactum. Christo.

In 9riū est veritas: quia tūc vr habere fidē de pcio: & trāsferre dñiū ēt si ptestatus cēt se nō ofidere vltra decē dies, secūdum An.

Pactum legis cōmissoriæ dr q̄n alr qua res vē dita sit ne q nisi pciū soluaf ad certūdiē erit inempta: vt colligitur ex l. ij. ff. d le cō mis. Ægi. Per.

a Libera. Secus in generali procuratore, qui non habet liberam: vt ff. de procu. l. procurator cui. & l. ꝓcurator totorum. sed M. distinxit inter procuratorem totorum bonorum. vt ibi: & vniuersorum, vt hic.

ADDITIO. Dic plenè per Bar. in l. procurator cui generaliter libera. ff. de procurat. & quando, & quomodo dicatur libera cõcessio, vide per Bart. Ang.

si cui libera a vniuersorũ negotiorũ administratio ꝑmissa fuerit a dño, isq; ex his negotijs rẽ vẽdiderit, & tradiderit: faciet eam accipientis.

*Qui rem suam iamdudum alicui ex causa ad dominiũ minus idonee traditam, eidem postea iusto titulo concessit, dominium sine noua traditione transtulit.*

Interdum ẽt sine traditione, nuda b voluntas dñi sufficit ad rem transferendã: veluti si rẽ, quã tibi aliquis cõmodauerit, aut locauerit, aut apud te deposuerit: postea aut vẽdiderit tibi, aut donauerit, aut dotis noïe dederit, Quãuis. n. ex ea causa tibi eam non tradiderit:

Non tn̄. Totus iſte tit. diuiditur principaliter in tres partes. Primo ponit qd iuris erat de iure antiquo circa exhæredationē liberorū, & qua forma exhæredabātur. Secūdo qualiter hodie exhæredari debeant. Tertio aliqua dubia circa pdicta ſubinfert. Secunda ibi, Sed hæc quidem. Tertia ibi, Sed ſi in expeditione. Item prima ſubdiuitur. Nam primo ponit quandam continuationem ad pręcedentia. Secundo ponit qualiter exhædationē fieri de iure antiquo ſufficiebat de liberis natis & in poteſtate, & primum locum, ſiue gradum obtinētibus. Tertio de liberis naſcituris, vel de natis non obtinentibus primum gradū. Quarto de emancipatis. Quinto de liberis ciuilib. tantū, & de eorū exhæredatiōe. Secūda ibi, Sed q filiū. Tertia ibi, Poſthumi. Quarta ibi, Emācipatos. Quinta ibi. Adoptiui. CASVS. Dn̄e, iā video de hac obſeruatione ſolenni obſeruanda in teſtō: nunquid ſufficit huiōi obſeruatio ad hoc, q teſtamentum inexpugnabiliter valeat? Rn̄det q nō. Nō. n. vt oīno valeat teſtamentum, ſufficit pdicta obſeruatio, quam ſ. de teſta. ordi. expoſuimus: ſed teſtator, q filiū in poteſtate habet, eum vel hæredem in teſtamento inſtituere, vel nominatum exhęredare neceſſe habet. Si enim eum ſub ſilentio pręterierit, inutile erit teſtamentum: & intātum erit inutile, vt licet iſte filius præteritus viuente teſtatore mortuus fuerit, nemo tn̄ ex eo teſtamento hæres exiſtere poſſit. & hoc ea ratione: quia præterito filio in poteſtate tempore facti teſtamenti exiſtente, teſtamentū ipſo iure nullū fuit. & hoc verū fuit in filijs maſculis primi gradus, ſed ſecus erat in filiab⁹. Nam nō ita de filiab. vel alijs liberis vtriuſq; ſexus in remotiori gradu cōſtitutis apud veteres obſeruabat. Neque enim exhæredabātur, & tamen teſtamentum propter hæredis præteritionem non infirmabatur: ſed ius accreſcendi vſque ad certam portionem, ideſt dimidiam

dimidiā illius portionis, quā habituri eēnt ab intesta-to, eis præstabat. Nec solū fuit hmôi differētia inter filios masculos, & hmôi personas: sed etiā alia: qa licet filij masculi nominatim debeāt exhæredari, nō tñ su pradictas personas nominatim exhæredare parētibus erat necesse: sed licebat eis illas psonas inter cæteros exhæredare. Sed dñe dicatis mihi, qd est exhęredare nominatim? Ad hoc rñd. Amice, exhęredare noīatim videt̄, qui ꝓprio nomine expresso exhæredat. veluti si testator dicit, Titius filiꝰ meus exhæres esto. vel non addito proprio nomine: sed appellatiuo tñ: vt puta, si testator vnū solum filiū habuit. Et hæc dñr vsq; ad illū § posthumi quoq;. Franciscus de Aret.

omnino [a] valeat testamentū, sufficit hæc obseruatio, quā supra [b]. exposuimus: sed qui filiū [c] in potestate [d] habet, curar̄ debet, vt eū hæredem instituat, vel exhęredē nominatim faciat. Aliòqui, si eū silentio preterierit, [e] inutiliter testabit̄: adeò [f] qdē, vt si viuo patre filius mortuus sit, nemo [g] hęres ex eo testamēto existere possit: qa. s. ab initio nō cōstiterit [h] testamētū. Sed nō ita [i] de filiabus, & alijs per virilē sexum descendentibus liberis vtriusq; sexus antiquitati fuerat obseruatū. sed si non fuerāt scripti hæredes, scriptęuę, vel exhæredati, exhæredatæve, testamētū quidē nō infirmabat̄, [k] ius tamen accrescendi eis ad certam portionē [l] præstabatur. Sed nec [m] nominatim eas personas exhæredare parentibus necesse erat: sed licebat inter cæteros [n] hoc facere.

*Exhæredatio nominatim fit dupliciter. Aretinus.*

Nominatim aūt quis exhæredari videtur, siue ita exhæredetur, Titius filius meus exhæres esto, siue ita, Filius meus exhæres esto, non adiecto proprio nomine: scilicet, si alius filius non extet. [o]

*Posthumi preteritione nō protinus ab initio infirmatur testamentum, sed ita demum cum natus fuerit posthumus: quo non nascente firmum manet testatoris iudicium.*

Posthumi quoque liberi, vel hæredes institui [p] debent, vel exhære-

[a] Non tñ vt oīno. Licet dicta obseruatio. s. de test. or. solēnis sit: nō tñ &c. Vel sic. s. de ea obseruatione, q̄ est circa fidem, & probationē, satis dictū est: nunc de ea, q̄ est circa pietatem dicendū est: & licet ea obseruatio, quæ circa fidem est, satis diligens sit: non tamen &c.

[b] Supra. Scilicet in titu. de testa. ordin.

[c] Filiū. Etiā militē: vt ff. de li. & post. l. filiusfamilias.

[d] In potestate. Secus in emācipato iure ciuili. sed idē iure prætorio: vt j. eo. l. emancipatos. Accur.

ADDITIO Imò hodie præteritus dicit nullū ēē de iure ciuili, sicut in ptāte cōstitutus: ut per glo. in §. exhæredatos in gl. noluit. in auth. de hær. & fal. Ang.

[e] Præterierit. Scilicet nec instituēdo, nec exhæredando: ut j. de hæred. q̄ ab intesta. §. eadem, nec ipso iure ualet: ut C. de lib. præte. l. maximum.

[f] Adeo. Scilicet inutilitēr testabitur.

[g] Nemo. ff. de iniu. ru. test. l. filio. §. si. cōtra. Sol, ibi. filius uiuit, hic nō. Vel hic iure stricto, ibi æquo. Ac.

[h] Nō constiterit. Aliud si constitit: licet postea rumpatur: puta agnatione posthumi, qui postea moritur: quia tunc reconualescit testamentum: vt ff. de iniusto rup. test. l. posthumus. in prin. [1] & j. eo. §. posthumi. ibi, quod & filio &c. Nec est mirum: quia si ab initio rumpitur agnatione posthumi eo mortuo cōualescit. arg. ff. de regu. iur. quod ab initio.

[i] Sed nō ita. No. ex una parte ponit filios tñ, ex alia filias, & oēs ex masculis uel fœminis descendentes.

[k] Nō īfirmabat̄. Cōtra. j. e. §. sed fœminini. So. ut ibi.

[l] Ad certam portionem. s. dimidiam eius, quod ab intestato habituri essent: ut C. de lib. pt. l. maximum. circa me. ibi, cum enim contra tabulas &c.

[m] Sed nec. Hęc est secunda differentia inter pdictas personas.

[n] Inter cæteros. s. hoc modo: vnū de filijs meis exhęredo, vel vno instituto, sic dico, reliquos exhæredo. nam nisi diceret cæteros exhæredo: licet dicat, filium meum exhæredo, cum plures habeat, nemo exhæredatus videtur: vt ff. de liber. & posthu. l. ij. sed secus erit in istis. nam bene valet vt hic, dicitur.

[o] Non extet. Item alijs modis: vt omnes liberi mei sint exhæredati: & si sit vnus tantum: vt ff. de libe. & posth. l. Titius. in prin. Itē si dixerit alia verba quæcūque, dummodo certa: vt ff. si cer. pet. l. certū. de iniusto ru. testa. l. posthumi. §. nominatim. & ff. de lib. & posthu. l. j. & ij. sed secus si dicat. filium meū istituo, cæteros liberos exhæredo, vel Seium extraneum īstituo: liberos autem exhæredo. & hic non dicit omnes, vt non contradicat princi. gloss. [1] Nam dicor exhæredare filium inter cæteros: quia mistio fit cum cęteris in remotioribus gradibus constitutis, vnde non valet, cum debeant exhęredari nominatim, vt hic dicitur.

Posthumi quoq;. CASVS. Domine, iam video quid iuris est circa exhęredationem liberorū iam natorum, sed quid domine, si testator reliquerit vxorē pgnantem: nunquid necesse habet exhęredare vel instituere vterum? Rñd. q sic. nam non solum nati liberi, sed etiam posthumi exhæredari debent vel hæredes institui: & in eo par omniū posthumorū conditio est, q quocunq; posthumo siue masculini sexus, siue fœminini pterito non valet testamentū: quia si nascatur posthumus, vel posthuma natiuitate eius rumpitur testamentum. vnde si mulier pgnans, de qua sperabatur posthumus nasciturus, ediderit abortiuum: nihil erit impedimento hęredibus institutis ad hæreditatē ex testamento adeundā. Nam iste abortiuus, qui mortuus natus est, vel contra formā humani generis editus, pro nō nato habetur. Sed licet in hac particula sit cōtradictio omniū posthumorum parificata: in alio tamen differunt. nam fœminini sexus posthumæ vel nominatim, vel inter cęteros solebāt exhæredari: prout placuerat testatori: ita tamē vt si testator hmôi personas inter cæteros exhæredaret, aliquid eis legaret. ne viderent̄ hmôi posthumæ per obliuionem a testatore pteritæ esse: sed secus erat in masculis posthumis. Posthumos eñ masculos, puta filiū, & deinceps, statutū est nō posse aliter rectè exhæredari, nisi nominatim exhæredent̄. Sed dñe, pro Deo, qualiter pōt posthumus nominatim exhęredari, si testator de sexu faciat mentionē? Respon. q hoc modo, Quicunque mihi filius masculus genitus fuerit: exhæres esto. Et hæc dicuntur de veris posthumis vsq; ad illum §. posthumorum. Franc. de Aret.

[p] Institui. Ista institutione ex psenti matrimonio nascituri, & ex futuro institui videtur: vt ff. de libe. & posthu. l. placet. & l. ideoq;. [1] Quid in exhæredat ōe posthumorū, an omnes, siue ij, qui sunt in vtero tātū, an alij qui sunt nascituri ex psenti matrimonio vel futuro.

Aliās, oīmodo.

Tu vero dicito, q aut filius morit̄ viuo patre & testamētū omnino nullū ē, vt hic. aut supuixit patri, & si dixit testamentum nullū, nō valet: si verò tacuit, & approbanit, licet iuris subtilitate nullū sit, ex æquo tamē reconualescit, & id passim tēnetur.

[1] Et ibi est casus i quo etiā hodie necessaria ē bonorū possessio, & alios vigintivide per Ang. qđ est magnæ vtilitatis: quia eam liberi hra annū, cognati vero intra centū dies tātū, & non solū animo sed corā ptore agnoscēt̄. Exhęredatio inter cæteros qualiter fit.

[1] Istā gl. reprehendit Ioan. Fab. hic.

[1] Et etiā filij postea adoptati, qui dicūt̄ posthumi ciuiles. l. si qs posthumos. ff. eo An autē naturales tātū, & qd si istituat ventrem vxoris suę, vide per Ang. hic.

futuro, intelligunt exhæredati? R ñ. non: cum masculi debeat nominatim exhæredari: vt j. e. §. masculos. Ac.

ADDITIO. Et hæc vera licet glo. teneat contrarium in d. l. placet, quã saluat Ioan. Fab. vbi essent apposita verba multiplicatiua, vel vniuersalia, quisquis, quicunq;, & similia, secus, si indefinita tantum, vt hic.

a In eo. Scilicet quod sequit: quod & filio &c.

b Omniũ. Scilicet posthumorum ex se nasciturorum, & ex filijs suis, licet in iã natis non sit par cõditio: vt s. eod. §. sed non ita.

c Masculini. Siue ex masculo, siue ex fœmina.

d Adgnatione. Id est, natiuitate. sic j. quibus mod. test. in fi. pr. § primo.

Posthumi hodie exhæredari nõ possunt.

e Rumpitur. Si vero exhæredebatur, de inofficioso agebatur: vt j. de inoff. testam. §. posthumi. Hodie vero exhæredari non possunt: vt C. de inoffi. testa. l. si quis. §. legis.

f Infirmatur. Hic adde quod est ff. de milit. testa. l. si filius famil. j.

g Abortum. Qui est pro non nato: vt ff. de verbo. signi. l. qui mortui. & C. de posth. hære. l. j. Acc.

ADDITIO. Idẽ i seminato mortuo antequam perfecte extrahatur. Secus tamẽ in nato exsecto ventre, qui non declinat ad monstrum dũmodo habeat pulsum, etiam si vocem non emiserit. Vide Ang. hic.

h Personę. s. posthumę. nam iam natis fœminis non erat necesse legari. vt C. de lib. præter. l. maximũ. in fin. & s. e. §. sed nõ ita.

i Inter cæteros. Hodie per cõstitutionem omnes nominatim: vt j. eo. §. sed hæc. versi. nostra. Sed nouissimo iure non, cum non sint ingrati: vt in Auth. vt cũ de ap. cog. §. aliud. col. viij. Acc.

ADDITIO. Quæ causa debet exprimi, & per hęredem probari: vt in auth. ex causa. C. de libe. præteri. Angel.

Posthumorum. CASVS. Domine, iã video, & patet mihi qualiter exhæredant liberi nati, & etiã posthumi, nunquid sunt plures modi exheredãdi, vel instituendi: Et respõ. quòd sic. Nam sicut dictum est veros posthumos debere exhæredari vel institui, ita & ij qui loco posthumi sunt. Sed domine dicatis mihi. qui sunt ij, qui loco posthumi sunt? Ad hoc respõdet, Amice, loco posthu. sunt ij, qui tẽpore testamẽti non erant immediatè adiũcti testatori: postea tamẽ adhuc viuente testatore in locum sui hæredis succedunt: & ita quasi agnascẽdo immediate adiũguntur testatori, & sui efficiuntur, vt patet in tali exemplo. Titius habet filium in potestate sua: & ex eodem filio nepotẽ. hoc casu: quia filius vno gradu præcedit nepotẽ, solus filius iura sui hæredis habet, licet nepos & neptis ex eo in ei⁹ potestate sint. vnde si Titij filius viuẽte adhuc Titio mortuus fuerit, aut de potestate eius exierit, incipit nepos ex filio natus in locum patris sui mortui succedere: & eo modo quasi agnatio ne suus hæres efficitur: cũ nullus in potestate existens eum pcedat: & ideo sicut testator ipsum filiũ, vel hæredem instituere, vel nominatim exhæredare; debet, ita nepotem, vel neptem ex illo necesse habet exhæredare vel hæredem instituere: nẽ fortè uiuo adhuc testatore, filio eius, qui imme diate erat ei adiuncto⁹ mortuo, vel emãcipato, vel alio modo patria potestate liberato, nepos ex filio in locum patris sui succedens, quasi agnatione eius rũpat testamentum. Et ista prouisio ad securitatem testatorum per legem Velleiam introducta est, in qua quidem lege similis modus exhæredationis ad exemplum verorum posthumorum demonstratur. Et hæc dicuntur usque ad illum §. emancipatos. & casus eius. est plenissimus vsq; ad §. sed hæc quidem. Franciscus Accurius.

dari. Et in eo a par omnium b cõditio est, quòd & filio posthumo, & quolibet ex cęteris liberis, siue fœminini sexus, siue masculini c præterito, valet quidẽ testamentũ: sed postea adgnatione d posthumi, siue posthumę rumpitur, e & ea ratione totum infirmatur. f Ideoq; si mulier ex qua posthumus, aut posthuma sperabatur, abortum g fecerit: nihil impedimento est scriptis hæredibus ad hæreditatem adeundam. Sed fœminini quidem sexus personæ h vel nominatim vel inter cæteros exhæredari solebant: dum tamen si inter cæteros i exhæredarentur, aliquid eis legaretur, ne viderentur præteritæ esse per obliuionẽ. Masculos verò posthumos, id est, filios, & deinceps, placuit non aliter rectè exhæredari, nisi nominatim exhæredarentur: hoc scilicet modo: Quicunque mihi filius genitus fuerit, exhæres esto.

*Ex filio nepos viuo patre suus auo hæres nõ est, quãuis in eius sit potestate. sed si viuo auo patrẽ mori cõtigerit, eius patris locum subintrans quasi agnascendo suus hæres fit: idcirco, institui vel exhæredes fieri debet, ne illius prçteritio aui testamẽtũ infirmet.*

Posthumorum k aũt loco l sunt & ij, q in sui hæredis m locum succedendo, quasi agnascendo n fiunt parẽtibus o sui hæredes: vt ecce, si quis filiũ, & ex eo nepotem, neptemve in potestate habeat: quia filius gradu præcedit, is solus iura sui hæredis habet: quamuis nepos quoque, & neptis ex eo in eadem potestate sint. Sed si filius eius viuo eo moriatur, aut qualibet alia ratione exeat de potestate eius: incipit nepos, neptis ve in eius locum succedere: & eo modo iura suorum hæredum quasi adgnatione nanciscitur. Ne ergo eo modo rumpatur eius testamentum: sicut ipsum filium vel nominatim exhæredare debet testator, ne non iure faciat testamentum: ita & nepotem, neptẽve ex fi-

k Posthumorum. Sic ff. de iniust. rup. testa. l. posthumorum. vbi omnino habetur iste. §.

l Loco. Non tamen veri posthumi sunt: vt j. eod. §. hoc in fine.

m Sui hæredis. Infra de hæredum qualita. & differen. §. sui.

n Adgnascendo. Idest, subtus, vel postea nascendo, sicut posthumus verus. non enim nascitur, cum natus sit: vt supra de adoptionibus. §. primo. Vel dic agnascendo. id est: incipiendo esse agnati, quo ad effectum succedendi.

o Parentibus. Scilicet, masculis. nam testamẽtum fœminæ non rumpitur per legem Velleiam: vt ff. de lib. & posthum. l. Gallus. §. nunc de lege. ibi, nam & si ita verba sunt. sed per querelam irritatur: ut C. de inoffic. test. l. iij. & j. eod. §. mater.

o Nota p̃teritionẽ matris i facta d liberis nõ annullar testamẽtũ: qd ideo procedit, quia p̃teritio matris habet pro exhæredatione. vt videbitis. §. mater j. eo. Christo.

Necesse

lio necesse est a ei, vel hæredem instituere, vel exhęredare: ne fortè eo viuo b filio mortuo, succedendo in locũ eius nepos neptisve quasi adgnatione rumpat testamẽtũ. Idq; lege Iulia Velleia c * prouisum est: in qua similis d exhæredationis modus ad similitudinẽ posthumorum demonstrat.

*Emancipati quoq; liberi instituti, vel exhęredari debent: aliòqui eis præteritis (quamuis iure ciuili succursum non sit) iure prætorio bonorum possessio contra tabulas datur.*

Emancipatos liberos iure ciuili, e neque hæredes instituere, neque exhęredare necesse est: f quia non sunt sui hæredes. g Sed prætor omnes tam fœminini h sexus, quàm masculini, si hæredes non instituantur, exhæredari iubet: virilis sexus, nominatim: fœminini verò, inter cæteros: quia si neque hæredes instituti fuerint, neque ita (vt diximus) exhæredati: i permittit * eis prætor, contra tabulas testamenti bonorum possessionem.

*Adoptiui quandiu in adoptantis nexib. constituti sunt, haud secus quam naturales liberi instituẽdi, vel exhęredádi sunt: adoptione vero soluta, impunè ab adoptante patre pręterenntur: quò tamen ad naturalem patrem, tanquam ab eo emancipati habe ri incipiunt.*

Adoptiui liberi quandiu sunt in potestate patris adoptiui, eiusdem iuris habentur, k cuius sunt iustis nuptijs quæsiti. Itaque hæredes instituendi, l vel exhæredandi sunt, secundum ea, quæ de naturalibus exposuimus. Emancipati verò a patre adoptiuo, neque iure ciuili, m neque eo iure, quod ad edictum prætoris attinet, n inter liberos connumerantur. Qua ratione accidit, vt ex diuerso (quod ad naturalẽ parentem attinet) quandiu quidem sunt in adoptiua familia, extraneorum o numero habeantur: vt eos neque hæredes instituere, neq; exhæredare necesse sit. † cum verò emancipati fuerĩt ab adoptiuo patre, p tunc incipiãt in ea causa esse, in qua futuri essent, si à naturali patre emancipati fuissent.

*Sublata veteri differentia, recentiori iure sancitũ est, vt ijsdem testamento modis & mares, & fœminę instituantur, vel exhæredes fiant, idq; in reliquis liberis, vt puta nepotib. neptibus, & deinceps, necnon & in posthumis, & emancipatis filijs obseruare conuenit.*

a Necesse est. Causatiuè, scilicet, ne rumpatur testamentum, vt sequitur, non pcisè: vt C. de adop. l. pe. §. quæ in filio.

b Eo viuo secus si post: vt ff. de iniust. rup. testa. l. si quis filio. & 1 hoc differt a vero posthumo. 2 Itẽ differt ab ascendentibus: vt ff. de inoffic. testa. l. pater filium.

c Velleia. Nomen est cuiusdã nouæ legis: sed ius Galli Aquilij antiquius est. & loquitur in vero posthumo, vt statim dicam: vt ff. de libe. & posthu. l. Gallus. §. si eius qui filium.

d Similis. In veris posthumis talis erat mod⁹: si me mortuo nascetur mihi filius intra decem menses. vt ff. de liberis & posthumis. l. Gallus. j. resp. & §. j. ij. iij. & iiij. sic ergo & hic per leg. Velleiam, si suus hæres suus esse desierit viuo testatore: vt ff. de li. & posthu. l. Gallus. §. videdũ est nunc. & in hoc habet locũ lex Velleia. 2 sic etiam est paritas ab intest. vt j. de hær. q̃ ab intest. §. cum autem.

e Iure ciuili. Sic j. de hęr. q̃ ab intest. §. emancipati.

f Necesse est. Nam nihilominus tenet testamẽtũ: aliud in eo qui est in potestate: vt s. eod. in princi. ADDITIO. Dictam de iure ciuili, quia non erat cognitus: quã etiam de iure prætorio: quia p̃tor habet illas pro tabulis, si septem signis testiũ signatæ sint. & dat bono. possecũdũ tab. vt l. cum tabulæ. ff. de bo. pos. secundũ tab. nec de vitio pteritionis curauit, secundum Angel.

g Sui hęredes. Supple: & quia desierũt esse hęredes sui: aliàs non esset bona ratio, cum filij necesse habeant patres instituere: licet nõ sint patres sui hęredes ad filios. Filius aũt emancipatus per capitis diminutionem desinit agnatus esse, & remanet cognatus, qui nõ cognoscit à iure ciuili: vt j. de hęred. q̃ ab intest. delat. §. emancipati: & s. de legi. agna. tute. §. fi. & ff. de bon. pos. l. sed cum patrono. §. j. Acc.

h Fœminini. Licet in suis esset differentia inter masculos & fœminas iure ciuili: vt s. eod. §. j.

i Exheredati. s. rite. * aliàs aũt exhęredato datur contra tab. vt ff. de poss. contra tab. l. non putauit. §. non q̃uis. Item etiam institutis datur contra tab. si alius committat eis edictum: 3 vt ff. de contra tab. l. iij. §. si pater. vers. plane. * & ff. de leg. p̃stan petita bonor. posses. contra tab. l. si duo.

k Habentur. Quo ad adoptiuũ patrẽ.

l Instituendi. Ab adoptiuo patre. Acc.

m Iure ciuili. Quod s. ius ciuile (scilicet adoptionis) quo uocantur sui adoptiui ad hæreditatem, alio iure ciuili, scilicet: per emancipationem sublatum est, quod esse potest: vt s. de legi agna. tute. §. fin.

n Attinet. Quod uocat emancipatos: vt s. proximo §. & est ratio: quia desinunt esse filij. Sed naturales non possunt desinere esse filij per emancipationem: vt j. de hæred. q̃ ab intesta. §. minus ergo. ibi nec quia. Acc.

o Extraneorum. ff. de contra tabul. l. j. §. & sui iuris.

p Patre. ff. de bon. posses. contra tabul. l. si emancipatus. §. penul. in fi.

Sed hæc quidem. CASVS. Dicit Iustinia. quòd huiusmodi differentias sexus, & modi exhæred. de quibus dictum est hucusque, vetustas, id est, media iuris prudentia introducebat: sed nostra constitutio differentias amouet, & nihil inter masculũ. & fœminam, quantum ad modum exhæredãdi, vel instituendi interesse existimauit. & hoc triplici ratiõe. Prima, quia utraque personæ in procreatione hominum simili naturæ officio funguntur. Secunda ratio: quia lex antiqua xij. ta. omnes tam masculos, quam fœminas pariter ad successiones parentum ab intestato vocabat. Tertia ratio est: quia p̃tores secuti sunt l. xij. tabul. dando scilicet, filiabus sicuti & filijs p̃teritis bono. posses. contra tabu. in totum: vnde nos his rationibus moti, simile, ac simplex ius antiquum, differentijs explosis, in filiabus, & filijs, & omnibus alijs per virilem sexum descendentibus non solũ iam natis, sed etiã posthumis, introduximus

1 Scilicet testatoris. sec⁹ in nepote post mortẽ vtriusq; nato: vt hic per doct.

* In P. Fl. vbiq; scriptum est, Iunia Vellea.

2 Cui⁹ legis difficultates euitabis apponẽdo talẽ clausulã, oẽs natos, & nascituros, q mihi agnasci poterũt, i ta li re instituo. Quo aũt ad exheredatio nẽ quasi posthumorũ qui sũt iã nati & q̃ debet fieri nominati sic dices: talẽ nepotẽ, vel p nepotẽ, si qñ meus erit, ex ta li cã exhęredo: propriè. n. posthumi exhæredari hodie nõ possũt: vt p Io. Fa. & Ang. hic.

* Aliàs, p mittit.

* Verbũ rite notat solennitatẽ iuris, rectè verò iustitiã. sic supra de mili. test. in pri. gl. i l. hoc colore. ff. de inof. test. Tulli. lib. i. theto. ra tione ratio ne te tm, inqt scribũt. testes rite affuerunt. Aegid. Per.

3 Quã potest itẽtare ẽt committẽte i uito: vt l. nonnunquã. ff. de leg. p̃sta. Ange.

* Et ibi glo. declarat q̃d sit cõmittere edictũ, & stipulationẽ cõmittere. Aegid. Per.

† Refert tamen Valer. Max. lib. vij. c. vij. Max. Anc. Carseolani equitis Romani filiũ à Suffenate auunculo adoptatũ nihilo minus olĩ apud centumviros rescidisse patris naturalis testamẽtũ, in quo p̃teritus erat. Adijcit p̃terea tãtũ fuisse i ea causa vincendi fiduciã vt L. Sextilius, & P. Popilius cõsanguinei p parte scripti hæredes nõ ausi fuerint sacramento cõtẽdere cũ adolescẽte. & succubuisse ipsũ, q au sus fuerat cõtẽdere. Franc. Baldui. hic.

ximus,& statuimus in constitutione nostra: vt omnes siue sint sui, siue emancipati, aut instituātur hæredes, aut nominatim exhæredentur omnes, siue sint iā nati, siue adhuc in vtero constituti, & postea nati sunt, eundē habeant effectū circa parentū suorū testamentum infirmandū, & hæreditatem à scriptis hæredibus auferendā, quē quidem effectum filij sui, vel emācipati præteriti, vel exhæredati habere poterunt. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. circa adoptiuos, & casus planus est vsque ad finem. Franc. de Aret.

Sed hæc [a] quidem vetustas [b] introducebat. nostra verò constitutio [c] inter masculos, & fœminas in hoc [d] iure nihil iteresse [e] existimans, qa [f] vtraque persona in hominum procreatione simili naturæ officio [g] fungitur: & lege antiqua [h] duodecim tabularum oēs similiter ad successionem ab initio vocabātur, quod & prætores postea secuti esse vidētur: [i] ideo simplex [k] ac simile ius, & in filijs, & in filiabus, & in cæteris descendentibus per virilem sexum [l] ꝑtionis, nō solùm iam natis, sed etiam posthumis introduxit; vt omnes siue sui, siue emancipati sint, vel hæredes instituantur, vel nominatim exhæredentur, & eū dē habeant effectum [m] circa testamenta parentum suorum infirmāda, & hæreditatem auferendā, quē filij sui, vel emancipati habent: siue iam nati sint, siue adhuc in vtero cōstituti, postea nati sint. [n] Circa adoptiuos autem filios certam induximus diuisionem, quæ in nostra constitutione, [o] quā super adoptiuis tulimus, cōtinet.

*Præteritio militis in expeditione testantis, si scit se habere liberos, pro exhæredatione habetur. Aretinus.*

Sed si in expeditione occupatus [p] miles testamentū faciat, & liberos suos iam natos, vel posthumos nominatim non exhęredauerit, sed silētio ꝑterierit, non ignorans, [q] an habeat liberos, silentium eius ꝑ exhæredatione [r] nominati facta valere, cōstitutionib⁹ pricipū cautū ē.

*Matris, aliorumve per lineā maternā ascendentium præteritio, vim exhęredationis obtinet: idcirco ad eorum successionem citra querelam aspirare non potest præteritus filius.*

Mater [s] vel auus maternus necesse nō habēt liberos suos, aut hęredes instituere, aut exhæredare, sed possunt eos silentio omittere: nam silentium matris, aut aui materni, & cæterorum per matrē ascendentiū, tantum facit, quantum exhæredatio patris. Neque enim matri filiū, filiamve, neque auo materno nepotē, neptemve ex filia, si eū eamve hæredem non instituat, exhæredare necesse ē; siue de iure ciuili [t] q̄ramus,

[a] Sed hæc. Scilicet supradicta a principio titu. vsque ad §. emancipatos. Et dic hæc. s. differentiam sexus, & gradus, & modi exhæredationis: vt s. eodem, §. j. & §. posthumi. & §. sed fœminini. Non autem dicit de ijs, quę postea vsquemodo dicta sunt a §. illo, emancipatos.

[b] Vetustas, Id est, media iuris prudentia, vt statim sequitur.

[c] Cōstitutio. C. de lib. præte. vel exhære. l. maximum.

[d] In hoc. Aliàs enim multæ differentiæ sunt: vt ff. de statu ho. l. in multis.

[e] Nihil interesse. vt in authen. quibus mod. nat: effic. sui. §. non autem. collatio ne septima.

[f] Quia. Prima ratio.

[g] Officio. Id est simili officio. vna enim indiget altera ad procreationem sobolis, & hæc est prima ratio l. xij. tab. a. vt C. de leg. hæred. l. legem.

[h] Lege antiqua. [1] argumentatur ex iure antiquo. sic s. qui manumit. non poss. §. fin. & hæc secunda ratio.

[1] Nota quòd etiā ex leg. xij. tab. ita admittebat ab intesta to fœmina, sicut masculus sm Ange.

[i] Videntur. Scilicet dando filiæ bono. pos. contra tabulas, in totum, licet non possit dicere nullum: vt C. de libe. præte. l. maximum. ibi, & si præteritus &c. & hæc est tertia ratio Accur.

[k] Simplex. ad differentiam antiquæ distinctionis: vt supra eodem. §. j.

[l] Per virilem sexum. Quid de descendentibus per fœmininū? Respond. admittuntur, sed cum diminutione tertiæ partis: vt j. de hæredita. quæ ab intesta. & item vetustas. versicu: diu. & C. de collatio. bono. l. illam. Accur.

[m] Eundem habeāt effectum. Quo ad cōmodum, & verso tamē iure, nā suus, præteritus & dicit nullum; & contra tab. habet. si non vult dicere nullū, quando præteritus est. Sed emancipatus tantum habet contra tabu. vt C. de libe. præte. l. maximū. §. sancimus itaque &c. & ff. de leg. præstan. l. is, qui. Si autem exhæredētur habent querelam omnes: vt ff. de contra tabulas. l. non putauit. §. non quæuis. & de inofficio. testa. l. Papinianus.

Hęres suꝰ ꝑteritus habet duo remedia, emancipatus vnicum. Querela dat' emācipatus.

[n] Postea nati sint. Qui exhęredari non possunt: vt diximus supra eodem, §. posthumi.

[o] Constitutione. C. de adoptio. l. cum in adoptiuis. & recitatur supra de adopt. §. sed hodie.

[p] Occupatus. Quid si non est in expeditione? Respond. ius commune obtinet: vt supra de milit. testa. §. illis.

[q] Non ignorans. Si enim ignorat, nō valet testamentum: vt C. de testamen. mili. l. sicut certi iuris. : nisi fuerit eius animi, vt si filium haberet, esset exhæres: vt ff. de militari testamento. l. qui iure militari.

: Et si verba essent generalia apta comprehendere oēm nasciturum sm Bald. licet Ang. dubitet hic. secus tamē i pagano: vt hic ꝑ eū. Præteritio an habeatur ꝑ exhæredatione.

[r] Pro exhæredatione. Ideoque querela inofficiosi testamenti agitur, sed hoc cū miles est paterfamilias: nam tunc non potest habere locū castrense peculium, si enim esset filiusfamilias, non haberet locum querela: vt C. de inoffic. testa. l. fin. §. fin.

ADDITIO. Ista glo. hodie est falsa: vt no. s. de mil. testa. §. illis autem. in glo. super verbo, iure tamen communi.

[s] Mater. Idem intelligo in silentio liberorum ad maternam lineam: vt C. de inoffic. testamen. l. cum filium. Accur.

ADDITIO. Et hæc vera quando fuit inserta causa, & tunc hoc quo ad matrem vel eius lineam habetur pro exhæredatione, & habet locū querela. vt hic. Quo autem ad patrem & eius lineam, si sit facta præteritio a filio in potestate, competit ius dicendi nullum: si ab emācipato, datur contra tabulas. Sed hodie non expressa causa testamentum est nullum: vt §. j. in Authen. vt cum de appe. la. cog.

[t] De iure ciuili. Quia non habet eos in potestate: vt infra, de hær. qualit. & differ. §. cæteri.

Edict.

a Edicto. Quo emancipati vocantur: vt i. eod. §. emancipatos. quia eos non potest emancipare: vnde contra tabulas locum non habet: vt hic, & ff. de contra tabu. l. illud. §. testamenta.
b Eis. Scilicet descendentib. p lineã fœmininã. daſ tñ & alijs, sed his maximè: vt C. de inoff. testa. l. filiam.
c Paulo post. Vt i. de inoff. testam. per totum.

* Alias, pmittit.

siue de edicto a prætoris, quo prætor præteritis liberis contra tabulas bonorũ possessionẽ pmittit, * sed aliud eis b adminiculum seruaț, qđ paulò post c vobis manifestum fiet.

DE HAEREDIBUS instituendis.

Continuatio.

*Cõtinuaț hoc modo. vidimus de ordinatione testamẽtorũ in titu. de testa. ordi. Verũ qa causa efficiẽs fuit necessaria ideo postea posuit de psonis testãtiũ: vt in tit. de mili. test. & q testari nõ pñt in tit. qb licet facere testamẽta, vel non. alias est tit. qbus nõ est pmissum facere testamẽtũ. Verùm qa in testamentis hæredes instituunț: videdũ est ergo de hoc tit. Are. Vel sic. Visum est suprà de filijs tam natis, q̃ nasciturìs hæredib. instituendis, vel exhæredandis: nunc sequitur videre gñaliter de extraneis hæredibus instituẽdis.*

## TITULUS XIIII.

## DE HAEREDIBUS instituendis. d

*Liber homo, vel seruus proprius, vel alienus, põt hæres institui sine mensione libertatis. Et etiam intelligitur proprius, in quo quis habet nudam proprietatem. Are.*

Haeredes instituere e permissum f est tam liberos hoĩes, quã seruos, & tã proprios, g q̃ alienos. † h Proprios aũt olim qdẽ ſm pluriũ sñías non aliter, q̃ cum libertate rectè instituere licebat, hodie verò ẽt sine libertate, ex nostra cõstitutione i hrdes eos k instituere pmissum est. Quod nõ p innouationẽ l induximus, sed qm & æquius erat, & Attilicino placuisse Paulus suis libris, quos tam ad Masuriũ Sabinum, quàm ad Plautium scripsit, refert. Proprius aũt seruus etiã is intelligitur, in quo nudam * proprietatem m testator habet, alio vsum fructum habente.

*Seruus accusatus de crimine adulterij commissi cum domina sua non potest ante sententiam manumitti, nec ab ea hæres institui. Are.*

† Proprij, & alieni opponũtur Mand. in Gl. Facul. §. Et propriũ. ver. Hic proprium oponiț termino alienum.

*Hoc dicit rõne ꝫ rij qa gerũdiũ importat necessitatẽ. glo. in ti. ff. de edé. videret ergo q hic tractaret de his q necessario sunt hrdes instituẽdi, qd est falsum secũdum Ias. Ægi. Per.

d Instituendis. Id est qui pñt institui, * vt i. eo. vsque ad §. si plures. & §. fi. Item & qualiter debeant institui: vt i. eo. §. si plures. vsque ad §. fina.

Hæredes. Totus iste titulus diuiditur in septem partes. Primo ponit regulam gñalẽ, q non solum liberi, sed etiam serui, & nõ tantũ proprij, sed etiam alieni pñt hæredes institui. Secundo declarat qualiter proprius seruus põt institui, & quis dicatur proprius seruus. Tertio quis dicatur alienus, & quõ põt institui. Quarto q non tantum vnus, sed etiam plures possunt hæredes institui. Quinto ponit diuisionem portionum hæreditatis, & de effectu ipsius. Sexto de institutione sub conditione. Septimo: quòd etiam ignotus testatori põt hæres institui. Secunda ibi, Proprios autem. Tertia ibi. Alienus seruus. Quarta ibi. Et vnum hominem. Quinta ibi. Hæreditas plerunq;. Sexta ibi, Hæres & purè. Septima ibi, Hi quos. Vel diuidas vt diuidit hic gl. tit. CASUS. Dñe. vos vultis tractare de hæredibus instituendis. dicatis igitur mihi, qui possunt hæredes institui? Ad hoc respon. Amice, hæredes institui possunt tam liberi homines, quã serui, & tam proprij serui, quàm alieni. sed olim ſm sententias plurium non licebat proprios aliter instituere hæredes quàm cũ libertate expresè data. sed hodie secus est, nam authoritate nostræ constitutionis, licet domino nulla mentione facta de libertate, proprios seruos in testamento suo hæredes instituere, hoc tamen de nouo non induximus: nam antiquitus Attilicin* Iurisc õsultus hoc induxerat. ; Paulus ẽt in libris suis, quos tã ad Masuriũ Sabinũ, quã ad Plautiũ scripsit, refert hoc idẽ Attilicino antiquo Iurisc õsulto placuisse. vñ quod antiquitus Attilicino, & Paulo placuit non fuit a pstõ in legis necessitatẽ introduxit: & hæc dicunț vsque ad illũ §. proprius aũt seruus. in quo pone sic casum: Dñe, vos dixistis mihi q proprius seruus põt hæres institui. mõ dicatis mihi, quis dicaț proprius seruus? Ad hoc rñ. Amice, proprius seruus quo ad hoc vt possit institui, intelligitur ẽt ille in quo testator habet nudam proprietatẽ, licet alius in eo vsũfru. habeat. nam nihilominus propri⁹ seruus intelligiț. Et hæc dicuntur vsq; ad illum §. est aũt. Fran. de Aretio.

* Aliàs putam.

e Hæredes instituere, q.d. dominos intus in bonis suis facere. nam hæres idest dominus * vt i. de hære. quał. & dif. §. fi. ibi, pro hærede. Item ideo dixi int*, quia tunc subintrat hæres in dñium rerum defuncti acsi eadem persona eẽt: vt in authen. de iureiu. a mori. §. j. ibi, cum vtriq;. col. v. & ff. qui. ex cau. ma. l. cum miles. in fi. j. resp. Accur.

* Aptitudine non actu, nam hæres nõ ẽ dñs bonorũ testatoris añ aditã hrditatẽ, ſm Por. Ægi. Per.

ADDITIO. Non tñ est idem dñium, qd erat penes defunctum: sed fingitur esse idem. Secus autẽ in possessione. quam volens perdere, & in aliũ trãsferre, statim perdit, & noua renascitur statim q est apprehensa: & intelligitur semper fuisse continuata, si interim a nemine fuit occupata. Ang.

Possessio hrdis an sit eadem cũ possessione defuncti.

f Permissum est. Scilicet a iure.
g Proprios. Scilicet seruos.
h Alienos. Sic. ff. eo. l. non minus.
i Constitutione. Vt C. de ne. ser. hære. inst. l. cũ qdã.
k Eos. Scilicet proprios seruos.
l Non p innouationẽ. q.d. nõ induximus hoc de nouo, sed apud antiquos hoc idem dixerat Attilicinus, vt subijcit. Sed ꝯ i. qb. ex cau. ma. nõ licet. §. ideq; iuris. ibi. Noua humanitatis &c. Sol. iste Iusti. nõ inuenit, sed rõnẽ reddit cũ nõ sit verisimile. &c. vt ibi. vel aliter Attilicino placuit, & Paulo: sed in legis necessitatẽ nõ deduxerunt. sic & i. de testa. §. sed neq; hæres. Iustin. verò in legis necessitatẽ induxit. vt ex ipsa institutione liber esse videaț. ; Itẽ nunqd corrigiț quod aliàs dr. s. q purè institutus, & sub conditione liber: quod expectaț conditionis euentus: vt ff. eo. seruus. §. j. & l. quoties. §. fi. & l. qui filio. §. j. Rñ. non quia istud locũ habet. qd hic dr. qñ libertas nec est data expsiè, nec fuit retardata: at ibi expresè fuit retardata.

; Tu dic ſm doct. q primo fuit i⁹ legis necessitate: postea abrogatũ, tertio p Iustinianũ iterũ ad legem redactum.

ADDITIO. Si aũt esset expresè inhibita, non valeret institutio: vt d. §. idemque iuris. Ang.

m Nudã proprietatẽ. Vt iste liber, & hæres necessarius sit: vt i. e. j. rñ. sed tñ vsufructua. pinde vr, acsi eẽt seruus adhuc: vt C. cõia de ma. l. j. §. finaũt pprietarius.

Est tamen

Est tamen. CASVS. Dñe, vos dixistis mihi ꝙ dñs potest seruum suum in testamento hæredem instituere. nunquid est hoc generaliter verum, ꝙ liceat cuilibet dño seruum suum hæredem instituere? Et respond. ꝙ non. Est enim casus, in quo non licet domino seruum suũ hæredem instituere, quamuis libertatem eidem seruo se dedisse in testamento suo expresserit: & ita cauetur constitutione diuorum Seueri, & Antonini, cui⁹ constitutionis verba sunt hæc. Rationis est seruum maculatum, id est accusatũ de adulterio cum domina sua commisso, non videri iure manumissum ante sententiam ab eadẽ domina sua, quę fuerat rea postulata eiusdẽ criminis. vnde sequitur, ꝙ ex quo manumissio in testamento suo non valet: nec cum institutione valere possit. Manifestum est igitur, ꝙ institutio hæredis in eundem a domina collata nullius momenti habeatur. & hæc vsque ad illum §. alienus seruus. Fran. de Are.

* Aliàs. Est autẽ.

† Aliàs hẽditatis. alias neutrũ habetur, nec hẽdis nec hẽditatis.

Est tñ * casus, in quo nec cũ libertate vtiliter seruus a dña hæres instituit̃; vt constitutione [a] diuorum Seueri & Antonini cauet̃, cuius [b] verba hęc sunt: [c] Seruum adulterio maculatũ [d] nõ iure testõ manumissũ [e] ante sñiam ab ea muliere videri, quæ rea fuerat eiusdem criminis postulata [f] rõnis est. Quare sequitur, vt in eundem a dña collata hęredis † institutio nullius momenti habeatur [g].

*Seruus in quo quis habet vsumfructũ dr̃ alienus: & iõ ĩstitutus cũ libertate ab vsufructuario nõ cõseqtur libertatem ipsam. Areti.*

Alienus seruus ẽt is intelligit̃, in quo vsumfructum testator [h] habet.

*Simplex proprij serui institutio eum & liberum & domino necessarium hæredem facit, qui si viuo adhuc testatore libertate donet̃, voluntarius efficitur. si autem a dño alienetur, nec liber, nec hæres fit, sed nouo domino hæreditatem quærit.*

Seruus aũt a dño suo hæres institutus, si quidem in eadem causa [i] manserit: fit ex testõ liber.

‡ Puniũtur aũt & dña & seruus: quia verberati tradunt̃ igni. & idẽ non ẽẽt i dño, ꝙ cognouisset seruã: vt no. gl. in l. j. & pbat̃ i l. fi. C. eo. de ma. ꝓpterea ꝙ maior honestas requirit̃ i muliere, quã in masculo: vt s. dixi. V si tunc prius esset hoc nõ tpe ꝙ famulus cognosceret dñam, quã si dominus cognosceret famulã, ꝓp honestatem. ꝗ maxime requirit̃ i ipsa muliere. Chri.

² Hoc est falsum: qa manumissio intra lx. dies ꝓhibet̃, & cõputant̃ a die dit or tij & non accusationis, vt per iõã. Fa. & Ang. hic.

a Constitutione. s. Græca, quam non habemus. Acc.

b Cuius. Scilicet constitutionis.

c Verba hæc sunt. Quæ sequuntur.

d Maculatum. Id est accusatum. Nam aliàs est in litera. accusatũ. vt ff. eo. l. his verbis. §. interdum. vbi de verbo ad verbũ sunt ista, ꝗ hic dicunt̃, excepto, ꝙ nõ scribitur maculatum vt hic, sed accusatũ. similis expositio dr̃ in libro Sapientiæ de Ioseph: Maculauerunt me impij. Et alibi in diuina scriptura mendaces ostẽdit, qui maculauerunt eũ. i. accusauerunt eum.

e Manumissum. Scilicet videri: vt postea subijcit: & dic manumissum simpliciter, non institutũ, & ex hoc infert quod sequitur, ꝙ nec cum institutione fieri põt liber, vt subijcit: quare sequitur &c. Are.

f Postulata. i. accusata de eodem adulterio cũ seruo ꝓprio cõmisso, ꝓ quo grauiter punit̃ vterq;, vt C. de muli. quæ se. ꝓ. se iun. l. j. in prin. ¹ Quid si cum extraneo cõmisit adulteriũ? Rñ. nec tunc manumittit̃ vsque ad lx. dies: vt C. de adul. l. iij. & ff. de adul. l. si postulauerit. §. iubet. Item quid si adulterium tale cõmisit, non tñ accusat̃ adhuc? Rñ. bene põt manumittere, ² sed in crimine læsæ maiestatis est speciale, vt post commissum crimen tale, non possit manumittere vel testari: vt C. ad legem Iul. maie. l. fi. & ff. de donat. l. post contractum. & l. donationes. & fi. Accur.

g Nullius momenti habeatur. Quia si valeret institutio valeret libertas: vt s. eo. j. respon. & s. q. ex cau. manu. non lic. §. j. & ita nota argu. ꝙ vbi aliquid ꝓhibetur fieri directo, similiter & per obliquum prohibetur. sic ff. de condi. institu. l. quæ sub conditione. §. sed si sub. ibi, sed est verius. Item argumen. quòd cassato principali, cassatur quicquid sequitur ex eo, vel ex his. vt C. de legibus & constitutionibus. l. non dubium. Accursius.

Alienus seruus. CASVS. Dñe, vos dixistis mihi supra quis intelligit̃ ꝓprius seruus: dicatis mihi quis intelligitur seruus alienus? Ad hoc rñd. Amice, alienus seruus non solũ dicitur ille, in quo testator nihil iuris habet, sed etiã ille in quo testator habet vsumfructum. Et hæc dicuntur vsque ad §. seruus autem a domino. Franc. de Aretio.

h Testator. Et ideo non põt eum cum libertate instituere: vt ff. eo. l. si alienum. in princ. ¹ Sed ꝯdicit ad hũc §. ff. de bon. autho. iudi. pos. l. in venditione. Sed certè quo ad alia est loco dñi, non quo ad hoc vt possit fieri liber. Sed cum aliàs manumissus esset a fructuario simpliciter sine institutione, erit tanquam liber quandiu duraturus erat vsusfructus: vt C. cõmun. de manu. l. j. §. si aũt fructuarius. Nunquid & hic seruus alienus hæres institutus erit tanquam liber: licet verè liber nõ fit? Respon. non: quia ex morte testatoris protinus erat futurus quasi liber, si valeret hoc quod agetetur: vt argu. ĩ de hæredum qualit. & diffe. in prin. Item & tunc erat vsusfructus perdendus: vt s. de vsufruc. §. finitur. vnde etiam sic esset quasi liber, donec duraret vsusfructus: quia nisi duraret post mortem testantis, nihil valet talis institutio, vt sit liber, sed dño suo hæreditatẽ q̃rit. vt ĩ. eod. §. alienus. Sed qd si erat vsusfructus repetitus in ꝑsona primi hæredis, vel ẽt vlterius, quod põt: vt ff. qui bus modis vsusfruct. amit. l. repeti. in princ. Respon. tunc erit quasi liber toto illo tempore: vt in d. l. cõmunia. de ma. l. j. §. si autem fructuarius.

¹ Et ff. ad Sylla. l. j. §. dñi. de quo vide gl. in l. recte dicimus. ff. de verbo. signi. Ang.

Seruus aũt. CASVS. Dñe, iam video, ꝙ ꝓpri⁹ seruus a dño in testõ hæres institui potest: pro Deo dicatis modo mihi, quis est effectus illius institutionis? Ad hoc respon. Amice, institutio proprij serui a dño facta, gloriosum habet effectum. Proprius. n. seruus a dño suo hæres institutus, si in eiusdem dñi dñio vsque ad mortem eius perseuerauerit, mortuo testatore fit ex testõ liber & hæres, i. necessarius, sed si testator viuus manumiserit, tunc post mortem testatoris adire hæreditatem suo arbitrio poterit: nam in hoc casu, qñ a viuo testatore manumissus fuerit, non cogitur hæres necessarius esse: quia non consequitur hæreditatem, & libertatem ex testõ domini. Ad hoc. n. vt hęres necessarius fit, necesse est eum tam libertatem, quam hęreditatem ex dñi testõ habuisse, & hæc obtinent, quando dominus viuus seruum institutum manumisit. Sed pone, ꝙ dominus seruum proprium instituit, & post institutionem alienauerit, vel quolibet alio modo in alium transtulerit, certe in casu isto mortuo testatore iussu noui domini debet iste seruus adire hæreditatem, & eã nouo dño acquirere, & ea ratione per eius aditionem iussu noui dñi factam nouus dominus hæres efficit̃. Nam ipse seruus post institutionem alienatus nec liber, nec hæres esse potest: licet etiam cum libertate in testamento expressa hæres fuerit institutus. Dominus enim post institutionem eum alienando a libertatis datione videtur destitisse. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. alienus quoque. Fran.

i In eadem causa. Id est, seruus eiusdem domini. Io. vt ff. si ex noxa. cau. aga. l. j. §. j.

Liber.

ber, [a] hæresq; ei necessarius. Si verò a viuo testatore manumissus fuerit suo arbitrio adire hæreditatē potest: quia non fit hæres necessarius: cū vtrunque [b] ex domini testamento non cōsequatur. Quòd si alienat⁹ fuerit: iussu noui domini adire hæreditatem debet, & ea ratione per eum dominus fit hæres. nam ipse alienatus, neque liber, [c] neque hæres esse potest, etiam si cum libertate hæres institutus fuerit. Destitisse enim à libertatis datione videtur dominus, qui eum alienauit. [d]

*Seruus alienus hæres institutus q̄rit domino suo hæreditatē, si iussu suo hæreditatē adit. Si verò fuerit alteri alienatus, debet iussu noui domini adire. Si verò ante, quam adeat, fuerit manumissus: potest suo arbitrio adire. Aretinus.*

Alienus [e] quoque seruus hæres institutus, si in eadem causa durauerit: iussu [f] eius domini adire hæreditatem debet. Si verò alienatus fuerit ab eo, aut viuo testatore, aut post mortem eius [g] ante, quam adeat: debet iussu noui domini [h] adire. at si manumissus est viuo testatore, vel mortuo ante, quam adeat, suo arbitrio [i] adire potest hæreditatem.

*Seruus alienus pōt institui etiā post mortē domini sui, et etiā seruus hæreditarius, vel eius qui est in vtero. Areti.*

Seruus etiam alienus post domini mortem [k] rectè hæres instituitur: quia & cum hæreditarijs seruis est testamenti factio. [l] Nondum [m]

[a] Liber. Nisi aliqua lex impediat libertatē: vt ff. eo. l. si non lex. ad fi. ti. vel cōditio: vt ff. eo. l. quoties. §. fi. vel quia ex lege peruenit ad libertatē: vt ff. eo. l. testamēto. ad fi. ti. secundū lo. [1] Itē fit libera semetipso, nisi institutus fuerit ita: cum quis mihi hæres erit, Stichus liber & hęres nā esto: tunc a cohęrede accipit libertatē: vt ff. de acqui. hęre l. ex parte. Itē & ignorans fit hæres & liber: vt ff. si cer. pe. l. eius qui.

[b] Vtrunq;. Id est. hæreditatē & libertatē. nam vt liber fit hęres necessari⁹ hęc duo consequi debet ex testamento domini: vt j. de hęr. qua. & diffe. §. j.

[c] Neq; liber. Directè enim libertas in seruo alieno nō pōt habere locū: sed institutio pōt habere effectū. vt hic. sed aliud in legatis, quæ adimunt hoc ipso, q alienant serui: vt ff. de adi. le. l. seruo cū libertate. & est ratio: q in legato spectat dies quo cedit, an sit manumissus: vt ff. qn dies leg. ce. l. si post. §. si cum.

ADDITIO. Hæc ratio non est bona: quia siue inspiciamus diem cedentis legati, siue diem aditæ hęreditatis, vtroq; reperitur alienus. vnde quēadmodum etiam hæreditas venit acquirenda nouo domino, ita & legatum. & propterea noua redditur ratio: quia facilius legata reuocantur, quàm hęredum institutio. l. ex parte. ff. de adim. lega. cum enim facilius legata instituantur, facilius destruuntur: vt in auth. ex causa. C. de lib. pte. Christoph.

[d] Alienauit. s. alicui habenti factionem testamēti: vt ff. eo. l. seruum meum. in fi. j. respō. & hoc nisi redimatur ab eodē testatore, qui eū instituit, & postea eū alienauit: tūc enī reuiuiscit libertas: vt ff. de ma. testa. l. verū. & ff. eo. l. quoties. §. fi. & l. si nō lex. & l. penult.

Alienus quoq;. CASVS. Domine, nō video qs sit effectus institutionis alieni serui? Ad hoc resp. Amice alienus seruus hæres institutus, si durauerit in eadem causa: debet iussu domini sui adire hæreditatē. & eidē per aditionē hæreditatem acquirere. Si verò alienatus fuerit à domino suo viuente adhuc testatore: aut etiā post mortē testatoris, tamē ante, quā hæreditatē adierit: in hoc casu iussu noui domini debet adire hæreditatē, & hæc sunt vera, quādo iste seruus in seruitute remāserit. sed si à primo domino, vel a nouo viuēte testatore, vel mortuo ante aditionē hæreditatis manumissus fuerit: tūc liber factu. suo arbitrio hæreditatē adire, & sibipsi acquirere poterit. Et hæc dicuntur vsque ad §. seruus autem alienus. Franc.

[e] Alienus. Qui sic institui potest, eū liber erit, prius non: vt ff. de condi. institu. l. seruus alienus. & l. quia.

[f] Iussu. pcedente aditione: vt ff. de acqui. hæred. l. si quis mihi bona. §. iussum.

[g] Sic ita domino quæritur. aliàs si seruus nollet adire, (quod potest esse etiā domino iubente) non quærit: vt C. eo. l. cum proponas.

ADDITIO. Si tamē coactus adeat, valet aditio. Sed pater filia recusante, item monasterium monacho recusante adire, vel ante aditionem mortuo. possunt adire suo iure: vt per Angel. Are. hic.

[g] Post mortem eius. etiam post iussū eius ante, quam tñ adiret: vt ff. de acqu. hære. l. Aufustius. §. j. Accur.

[h] Noui domini. Hoc est enim in hæreditate, vt illi acquiratur, qui tempore aditionis est dñs, vel sibi, si liber est tūc. sed in legato spectatur dies cessionis: vt si tēpore mortis legātis sit meus: licet alienem, tamen mihi debeatur legatum. vt ff. quando dies le. ce. l. fi. post §. ij. & ibi gloss. in verb. statim.

[i] Suo arbitrio. Sic sup. eod. §. si vero. Accur.

Seruus etiam alienus. CASVS. Domine, iam video. q seruus alienus viuente domino, possit hæres institui: nū quid poterit institui post mortem domini? Et respond. quod sic. Seruus enim alienus post mortē domini hæres potest institui: & cū hæreditarijs seruis est testamenti factio. Nā hæreditarij serui acquiruntur hæreditati, & per consequens hæredi futuro. Hæreditas enim nondum adita sustinet vicem personæ defunctę, non hæredis futuri: vnde sicuti, si defunctus viueret, ex testamento capere posset, ita eo mortuo capere posset hæreditas. cum hæreditas quantum ad hoc vicem personæ defunctæ repsentet. Item non solum seruus alicuius iam nati institui potest, sed etiā seruus eius, qui in vtero est, rectè hæres institui poterit: quia quantum ad hoc qui in vtero est, pro iam nato habetur: cum in hoc casu de commodo eius tractetur. Et hæc dicuntur vsque ad §. seruus autem plurium. Franc.

[k] Post domini mortem. Verba legis sunt omnia, & secūdum hoc planum est, vel testatoris: quia sic dicat instituo seruum hæredem post mortem domini. & pbatur hæc lec. ij. ff. eo. l. qui filio. j. respon. nec obstat, quòd videatur in diem fieri hæc institutio: vt j. eod. §. hæres. quia incertus est dies mortis: vt ff. de condit. & demonstr. l. j. §. dies autem. vnde valet. vt ff. eod. in l. in tempus. in prin.

[l] Testamenti factio. Scilicet passiuè, non actiuè: vt j. de hæred. quali. & differ. §. testamenti: & iussio hæredum spectatur, si modo cū defuncto fuit, licet cū hęrede instituto non sit testamenti factio: vt ff. eo. l. seruus hęreditarius.

[m] Nondum. Bene dico seruum hęreditariū posse institui: quia non est nullius, sed alicuius. s. hęreditatis, quę vicem defuncti obtinet.

[1] Ex hac glo. q̄ sin. est, & ex l. in ea allegata, colligit em Bal. quòd vox publica pfertur priuatæ: vnde dicit qp statutū posset derogari vltimæ voluntati ppterea q vox statuētiū vocis testatorū est pferenda, vt d. l. testamēto. ff. e. Christ. vide Tull. lib. j. Rethori. de Iudiciali cōstitutione. Aegi. Per.

[1] Id est capaci hæreditatis. Aegi. Per.

[2] Quod facit si ex statuto, vel lege requirat iussus, authoritas, consensus, vel voluntas: & an pcedere debeāt vel sequi: vide no. in l. fi. §. necessitatē. C. de bo. q li.

Dies cessionis spectatur in legatis.

Defuncti

Et oīno Lap. I pulcherrima Alle. 89: ver. venio ad fin n. 9. cū pluribus sequ. & Mādos. I Apostillis ad eūdē Lap.

[r] Hæc responsio nō est bona: qa quātū ad ꝯualescētiā legati nihil refert, an viuo testatore rē sibi legatā

stator non adimēdi animo eam alienauerit. Et hęc di cuntur vsque ad illum §. siquis debitori suo. Fran.

a Alienauerit. Vēdendo, sed donando indistinctè vi detur adimere: nec distinguitur an valeat donatio, vel non: & etiam si reuocetur: vt ff. de adi. leg. l. cum seruus: & l. rem legatā. & l legatū sub conditiōe. §. j. si ex alia causa a donatione, distingue animū: vt hic, & in dubio pobat hæres mutatam voluntatem: vt ff. de le. iij. l. fideicommissa. §. si tē. & ff. eo. ij. l. Lucius. §. pen. ibi, nisi hæres. & ff. de prob. l. eum qui.

b Nō adimendi animo. Qui animus ex hoc probat: quia si necessitate rei familiaris, nō videtur reuocasse: aliàs sic. quæ distinctio in donationem nō cadit: vt ff. de adim. leg. l. rem legatā. & not. C. e. l. qui post. Acc.

c Deberi. s. rem legatario. arg. ī. eo. §. non solum. vbi ab initio fuit alienata.

d Idemq;. Scilicet. iuris esse.

e Iidē. Scilicet Imperatores Seuerus & Antoninus.

f Pignori dedit. Quid si rem obligatam creditori debitor legauerit: nunquid valet legatum? Respō. sic, & nihilominus poterit petere debitū, nisi voluntas testatoris ostendatur volentis compensare: vt ff. de leg. ij. l. creditorem. Accur.

g Non videri. Nisi sub dicta cōstitutione, id est, an habuit animum adimendi, vel non. Vel dic nullo modo: vt hic, & C. eo. l. qui post. & hoc quia primo valuit relictū, aliàs contra: vt C. de do. inter vir. & vxo. l. si maritus. ij. & ff. de do. inter vir. & vxo. l. cum hic status. §. si maritus & ibi in gl. j.

h Si verò. Nota de toto ad partem.

i Quis. Scilicet, testator.

propriā alienauerit, an vero post eius mortē vt l. extera. §. j. ff. de leg. j.

† Ex hoc §. no. do. q̄ si feudatarius feudi partē dño ñ rogato alienet, q̄ duntaxat parte priuet, quod nō placet Iacobo d Aret. siquidē per cōtrauentionē in parte a toto feudo is cadat per l. siquis ī grati. §. si quis igno rans. vers. sinaūt. ff. ad Vellei. & l. etiā si pars. ff. de le. j. ac de hoc plenius videbis p Bal. & Iac. Alua. in vii. feu.

a Nisi p̄ dicta pecunia esset pignorata q̄ non sit verisimile eā redimi: vt l. q habebat. ff. de leg. iij. Ange.

testator, posteaque eam alienauerit: a Celsus putat, si non adimendi animo b vendidit, nihilominus deberi: c idemq; d diui Seuerus, & Antoninus rescripserunt. Iidē e rescripserunt, eum, qui post testamentum factū prædia, quę legata erant, pignori dedit, f ademisse legatum non videri: g & ideo legatarium cum hærede eius agere posse, vt prædia a creditore luātur. Si † verò h quis i partem rei legatæ alienauerit: pars, quæ non est alienata, omnino debet. pars autem alienata ita debetur, si non adimendi animo alienata sit.

*Liberationis legatum, tutū legatarium, eiusq; in posterū iuris successores reddit: Actionemq; ei aduersus creditoris hæredem, vt liber ab obligatione fiat, adquirit.*

Siquis debitori suo liberationem legauerit, k legatum vtile est, l & neque ab ipso debitore, neq; ab hærede eius pōt hæres m peter, n neq; ab alio, * q hæredis loco sit: o sed & pōt a debitore cōueniri, vt liberet p eum. Potest etiā quis vel ad tempus q iubere, ne hæres petat.

*Debitor creditori debitū legādo tunc vtiliter legat, cùm qualecunque cōmodum creditor ex legato consequitur.*

Ex contrario, si debitor r creditori suo s qđ debet, legauerit: inutile est legatum: si nihil plus est in legato, quàm in debito, quia nihil am-

Siquis debitori. CASVS. Quidā habuit debitorē in c. & in testamēto suo legauit debitori suo liberationē. modo quero, vtrū valeat huiusmodi legatū? Et rñ. Iusti. q̄ sic. nā siquis debitori suo liberationē siue quietationē legauit: in hoc casu vtile est legatum: & neq; ab ipso debitore, neq; ab hærede debitoris, vel a quocūq; alio eius successore hęres testatoris aliqd cōsequi poterit: sed etiā debitor cui liberatio legata est cū hęrede testatoris agere poterit, vt eū liberet. Et non solū in casu pdicto valet legatū, videlicet, qñ liberatio legata est: sed et si dilatio debiti legata sit. Pōt em̄ testator iubere, ne hęres suus vsque ad aliquod certū tēpus a debitore petat. Sed licet dixerim tibi valere legatū liberationis: secus tñ est in casu cōuerso. Nam si debitor qđ debet purè creditori suo, eidem legauerit, inutile est legatū. & hoc est verū, si nihil plus est ī legato, quā ī debito: qa in hoc casu legatarius nullā vtilitatē ex hmōi legato habiturus est. & hoc est verū, qñ purè debitū legauit. sed si debitor quod ī diē vel sub cōditiōe debet creditori suo purè legauit eidem: in hoc casu vtile est legatū, videlicet ꝓpter modū repręsentatiōis: qa illud, quod primo erat ī diē, vel sub cōditione debitū, per legatū mortuo testatore purificatū est. Sed qd si viuo testatore dies venerit, vel cōditio extiterit: nūquid euanescit legatū: & certè videbatur quòd sic, cum debitum per aduētū diei, vel conditionis. sā sit effectū purum: & ita nihil. amplius est in legato, quàm in debito. Papinianus tamē ī hoc casu scripsit nihilominus valere legatum: & hoc ideo, qa ab initio tenuit. & certè sentētia Papiniani est vera. Nō enim placuit nobis sentētia quorundā existimantiū in hoc casu extinctum esse legatum: quia in eā causam peruenit à qua incipere nō potest. Et hæc dicūtur vsq; ad illū §. sed si vxori. Casus qui sequuntur planissimi sunt vsque ad illum §. si peculium. Fran. de Aret.

k Liberationē legauerit. Quod tribus modis fit. Primus, peti nolo, vel quod debet, relinquo, vel actionē remitto. & sic liberandus ē legatarius ab omni debito: vt hic & ff. de libe. leg. l. si quis rationes. & l. Aurelio. j. resp. Secundus est si negotium testatoris gessisset: & testator dixerit, rationes reddere nolo. & hic ab omni debito liberat, nisi ab eo, qđ penes eū sit, & ab eo, quod dolo fecit: vt ff. de lib. leg. l. Aurelio. §. fin. cum suis cōcor. ² vt in gl. fi. ibidem. Tertius si damnauit hæredem, ne exerceat actiones. quo casu si bonam causam habet testator litis euentus & sumptus ab aduersario facti legati uidentur: vt ff. de libe. lega. l. petitor si malam causam, nihil videtur legare: vt in eadem lege.

ADDITIO. Similem glo. habes in l. Aurelio. ff. de libe. lega.

l Vtile est. Licet res sua sibi legari videatur: vt ff. de libe. lega. l. j. j. respon. & est hoc verum, nisi testatore uiuo exactio fiat: vt ī. eo. tit. §. tam autem. & ff. eo. iij. l. fideicommissa. §. si rem. Accur.

m Hæres. Vel hæres hæredis, vt ff. de lib. leg. l. ij. ſ fi.

n Petere. Cum effectu propter exceptionem: vt ff. de lib. leg. l. iiij. §. nunc de effectu.

o Hæredis loco sit. Sicut est bonorum possessor, & fideicom. vniuersalis: vt ī. de bo. pōss. §. quos autē. & de fideicom. hære. §. restituta.

p Vt liberet. Per acceptilationē, si sol⁹ ē debitor. si habet correū sociū. idē aliàs correus siue socius pacto est liberat⁹: vt ff. de li. leg. l. iiij. §. nūc de effectu. in fi.

q Ad tempus. Vt ff. de lib. leg. l. non solum nostrū. §. ij. Accur.

r Si debitor. Secus si alius: quia interest creditoris plures reos habere: vt ff. de liber. legat. l. siquis decedens. §. fi. alias incipit. Iulianus.

s Creditori suo. Scilicet ciuiliter, & naturaliter, & cum effectu, & purè, alias valet: vt ff. de leg. j. l. si creditori per totam legem. & l. sinautem. Accur.

* Aliàs, ab illo.

² Tenebitur tñ pro re vel in grosso rationes reddere omissa scrupulosa inquisitione: vt l. si seruus vetitus. ff. de leg. j.

• Quia si non valet principale, nec accessoriū. Aeg. Per.

Nihil

a Nihil amplius. Sed adquid hodie semp est plus. cũ habeat statim rei legatæ dominiũ, & hypothecariã aliarũ rerũ defũcti: Rñ. nõ. vt ff. de leg. iij. l. iij. §. si ré. [1] quia plus tantũ quatuor modis dicit. vt j. de act. §. plus autem. & iste modus non est aliquis de his. Acc.

plius a p legatũ habet. Quòd si in diẽ, vel sub cõditione debitũ ei b purè legauerit, c vtile est legatũ propter repræsentationẽ. Quòd si viuo testatore dies venerit, vel cõditio extiterit, Papinianus scripsit, vtile esse d nihilominus legatũ, quia semel cõstitit. e qđ & verũ est. Non enim placuit sententia existimantium extinctum esse legatum, quia f in eã causam peruenerit, a qua incipere non potest, g

*Dotis ꝑlegatio vxori a marito facta iure subsistit, ꝑpter cõmodũ repræsentationis: dotem igitur (etiã si nullam dederit) consequet̃ vxor: modò certã dotis quãtitatem testator legando expresserit.*

Sed si vxori maritus dotẽ legauerit, valet legatũ, quia plenius ẽ h legatũ, quàm de dote actio. Sed si quã nõ accepit dotẽ, i legauerit, diui Seuerus, & Antoninus rescripserũt, si quidẽ simpliciter † legauerit, inutile esse legatũ, † si verò certa pecunia, vel certũ corpus, aut instrumẽta dotis k in ꝑlegãdo l demõstrata sunt: valere legatũ.

*Si res legata facto hæredis etiã ignorãtis præstari nõ potest, hæres tenetur: secus si nõ suo facto. Aretinus.*

Si res m legata sine facto n hæredis perierit, o legatario decedit. p Et si seruus alien[9] legat[9], sine facto q hæredis r manumissus s fuerit, nõ tenetur hęres. Si verò hęredis seruus legatus sit, & ipse eum manumiserit, teneri t ipsum Iulianus scripsit, nec interest u sciuerit x an ignorauerit a se legatum esse. Sed & si alij donauerit y seruũ, z & is, cui donatus est, eum manumiserit, tenetur a hæres, quamuis ignorauerit b a se eum legatum esse.

*Copulatorũ altero pereũte, aliud ęquè principale firmũ manet: q si alteri fuerit accessoriũ, prĩcipali corruẽte, et id qđ accedit corruer̃ necessũ ẽ.*

Siquis ancillas cũ suis natis c legauerit, etiam si ancillæ mortuæ fuerint, partus legato ce-

b Ei. Scilicet, creditori.

c Legauerit. Scilicet, debitor.

d Vtile esse. ff. de lega. ij. l. debitor. in princip. contra. vbi est inutilis. Solutio, hoc corrigitur. Vel ibi dicit inutile, id est, non vtile. cum & aliam habeat actionẽ. [2] potest tamen & ista agi: vt hic. Accur.

e Constituit. Idest, valuit. Accur.

f Quia. Ratio illius falsę opinionis. Accur.

g Non potest. Nota argumen. pro vtraque parte ad hãc regulam. ff. de ver. bo. obliga. l. existimo. & l. pluribus. §. & si placeat. & de ijs, quæ pro non scrip. hab. l. si in me tallum. §. item si seruo. & de seru. l. pro parte.

ADDITIO. De isto brocardo, dic vt per Dynum in regula. factum vti. de regu. iur. in vj. & per Bartol. in l. pluribus. §. j. ff. de verbo. obligat. Angel. Aret.

h Plenius est. Scilicet, in commodo repræsentatiõis: cũ legatum statim. dos verò annua, bima, trima die olim: hodie post annũ mobilia. [3] sed immobilia statim: vt C. de rei vxor. actio. l. j. §. cum autẽ. & ff. de dote præleg. l. j. §. verum est. Item de dote datur actio inquantum maritus facere potest, vel eius hæres: vt ff. soluto matr. l. etiam. j. respon. at legatũ insolidũ. nisi in Falcidia per beneficiũ inuentarij: vt in Aut. de hær. & fal. §. si verò non fecerit. col. j. Item si qua pacta in præiudicium mulieris facta sunt, beneficio legati tollũtur: vt ff. de do. præle. l. j. j. respon. Accur.

i Dotem. i. illam dotem, quam non recipit. Accur.

k Instrumenta dotis. Scilicet in quibus cõfessus fuit se recepisse dotem, quam non recepit: vt ff. de dot. ꝑleg. l. fi. & l. cum scriptum. §. item ei quæ.

l In prælegando. Id est legando. abundat enim præ. vt ff. de dote præle. l. j. j. respon. in glo. j.

m Si res. puta seruus Stichus. ADDITIO. Et sic seruus venit appellatione rei. Mandos. in Glo. Facu. §. Ac tam. in ver. rebus.

n Sine facto. j. mora: quo casu de interitu tenetur: ff. de uerb. oblig. l. si seruum. j. resp. de lega. j. cum res. §. fi. [5] Vel quia sine causa occidit: vt dicta l. si seruum. Aliud si cũ causa: vt ff. de leg. j. l. quod ergo. §. si hæres. tenetur enim de dolo & lata culpa & leui: vt ff. eod. j. l. cum res. §. sed si Stichus. ver. sed si culpa. & §. culpa. Accursius.

o Perierit. Vel nõ cõpareat: quo casu caueat hæres. l. dãdo si ad eum redierit, & suis sumptibus recuperatur. quando post mortem fugit. [6] si in uita, sumptibus legatarij: vt ff. de legat. i. l. cum res. §. item si res. & de legatis ij. l. si quis seruum. in prin.

p Decedit. Quia q in specie tenetur eius interitu liberatur: vt hic, [7] & ff. de verb. obli. l. si ex legati.

q Sine facto. In hoc quoque, scilicet alieno seruo, potest admitti culpa: puta nõ certificauit hæres dñm (qui si sciuisset se posse vendere, non manumisisset) scilicet forte, cũ videret eum velle manumittere: vt ff. eodem. j. l. cum res. §. sed & si alienus. & §. penultimo, & finali. item si fuerit in mora emẽdi. vt ff. de verborum obligationibus. l. si seruũ. §. si autẽ alienus. & dic facto, id est, culpa, vel mora.

r Hæredis. Contra de lega. præstand. l. nanque naturam. [8]

s Manumissus. Nã manumissus similis est mortuo: vt ff. de solutionib. l. si mihi alienum.

t Teneri. Scilicet. ad æstimationẽ. vt ff. eo. j. l. siquis inquilinos. §. j. & ff. q. & a q l. hæres. Sed hic nõ dicit tenere manumissionẽ: sed dicit quòd nõ minus valeat legatum, scilicet quo ad æstimationem, Accur.

ADDITIO. Et valet et manumissio: q a dñiũ serui hæredis nõ trãsit in legatariũ: vt hic, & g. l. siquis inquilinos, sec[9] in seruo hæreditario et sub cõditiõe legato. l. si seruũ qui sub cõditione. ff. de manum. Ang.

u Nec interest. Cur secus vbi seruum indebitũ sibi solutũ quis manumiserit: vt ff. de cõd. inde. l. in summa. §. si seruum. quæ est contra Ioan. respon. quia debuit scire, cum factum suum censeatur: vt in Auth. de iureiur. a mo. j. respon. coll. v.

x Sciuerit. Scilicet ipse hæres.

y Donauerit. Scilicet hæres.

z Seruum. A testatore legatum: & erat hæredis.

a Tenetur. Ad æstimationem: vt s. proxi. dixi.

b Ignorauerit. Scilicet hæres.

c Suis natis. Alias suo nato.

1 Ista gl. dicit verũ respectu hypothecæ. sed respectu domini valet legatũ: vt ibi probatur. Ang.

2 Ista est vera, quã etiã sequitur Barto. in d. l. debitor. Angel.

3 Dicẽdo do vxori, sm Por. Aegi. Per. Quia nõ cõstat quã dotẽ legauerit, sm Por. Aeg. Per.

Dotis legatũ a marito vxori factũ, valet.

5 Mandos: inter cas[9] Annales. n. 34.

4 De negligentia vero non tenet[9] debitor actione ꝑsonali, nisi fuerit in mora, vel petat res q fuit creditoris, vel negligentia si circa rem seu per emptionẽ substãtiæ rei debitæ. Ange.

6 Alias. in relegãda.

7 Secus si sit debitor quãtitatis, quæ nũquam perit tẽpore. l. incendiũ C. si cer. pet. Aegi. Per.

8 Falsa est hæc glos.

dūt. a Idem est, b & si ordinarij c serui cum vicarijs legati fuerint, quia licet mortui sint ordinarij, tamen vicarij legato cedunt. Sed si seruus fuerit cum peculio legatus, mortuo d seruo vel manumisso, vel alienato, peculij legatum extinguitur. e Idem est, si fundꝰ instructus, f vel cū instrumēto g legatus fuerit. † Nam fundo alienato, h & instrumēti i legatum extinguitur.

*Grex etiā in vna oue retinetur: & legato grege veniunt oues adiūctę gregi post testm̄. Idem est in legato ædium.*

Si † Grex i legatus fuerit, & postea ad vnam ouē k peruenerit, quod superfuerit, vēdicari potest. l Grege autem legato, m etiā eas oues, quæ post testamentum factum gregi adijciuntur, legato cedere, Iulianus ait. Est autem gregis vnū corpus n ex distantibus capitibus, sicut ædium vnum corpus est ex cohærentibus lapidibus. Aedibus deniq; legatis, columnas & marmora, q̄ post testamentum factum adiecta sunt, legato dicimus cedere. o †

*Quicquid legato peculio adhuc viuo testatore accrescit vel decrescit, legatarij cōmodum, vel damnū respicit: quicquid verò mortuo testatore, nondumq; adita hæreditate accedit, ipsi seruo manumisso cedit: quod si alij, quam seruo legatum sit, quod ex rebus peculiaribus augmentum prouenit tantùm consequitur legatarius.*

Si peculium legatum fuerit, p sine dubio quicquid peculio q accedit, vel decedit viuo testatore, legatarij lucro, vel damno est. Quòd si post mortem testatoris ante aditam hæreditatem aliquid seruus adquisierit, Iulianus ait, si quidē ipsi manumisso peculium legatū fuerit, omne, quod ante aditam hæreditatem adquisitum est, legatario r cedere: s †

a Cedūt. Quia duo legata sunt superata: vt ff. de pe. le. l. at si ancilla quæ est l. iij. Sed cōtra. ff. de vē. inspi. l. j. §. ex hoc. vbi dicitur, q̄ partus est portio viscerum matris. Respon. ibi loquitur donec in ventre est.

b Idem est. Sic ff. de pecu. lega. l. iiij.

c Ordinarij. Qui sunt hi? Dic vt j. q̄d cum eo. §. cū autē.

d Mortuo. Scilicet, viuo testatore, non si post: vt ff. de pec. lega. l. tunc inutile.

e Extinguit. Quia accessio est: vt ff. de pec. leg. l. j. & ij. Sed quare non ita in superiori casu? Resp. propter hominis dignitatem, quia non ita accidit: vt ff. de ædil. edi. l. iustissime. in prin. Item quid si vicarij erant tantum in peculio, & legatus est cū peculio? Respō. ināē, vt exprimere peculiū noceat: ut ff. de condi. & demon. l. si in diem. in fi.

ADDITIO Idē & si aliæ res erāt in peculio, eadē ratione. Si verò leget ordinarium cum vicarijs, & peculio, obtinet, quasi separet vicarios a peculio: vt l. si peculiū. §. si seruus. ff. de pecu. leg.

f Instructus. Huic primo articulo contradicit ff. de fundo instru. l. si cui in fi. Sol. secundū Ro. hic simpliciter propter rudes sic loq̄r. Vel dic, q̄ sit idē, quod in partu, & vicarijs. & q̄d sequit̄ cum instrumēto referat̄ ad proximū de peculio. Vel subtilius refert inter instrumentum fundi, q̄d perit semper perempto legato fundi, & instrumentum patrisfam. q̄d non perit, licet legatum fundi pereat. & hoc casu loquitur lex contraria, & alia contraria in eo. ti. l. j. at contra ff. de fund. instru. l. quæsitum. §. si fundus. & §. si instructo. quibus dicit̄, si fundus instructus legatus sit, instrumentū patrisfam. cōtinetur, non agri. Sed ibi subaudi, tantum. Vel dic, illā esse Pauli sententiam in l. si cui. istam Labeonis a Iusti. probatam. & sic corrigitur illa.

g Instrumento. Est aūt instrumentū apparatus rerum diutius permansurarum, sine quibus non posset exerceri possessio: vt ff. de fun. instr. l. quæsitum. j. rū. Et sunt instrumenta fundi, quæ fructus quærendi, cogendi, seruandi gratia comparata sunt: vt ff. de fundo instru. l. instrumenta. in princip.

h Alienato: A testatore.

i Si grex. Qui ex decem ouibus cōstat, vel quatuor, vel quinque porcis: vt ff. de abigeis. l. oues.

ADDITIO. Tres autem homines constituunt collegium: vt l. Neratius. ff. de verbor. sign. not. in c. infra, de elect. secundum Christoph.

k Ad vnā ouem. Sic ff. quod cuiusq; vniuer. l. sicut. §. fin. & ff. eo. j. l. si grege.

l Vendicari potest ff. quib. mod. vsusfr. amit. l. si; contra. Solu. facilius perditur legatum vsusfructus, quam proprietatis: ut argu. ff. eo. ut. l. repeti. §. rei mutatione. & ff. eo. j. l. si grege. in h.

m Legato. Sic ff. eodem. l. grege. sic j. §. proxi.

n Corpus. Tria em̄ sunt corpora rerū. Vnū quod vno spiritu. i. elementatione continetur: vt homo, lapis. Secundū quod ex cohærentibus constat: vt domus, & armarium. Tertiū, quod ex distantibus corporibus, vt grex, & populus, vt hic. & ff. de vsucap. l. rerum mixtura. §. j. & ff. de rei vend. l. in rē actio. §. at in ijs.

o Cedere. Sed columna vel tignū domus legari pure nō pōt: vt ff. de lega. j. l. cætera. ne vrbs deformetur. Accur.

Si peculium. CASVS. Quidam in testamēto suo legauit peculium, & viuo testatore auctū ē: vel fortè diminutum est: modo quęro, cuius lucro, vel periculo huiusmodi augmentatio, & diminutio peculij ē? Ad hoc respō. Iust. generaliter, quod si peculiū legatū fuerit, quicquid viuente testatore peculio accesserit, vel decesserit: sine dubio legatarij damno, vel lucro cedit. & in hoc casu si augetur, vel diminuitur peculium viuente testatore, non refert, verum legetur seruo proprio cū libertate, an alicui extraneo. secus tamē est, si augeatur peculium post mortem testatoris ante aditam hæreditatē. nam si seruus hæreditarius aliquid acquisiuerit, vel alio modo peculium legatum augmētum susceperit: Iulianus ait, q̄ si ipsi seruo manumisso peculium legatum fuerit: quicquid ante aditam hæreditatē peculio accesserit ipsi seruo legatario cedit. sed secus est, si peculium extraneum fuerit legatum. In persona enim extranei dies legati a morte testatoris in Peculio legato cedit. & hoc est verum, nisi ex rebus peculiaribus auctum fuerit peculiū. In hoc enim casu augmentū ex rebus peculiaribus procedens legato cedere debet. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. peculium autem.

p Legatum fuerit. Seruo extraneo.

q Peculio. Nam & futurum peculium legari potest: vt ff. de pecul. legato. l. ei quoq;. & facit ad hoc supra proximo §.

r Legatario. Eidem quod manumisso. Accur.

s Cedere. Nota tria tempora: ante mortē testatoris: & post

Ex quo sequit̄ q̄ mater vehēda ī nauī, nō debet merces de ꝑ partu in vtero. l. sed addes. §. si qs mulier. ff. loca. itē nil debet ꝑ lupo, existēte ī vētre matris, nota. doc. i l. q̄ ī vtero. ff. d stat. ho. Aegi. Per.

Secꝰ aūt esset ī fœtu animaliū brutorū & ī his q̄ nō veniūt per modū principalis & accessorij vt si legaret equus cū asino, q̄a duo legata cēsētur. Et hęc īducūtur ad q̄stionē d īgrediēte monasteriū: vt vitiato ingressu nō valeat bonorū ādicatio: nisi exp̄sse se & sua dedicasset, īm do. hic.

Fūdi instructi legatū q̄d differat a Legato fūdi cum īstrumēto, docet Anto. Augu. lib. emē. ij. ca. iiij.

Scilicet fundi, nō patris fa. glo. In l. si cui. ff. de fun. inst. Aegi. Per.

Ex hac lia cuiusq;

gl. not. q̄ licet grex nō possit nisi ex pluribus capitibus cōstitui, cōstituꝰ tñ semel gregis nomen retinet, & si ad caput vnū deuenerit: vt hic, & l. grege legato. cū l. seq. ff. eo. Idq; in ꝓprietatis legato, qm̄ secus in legato gregis vsus fruct. qui, si grex ad pauciora x. capitibus deueniat extinguit̄. l. si. ff. q. mo. vsusfruc. amit.

Instrumētū fundi q̄d sit, hic declaratur. Instrumētū patris fa. est q̄d habet̄ iure pro subsidio personæ. Aeg. Per.

Aliàs, quoque.

Factum, abundat.

Id ē ac cedere, si ue accrescere, aliter est in ius alicuiꝰ venire: vt j. e. §. j. ibi legatario cedere, itē legati ē cedere: itē incipere legatū deberi. j. e. §. j. ibi. q̄ a nobi. Aegi. Per.

Idest in ius eius venire. Aegi. Per

qa [a] hmōi legati dies ab adita hęreditate cedit. † sed si extraneo peculiū legatū fuerit nō cedere ea legato, nisi ex reb. peculiarib. auctū fuerit. [b]

*Datus libertati in vltima voluntate, peculium (nisi expressim legatum sit) nequaquam petere potest: secus si inter viuos: si quid autem seruus, cui peculium quoque legatum fuit, pro domino impenderit, non repetit. Item legata alicui libertate si rationes reddiderit, & reliqua intulerit, etiam legatum videtur peculium.*

Peculiū [c] autem nisi legatū fuerit, manumisso non debetur: quāuis [d] si viuus manumiserit, sufficit, si non adimatur. & ita diui Seuerus, & Antoninus rescripserūt. Ijdem rescripserunt, peculio legato [e] nō videri id relictū: vt petitionē [f] habeat pecuniæ, quā in rationes dominicas impēderit. Ijdem rescripserunt, peculium videri legatum cū rationibus [g] redditis liber esse iussus est, & ex eo reliqua [h] inferre. [i]

*Iura incorporalia possunt legari. Areti.*

Tam autem corporales res legari possunt, q̄ incorporales. [k] & ideo quod defuncto debetur, potest alicui legari, vt actiones suas hæres legatario præstet, [l] nisi exegerit [m] viuus testator pecuniam. † nā hoc casu legatum extinguit. †

& post, ante aditam hęreditatem: item & post. In primo tpe, s. quo non inuenitur cessisse dies legati, oēs legatarij sunt pares. nam quicquid eo tpe acquirit seruus talis: ei cui hoc peculium est legatum, acquirit: siue ipsi seruo, siue alij extraneo sit relictum: quia nō cedunt legata. similiter in tertio, s. sunt pares. In secundo distinguitur extraneus a seruo, vt hic. Nam quod legatum cedit extraneo a morte, hoc seruo ab adita hęreditate: quia nec libertas sibi prius debetur. C. de cadu. tollen. §. cum igitur. & §. in nouissimo. Nā pura legata, vel in diem certam relicta, a morte cedunt: nisi in sex casibus, vbi ab adita hæreditate: vt C. de cadu. tollen. §. cum igitur. & §. in nouissimo. & ff. quādo dies leg. ced. l. ij. [1] inter quos legatū seruo manumisso relictum, est vnus: vt hic. Conditionalia, vel in diem certum relicta, ex die vel ex conditione existente cedunt, id est, trāsmittuntur ad hæredes, nam ante conditionem, vel diem venientem si decedit legatarius, non transmittunt: vt C. de cad. tollen. §. sin autem. nisi in tribus casibus. Primus ff. de cōdi. & demō. l. cōditiones. Secūdus ff. eo. j. l. iij. Tertius ff. quando dies leg. ce. l. si cum præfinitione. Item verbum cedere, duas habet significationes, id est, incipere deberi: vt ff. de verbo. signif. l. cedere. Item cedere quantum ad transmissionem, vt accipit' C. de cad. tollen. p totum. & in vtraq; potest hic accipi.

a Quia. Bona est ratio. si enim prius cederet: idem esset quod in extraneo. Est & alia ratio: vt ff. de pecu. leg. l. denique. §. fi. vbi dicitur quod verisimile est eū omne augmentū ad ipsum pertinere voluisse, cui &c.

b Auctum fuerit. Scilicet peculium.

Peculium autem. CASVS. Quidam condidit testm̄: & in testō suo Sticho, qui valde pingue habuit peculium, legauit libertatem, nulla mentione facta de peculio. modo qro, vtrum legando libertatē videatur legasse peculium? Et rñ. q non. Nam peculium nisi expresse fuerit legatum, seruo manumisso non debet'. & hoc verum est in vltima voluntate: secus tñ est inter viuos: quia si manumiserit vī ei donasse peculium nisi illud expressè ademerit. & ita diui Seuerus, & Antoninus rescripserunt. Sed pone. Quidam legauit seruo suo peculiū. iste seruus, idemque legatarius multa de peculio impendit in rōnes dñi: & etiam dñs factus est debitor peculiaris. Modo quęro, vtrum seruus mortuo testatore ab hærede dñi petere possit illud, quod in rationes dñi impenderit? Et rñ. q non. nam ijdem principes, scilicet Seuerus, & Antoninus in hoc casu rescripserunt peculio legato non videri id relictum seruo: vt petitionem habeat pecuniæ quam in rationes dominicas impendit, & hæc dicuntur vsque ad illum §. ijdem rescripserunt.

c Peculium. Sic C. de pecul. eius qui li. me. l. j.

† Id est exclusiuo dī legatū [illegible] pit deberi a die aditę hæreditatis. Ægi. Per.

Alias, auctū fuerit peculium.

[1] Et hæc vera qñ dies ē certa an & qñ. Si vero est certa an, sed incerta, qñ; vt qñ i die mortis & tūc apponit' i diē mortis legatarij: & hī p puro: si extranei, vl' hrdis: hī p cōditionali sicut qñ dies penitus est incerta, sed qñ oino est extincta: vt si sol, vl' antichrist' nascet'. hī p puro, sm Ang. hic.

Legata pura & cōditionalia qñ cedūt.

d Quamuis. Cur tam varie? Rñ. quia secundo casu, s. qñ inter viuos, operas eius manumissor erat habiturus. vnde conuersa donatio p̄sumit'. sm Ioā. vt ff. man. l. si verò non. § inde Papinia. [2] vel sm P. pp p̄occupationem mortis: quia præsumitur auferre, si potuisset. vt in Authē. de trien. & sem. §. illud quoque. ibi, præ tumultu mortis angustiatus. &c. & C. qui testa. face. pos. l. hac consultissima. §. at cum.

Ijdem rescripserunt. CASVS. Quidam legauit seruo suo libertatē his verbis, Volo, q seruus me' redditis rōnibus liber sit: & de peculio reliqua soluant', i. ea in quibus apparuerit cum mihi teneri: modo quæro, vtrum testator his verbis videatur legasse peculium? Et respond. q sic. nam nam prædicti duo p̄cipes rescripserūt peculium videri legatum, cum rationibus redditis seruus liber esse iussus est, & ex ipso peculio reliqua inferre. & hęc dicuntur vsque ad illum §. tam aūt corporales res. Cæteri casus, qui sequunt' in parte ista, planissimi sunt vsque ad §. illum. Legari autem.

e Peculio legato. Scilicet seruo. & etiam libertas fuit legata. aliud si extraneo: vt ff. de pecul. leg. l. vj. §. fi. & l. si Sticho. Accursius.

f Petitionem. Nisi testator fuerit huius consuetudinis, vt redderet seruo quæ sibi debebat: vt ff. de pecu. leg. l. dominus Sticho. §. j. in fi.

g Cum rōnibus. Quasi diceret, si relinquo seruo libertatē rōnib. ab eo redditis: eo ipso & peculiū legare sibi videor. aliud eē̄ si libertatē relinquo, & rōnes reddere veto: qa nō vī legatū peculiū. vt ff. de le. j. l. si seru' vetit'. in fi. Rōnes aūt reddere dī, qñ amoto dolo & fraude reddit. vt ff. de fideicom. lib. l. Thais. §. Stichus.

ADDITIO. Et sic nota q remissio redditionis rōnū non cōprehēdit reliqua, nec dolū, seu latā culpā, sed scrupulosam tñ inquisitionem. qd facit ad quæstionem de eo cui concessum est liberum arbitrium: ita q non possit syndicari secundum Ang. hic.

h Reliqua. Alias reliquas, id est, alia, quæ erant reddenda, reddere: cum iam quædam reddiderat, vel etiā nihil: vt ff. de verb. sign. l. cæterorum.

i Inferre. Repete, iussus est.

k Incorporales. i. actiones, & seruitutes: vt s. de reb. corp. & incorp. & ff. de le. j. l. j. & l. cætera. in prin.

l Præstet: Sine cessione tñ vtiles habet legatarius: vt C. eo. l. ex legato. Accur.

ADDITIO. Nisi res sit litigiosa, vel lis cœpta. l. qcunq;. & auth. nunc si hæres. C. de liti. secundum Ange. Et not. q quāuis directam personalem exercere nō possit, nisi cedat. poterit tñ exercere directam realē: quæ quia non ossibus affixa est. transfert' in eum directa via. l. siue. §. fi. cum l. seq. ff. de cond. fur. Ang.

m Nisi exegerit. Nam si exegerit, semper in dubio præsumo

[2] Istā rōnē reputat inefficacē Ioā. Fab. hic: cū p manumissū debeāt operę exhiberi filio, nec nisi ex cōuentione debeat. l. j. C. de ope. lib. & l. si operarū iudicio. ff. eod. vñ dicit ipse qñter viuos ē maior affectio dnij: qa se priuat dnio serui, & eius seruitio qd retinere poterat nō sic vbi moriens dat, qd sibi retinere nō pt. alias rōnes vide per Ang. hic.

† Si debitum.

† Nisi probauerit non adimēdi animo exegisse. l. pe. §. fi. ff. de adim. leg. Ægi. Per.

*Facta legari possunt.*

Sed & tale legatum valet, Damnas esto hrs me[9] domũ illius reficere: vel [a] illũ ęre alieno liberare.

*Legati in genere, electio est legatarij.*

Si gñaliter [b] seruus, vel res alia legetũ, electio legatarij [c] est: nisi aliud testator dixerit.

*Optãdi ius (quod antiquo iure seruaretũ) hodie ad hęredes trãsferũ: plurib. aũt qb. optio cõpetit ĩuicẽ circa optãdũ dissentiẽtibus, illius, optione potior erit sententia ad quem sors deuenerit.*

Optionis legatum, i. vbi testator ex seruis suis vel alijs reb. optare legatariũ iusserat, hẽbat olim in se cõditionem: [d] & ideo [e] nisi ipse legatarius viuus optasset, ad hęredem legatum non trãsmittebat. Sed ex constitutione [f] nostra & hoc in meliorem statum reformatum est: & data licentia hæredi legatarij optare seruũ, licet viuus legatarius hoc non fecerit. Et diligentiore tractatu habito, & hoc in nostra ɔstitutione [g] additum est, siue plures legatarij extiterint, qb. optio relicta est, & dissentiant in corpore eligendo, siue vnius legatarij plures hęredes sint, & inter se circa optãdum dissentiant, alio aliud corpus eligere cupiente: [h] ne pereat legatum (quod plerique prudentium ɔ̃ beneuolẽtiam [i] introducebant:) fortunã esse huius optionis iudicem, & sorte [k] hoc esse dirimendum: vt ad quẽ sors peruenerit, illius sentẽtia [l] in optione præcellat.

*Illi põt ex titulo legati capere, q põt hæredes institui.*

Legari autem illis so-

præsumo voluisse legatum extingui: vt ff. de adimẽ. leg. l. pen. §. fi. & de lib. leg. l. non solum autem. §. liberatio. nisi probetur contrarium, vel quia debitor vltro obtulit eo non petente, vel quia exactam pro legatario deposuit: vt ff. de leg. iij. l. fideicommissa. §. si rem.

[a] Aere alieno liberare. Nam vtilitatem habet.

[b] Res alia. Vt equus.

[c] Electio legatarij. Et a principio, & ex postfacto, secundum B. vt hic. & ff de leg. j. l. si seruus legatus. §. cum homo. Sed Ro. a principio dabat electionem hæredi: sed ex contumacia transferebatur in legatarium: ar. ff. de ser. l. si cui. & C. de solu. l. j. Ioan. distinguit, aut in genere generalissimo, vel subalterno, vt si substantia vel corpus vel animal legatur: quo casu non valet: cum festucam, vel muscam dando liberetur, vel in eo genere, quod dialectici speciem appellãt: vt homo, & similia: & tũc subdistingue: aut habebat in hæreditate seruos, & tũc legatarius eligit, dũmodo non meliorem, [1] vt hic & ff. eodem j. l. legato. primo respon. & l. qui duos. & de optio. legat. l. ij. Aut non habebat: & tunc hæres eligit: vt ff. de vino, triti. & oleo lega. l. iij. j. respon. & l. iiij. Si autem testator ex certis reliquit incertum: aut ipse sensit de certo (quod patet expresso nomine eius) & tũc eligit hæres, & eius voluntatem interpretatur: vt ff. eod. j. l. si quis a filio. §. si quis plures. aut non sensit: & tunc legatarius eligit: vt ff. de legat. j. l. qui duos. In domo autem in genere legata, si habet testator domos, vnam ex his eligit hæres. si non habet & relinqt, derisorium est legatum: vt ff. eod. j. l. si domus. In fundo in genere legato dic non valere legatum: cum vnius digiti possit fieri fundus: vt ff. de iure dot. l. cũ post. §. gener. & ff. eo. l. quod in rerum. §. si quis. & l. locus. de verb. signi.

[d] Conditionem. Scilicet si eligeret.

[e] Et ideo. Bona ratio: vt C. de cad. tol. §. si autem.

[f] Ex constitutione. Quæ est C. communia de leg. l. fina. in principio.

[g] In nostra constitutione. Scilicet prædicta.

[h] Eligere cupiente. Et alio aliud subaudi.

[i] Contra beneuolentiam. Id est, contra æquitatẽm, scilicet quod perirent, id est, de iure stricto perire deberent: vt ff. eo. j. l. huiusmodi. §. fin.

[k] Et sorte. Vel cũ taxillis, vel alio modo. sic ff. de iudi. l. in tribus. [1] Sed quare iudex non compellit eos ad consentiendum: vt ff. eod. j. l. huiusmodi in fine. Respondet imò hoc modo compellit. vel ibi compellit in actione eligenda, q̃ datur a iure, hic autem non compellit in eo, quod datur a testatore.

[l] Sententia. Vt tamen cæteris æstimationem præstet suarum partium: vt C. commu. de lega. l. finali. in principio.

Legari autem. CASVS. Dñe. iam video, quę res legari possunt: dicatis mihi quibus legari possunt: Et ipse respondet, quòd illis cum quibus testamenti factio est, id est, ad quorum vtilitatem testamentum fieri potest. sed secundum antiqua iura multæ erant personæ, quibus legari non poterat. Incertis enim personis neque legata, neque fideicommissa relinqui olim concessum erat: & hoc intantum secũdum iura antiqua obtinuit, vt nec ẽt milites incertæ personæ legare potuerint. & ita diuus Adrianus rescripsit. Sed pone, Domine, iam video, q. olim incertis personis legari non poterat, p Deo, si placet, dicatis mihi, quæ persona censebatur incerta? Ad hoc respondet, Amice, incerta persona videbatur, quam testator opinione incerta animo suo subijciebat, veluti siquis dicat in hunc modum. Quicunque filiam suam filio meo in matrimoniũ copulauerit, hęres meus illi fundum Sempronianum dato. nam in hoc casu huiũsmodi legatum incertæ personæ videbatur relictum. & similiter in hoc casu, veluti siquis ita dicat, Is qui post testamentum scriptum primi consules designati erunt, hæres meus centum dato. Nam in hoc casu incertæ personæ sicuti in superiori casu legari videbatur. & multæ aliæ species reperiri possunt, in quibus incertæ personæ legari videbatur, & incertæ personæ libertas dari, veluti siquis ita dicat, Illum seruum, qui primus ascenderit Capitolium, liberum esse volo. Olim enim libertas hoc modo data, inutilis erat. & hoc ideo, quia placebat seruos nominatim liberos fieri. Sed licet dixerim tibi incertis personis legari antiquitus non posse, sub certa tamen demonstratione, id est, ex certis personis incertæ personæ, etiam olim rectè legabatur, veluti siquis ita dicat. Ex cognatis tuis, qui nunc sunt, quicunque filiam meam in vxorem duxerit, hæres meus illi fundum Sempronianum dato. Nam in casu isto licet incertæ personæ videbatur relictum, ratione tamen demonstrationis etiam olim valebat. Sed licet dixerim tibi legata, vel fideicommissa incertis personis relicta olim non valere, cautum tamen erat in sacris constitutionibus talia legata, vel fideicommissa per errorem soluta repeti non posse. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. posthumo quoque.

Scilicet gñalissimo. q. d. si gen[9] infimũ legetũ, datũ optio legatario. Aegi. Per.

Dic si legatũ gen[9] gñalissimum, vt substãtia, nõ valet. si subalternũ vt aial, etiã nõ valet. si infimũ vt seru[9], equus, valet & datũ optio. si species, vt Stich[9], ẽt valet. Aegi. Per.

Cõcor. cũ hoc §. c. inter cęteras. cũ glo. super ver. quodcunq;. ex tra. de rescrip.

Aliàs, ɔdõnem tacitam.

Quia nõ est verisimile testatorẽ voluisse id legare quod nõ fuisset in sñ ɔcessu: sed vbi electio ẽ hęredis vel debitoris poterit da[?] ... viuus, dũ tñ nõ sit oino inutile: qa potuit testator vel credito cogitare quod daret mi n[9] lo Fa.

Et hoc verũ qñ dubiũ oritũ sup iure, nec a lege decidit, & discordãt ĩ p̃iudiciũ suũ. aliàs, si ad p̃iudiciũ tertij iudex cõpellit ad cõcordiã aliqñ p̃cise, & aliqñ causatiuè. dubiũ aũtẽ. facta p̃batione dirimitũ, vt l. actor. C. de proba. Aug.

Reformare in meliorẽ statũ, seu formam vterque Quintil. ille li. 12. cap. 6. Apollonio Miloni (inquit) Rhodi rursus reformãdũ &c. Hic verò sup sign. Gratię. tit. de reforma.

Sorte plura dirimi: Quĩ. til. Mãd. in 14. q. 33. Reg. nu. 12. & seq.

a Solum. Et contra idem solus legat: vt ff. de legatis primo. leg. ij.

b Testamenti factio. In passiua significatione accipe. vt s. de hæred. qual. & differ. §. testamenti. Sed qui sunt isti, qui non habent testamenti factionem? Respo. incerta persona: vt j. prox. §. Item peregrinus, siue deportatus: vt C. de hær. instit. l. j. Item in metallum damnatus: vt ff. de ijs, quæ pro non scrip. ha. l. si in metallum. Item seruus de adulterio cum domina commisso accusatus. vt s. de hær. instit. §. ij. Item collegium, nisi habetur licitum: vt C. de hær. inst. l. collegium. Item incestuosi: vt in Auth. quib. mod. na. effic. sui. §. vl. col. vij. Item hæretici maioris hæresis: vt C. de hæreticis. l. manichæos. §. ipsos quoque & §. ergo. Item apostatæ: vt C. de aposta. l. ij. qui sanctã. Item mulier nubens intra annum a tempore mortis mariti: vt in Aut. de nup. §. j. col. iij.

ADDITIO. Sed hoc hodie cessat propter dictum Apostoli: quia omnes pœnæ propter festinationem intra tempus luctus sunt sublatæ: non autem propter transitum ad secunda vota. Ange. pro quibus vide etiam Mandos. inter casus annales. nu. 19.

c Concessum erat. Hodie contra, etiam ante legem Græcam inferiorem in pauperibus: vt C. de episc. & cleri. l. id quod. ADDITIO. Tu dic, quòd aut incertitudo est in persona legantis, & valet legatum: quia hæredi onus iniunctum intelligit. aut in persona legatarij: & tunc aut certificanda ex futuro euentu, aut non. Primo casu valet, etiam si erat incerta de incertis: vt l. siquis ita scripserit. ff. de reb. du. Secundo casu valet, si per legem certificatur: vt d. l. id quod. C. de episc. & cler. sed de hoc vide Ang.

d Nam ne miles. Cuius, scilicet militis voluntas seruatur pro lege, alias: vt C. de test. mil. l. j.

e Designati essent. In calen. Ianuar. sortiebantur, id est, incipiebant honores administrare: & ante per tres menses designabantur: vt ff. de condit. & demonstr. l. Publius. & C. de magi. mu. l. j.

f Posse dari. Vt si dicat ita. Illum liberum esse volo qui capitolium primus ascenderit, vel simile fecerit: vt s. proximo §. incertis. Vel Stichum liberum esse uolo, cum habeat duos Stichos: vt ff. de ma. testa. l. cum ex pluribus.

g Seruos liberari. Aduerte quòd in aliquibus libris sequitur ista clausula. Tutor quoque incertæ personæ dari non potest, quam non inuenies in emendatis codicibus, & si ea, quæ sequuntur in textu & glossa diligenter inde perspexeris: profecto eam prorsus superuacuam iudicabis.

h Sub certa. Sic ff. de le. præst. l. iij. §. hoc amplius. sic ff. de le. j. l. si seru⁹ legatus. §. huiusmodi. sic ff. de reb. dub. l. quidã. sic ff. eod. l. legato. §. j.

i Repeti non posse. Quasi naturale debitum: vt ff. de condict. indeb. l. Iulianus. in fi. & l. frater a fratre in prin. ibi, naturalem enim, & l. si dominus. in fi.

---

... solùm[a] potest, cum quibus testamenti factio[b] est.

*Neq; paganus, neq; miles poterant olim incertæ personæ relinquere: & quæ dicatur persona incerta, declarat per duo exempla. Angelus.*

Incertis verò personis, neq; legata, neq; fideicommissa olim relinqui concessum erat.[c] Nã nec miles[d] quidẽ incertæ personæ poterat relinquere, vt diuus Hadrian⁹ rescripsit. Incerta aũt persona videbatur, quã in certa opinione animo suo testator subijciebat, veluti siquis ita dicat, Quicũque filio meo filiam suam in matrimonium dederit, ei hæres meus illum fundũ dato. Illud quoq; quod ijs relinquebatur, qui post testamentũ scriptum primi consules designati essent,[e] æquè incertæ personæ legari videbatur. Et denique multæ aliæ huiusmodi species sunt.

*Olim legatũ & libertatis, quod est multũ fauorabilis, incertæ personæ factũ erat inualidũ.*

Libertas quoq; incertæ personæ non videbatur posse dari,[f] quia placebat nominatim seruos liberari.[g]

*Incertæ personæ ex certis personis, etiam olim legari poterat. Angelus.*

Sub certa[h] verò demonstratione, id est, ex certis personis incertæ personæ rectè legabatur, veluti, ex[*] cognatis meis, qui nunc sunt, siquis filiam meam vxorem duxerit, ei hæres meus illã rem dato:

*Licet legata incertis personis facta, olim essent inualida: si tamen per errorem soluta fuerãt, repeti non poterant. Ang. Aret.*

Incertis autem personis legata, vel fideicommissa relicta, & per errorem soluta, repeti nõ posse,[i] sacris constitutionibus cautum erat.

*Olim nõ poterat legari posthumo alieno, id est, quod nõ erat testatori futurus suus hæres.*

Posthumo quoque alieno inutiliter antea legabatur.[k] Est autem alienus posthumus, qui natus inter suos,[l] hæres testatori futurus non est...

---

Posthumo quoq. CASUS. Domine, ista video plures personas, quibus olim legari nõ poterat: nũquid sunt adhuc plures personæ, quibus olim legari non poterat? Et respond. quòd sic. nã posthumo alieno olim inutiliter legabatur. Sed domine, si placet dicatis mihi quis censetur posthumus alienus? Ad hoc respon. Amice. alienus posthumus est, qui inter hæredes suos hæres testatoris futurus nõ est: sicut nepos ex filio emancipato conceptus extrane⁹ posthum⁹ erat auo. & hæc omnia supra dicta secundum iura antiqua obtinebant: sed non solummodo omnia supradicta ab eo. §. incertis. sed etiam speciem circa posthumũ alienum correximus. Nã in Codice nostro quædam constitutio posita est: per quam quidem constitutionem etiam huic parti remediũ adhibuimus, non solum in hæreditatibus, vt alienus posthumus hæres institui possit: sed etiam in legatis, & fideicommissis, & hoc euidenter ex ipsius constitutionis lectione clarescit. Sed quanquam dixerim tibi incertis personis authoritate nostræ constitutionis hodie legari posse: tutor tamen incertus non solum secundum antiqua iura, sed etiam per nostram constitutionem dari non debet, & hoc ideo, quia certo iudicio debet quisque pro tutela suæ posteritati prospicere. & licet supra dixerim alieno posthumo secundum iura antiqua legari non posse. alienus tamen posthumus. & olim de iure prætorio, & hodie potest hæres institui de iure ciuili. & hoc verum est, nisi sit in vtero illius mulieris, quæ de iure nostro vxor esse non potest. & hæc dicuntur vsque ad illum §. siquis in nomine.

k Legabatur. Sed nec instituebatur iure ciuili: vt ff. de liber. & posthum. l. Gallus. §. ille casus.

l Suos. Scilicet, quondam ante emancipationem, vt sequitur.

[*] Hæc gl. nõ est Accur. Aeg. Per.

[*] Alias &c.

Futu-

a Futurus. Scilicet hæres.

b Sed nec. Quasi dicat non solum in posthumo, sed omnia supradicta ab illo §. incertis correcta sunt: vt argu. ff. eod iij. l. hoc legatum. j. respon. & l. ea tamen.

c Constitutio Quam non habemus.

d Huic. Scilicet posthumo.

e Per nostrã constitutionẽ. Scilicet supradictam constitutionem Græcam, nec veteri iure: vt ff. de testa. tut. l. tutor incertus.

f Incertus, Vt si ita dixit: illum tutorem do, qui primus de Tuscia venerit. nec incertæ personę datur: vt ff. de testament. tutel. l. tutor ita.

ADDITIO Et est ratio, secundũ Ioannem Fabr. quia quamuis postea certificetur, tamen poterit venire talis ribaldus, quòd pupillo prosum non erit contra id quod iura intendunt. incertæ tamen personę post certificandæ testamentarius dari potest, non datiuus: vt hic per eum.

g Posteritati. Id est, filijs.

h Poterat. Scilicet de iure prætorio nõ ciuili: vt j. de bo. poss. j. respon. contra. & ff. de lib. & posth. l. Gallus. §. ille. Acc.

ADDITIO. Sol. ibi loquitur in posthumo alieno tempore testamenti nato non suo, qui postea succedendo in locum primi suus efficitur. hic vero etiam in eo, qui nunquam efficitur suus. Angelus.

i Nostro. Id est, Romano.

k Non potest. Sed q̃ est illa, quæ vxor esse non potest? Respõ. multæ sunt illę, quæ vxores esse nõ possũt: vt s. de nup. dixim⁹. §. si aduersus. C. de incest. nup. l. iiij.

Siquis in nomine. CASVS. Quidã fecit testamẽtum: & in testamento legauit cuidam c. sed tamen errauit in nomine legatarij. nã cum deberet dicere, lego Titio dicebat, lego Sempronio: vnde constabat de persona legatarij. modo quæro, vtrum huiusmodi error uitiat legatum? Et resp. q̃ nõ. Siquis enim in nomine, cognomine, vel agnomine, & prænomine legatarij errauit, si tamen de persona constat. nihilominus valet legatum. & idem seruatur in hæredibus instituendis: vt siquis errauit in nomine, cognomine, agnomine, & prænomine ipsius hæredis instituendi. nihilominus valeat institutio, si de persona hæredis cõstat: & certè in vtroque casu hoc optima ratione statutum fuit. Nomina enim signãdorum hominum gratia inuẽta sũt. Igitur, si per quodcunque aliud indiciũ intelligantur, nihil refert. vnde argumento huius regulæ cauetur, falsa nominatione legatũ nõ perimi, Est enim quædã alia iuris regula qua cautum est falsa demonstratione legatum non vitiari: veluti siquis ita legauerit, Stichũ seruum vernam Titio do lego. Licet enim Stichus nõ verna, sed emptus sit: si tamen de persona cõstat, non obstante huiusmodi falsa demonstratione, valet legatum: & similiter si ita demonstrauerit testator, Stichũ seruum meũ, quem a Seio emi, Titio do lego. Licet enim ab alio emptus sit nihilominus valet legatũ, si de persona serui constat: & sicut dixi tibi, scire debes quòd longè magis adiecta falsa causa legato, legatum nõ vitiat: veluti, siquis ita dixerit. Titio, q abſente me negotia mea vtiliter curauit vel gessit, Stichũ do lego, vel si ita dixerit, Titio: qa patrocinio eius a capitali crimine liberatus sum, Stichum do lego, nã si ita dixerit, valet legatũ. Licet enim Titius legatarius negotia testatoris nunquã gesserit: neq; testator patrocinio Titij legatarij capitali crimine liberatus sit, in vtroq; tñ casu legatũ valet. sed aliud ius statutũ est, si huiusmodi causa cõditionaliter enũtiata sit: veluti, siquis dixerit hoc modo, si negotia mea curauerit, fundũ ei do lego. nam in hoc casu ita demũ valet hoc legatum, si conditio extiterit. Et hæc dicuntur vsque ad §. an seruo hæredi.

° Hũc locum pulchrè exp'icat Lelius Taurellus in præludijs suis ad interpretationem legis Gallus. ff. de liberis, & posthu.

° Vide q̃ in hũc §. scripsit Alciat. li. ix. parergõ. cap. j.

° Siquidem.

° Vide in hunc locũ Alcia. lib. dispunct. iiij. c. j.

° Anto. Aug. emẽda. lib. iiij. ca. viij. putat expungẽdã hoc loco vocẽ agnominis: tũ q̃ eius veteres nõ meminerint: tum etiã q̃ nõ extet in vet. exẽpl. Addit præterea nihil appellatione agnominis

statori futur⁹ a nõ est. † Ideoq; ex emãcipato filio cõceptus nepos, extrane⁹ erat posthumus auo.

*Hodie legatum incertę personæ, aut posthumo alieno factũ, valet: hoc dicit iũcta glo.*

Sed nec b huiusmodi species penitus ẽ sine iusta emendatione relicta: cùm ĩ nostro Codice constitutio c posita sit: p quã & huic d parti medemur, nõ solùm hęreditatib⁹, sed ẽt in legatis & fideicõmissis: quod euidenter ex ipsius constitutionis lectione clarescit.

*Tutor certus, & certę personæ dari debet. h. d. cum gloss.*

Tutor autem, nec per nostram e constitutionẽ incertus f dari debet: qa certo iudicio debet quis pro tutela suæ posteritati g cauere.

*De iure prætorio alienus posthumus etiam olim poterat hęres institui, & hodie potest: dũmodo nasciturus sit ex ea, quæ vxor esse possit. Ange.*

* Posthumus autem alienus hæres institui, & antea poterat: h & nunc potest, nisi in vtero eius sit, quæ iure nostro i vxor esse non potest. k

*Error nominis, prænominis, agnominis, cognominis, non vitiat, si de corpore constat. Aret.*

Siquis † in nomine, l † cognomine, prænomine, agnomine † legatarij testator errauerit: cum * de persona constat, nihilominus valet legatum. m Idemq; in hæredibus n seruatur: & rectè. Nomina enim significandorum hominum gratia reperta sunt: qui si alio quolibet modo intelligantur, o † nihil interest. p

*Falsa demonstratio non vitiat legatum.*

Huic proxima est illa iuris regula, Falsa demonstratione † legatum non perimi. veluti

Siquis. Sic C. de testa. l. si in nomine. Accur.

l In nomine Nomen est genus: sed ponitur hic pro specie sui, vt Albertus: quod dicitur proprium personæ nomen. cognomẽ, quasi commune cognationis nomen, vt Asinellus. Prænomen quod causa differentiæ ponitur: vt si sint duo Tullij. & vni superaddatur Marcus dicatur Marcus Tullius. nam Marcus, est prænomen. Agnomen est, quod imponitur ab euentu: vt Aphricanus, qui vicit Aphricam: Alemanicus & Gotthicus: vt s. in tit. procemij huius libri.

m Valet legatum. Sic ff. si cert. petat. l. certum. & C. eo. l. si fortidianum.

n In hæredibus. Scilicet si erret in eorum nomine.

o Intelligantur. Scilicet a testante. & hoc in proprijs. in appellatiuis distingue secundum Ioan. An parum erret, vt si libros membranas appellet. quo casu valet, maxime cum fuerit consuetus sic appellare: vt ff. de lega. iij. l. librorum. §. quod tamen Cassius, An multum erret, & tunc contra: vt ff. eodem titul. lege iiij. & de supellect. lega. lege, labeo. in medio legis. §. sed de ijs. in fine.

p Nihil interest. Vnde liber homo sibi nomen mutare potest: licet seruus non possit: vt C. de mu. no. l. j. & ff. ad leg. Cornel. de fal. l. falsi.

significari, qđ non abũde explicet per dictionẽ, cognomẽ. Porro qđ apud veteres significarit, pnomẽ, qđ cognomẽ dissuse tractat Aem. ferretus I no tis suis hoc ipso loco.

° Aliàs si.

In primis. CASVS. Dñe, iam video qualiter fideicom. quæ olim erant infirma: postea per diuum Augustũ ad necessitatẽ iuris sunt introducta. ꝓ Deo dicatis mihi modo qualiter testator in testõ suo rogat aliquem soluere hm̃oi fideicom. Sed ante, q̃ Iustinianus soluat hanc qõnem, præmittit quoddam aliud, & dicit: Amice, in primis sciendum est, ꝙ necesse est ꝙ aliquis hæres instituatur in testõ: & postea fidei hæredis instituti committatur: vt illam hæreditatem alicui alij restituat. Si enim secus fieret, testamentum inutile esset, in quo nullus hæres esset institutus: & per consequens ea, quæ in illo testõ relinquerentur, nullius essent momenti. Cum igitur aliquis in testõ sibi adscripsit hęredẽ: puta ꝑ talia verba, Lucius Titius hęres meus esto. poterit postea sic adijcere, Luci Titi hæres cum primum possis hęreditatem adire: eam Caio Seio reddas, & restituas. Et non solum de hęreditate restituenda potest testator rogare hęredem suum, sed etiam de parte hr̃ditatis alicui restituenda eum rogare põt: & liberum est ipsi testatori vel purè, vel sub ꝯditione, vel ex die certo fideicõmis. tam generale, quam speciale relinquere. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. restituta. Franc.

i In primis igit̃. Scilicet qa ius fideicommissorum expossituri sumus, quoniã aũt fideicõmissa vniuersalia, & singularia hoc, scilicet vt hæres primo instituat̃, in sua habent natura cõmuniter: igitur de eo in primis notandũ est. sic & econtra dicitur. & cõtinuatur supra de le. §. sed in primis.

k Hæres instituatur. Potest etiã ab intestato: vt j. eodẽ. §. præterea. qui est contra.

l Inutile. Not. nõ valere testamentum sine hęrede sic ff. de ijs, quæ in test. del. l. proximè. §. Calphurnius Lõginus. & ff. de codicil. l. finali.

m Sub conditione. Quot & a quo sunt implendæ conditiones. dic vt ff. ad Trebel. l. facta. §. si sub conditione.

ADDITIO. Secus tamen est in directa. § hæres. supra de hęredi. instit. Et est ratio. quia hoc ius hæreditariũ non est in suspenso: quia remanet penes hæredem: vt j. proxi. §. Angelus.

Restituta. CASVS. Dñe, iam video qualiter testator põt rogare hæredem institutum, vt ipse alicui restituat totam hęreditatẽ, vel eius partem. Sed pone, Quidam instituit Petrũ hæredem, & rogabat eum per fideicommissum, vt totam hæreditatem restitueret M. modo quæro a vobis, vtrum facta restitutione secundum voluntatem testatoris P. nihilominus debeat hęres censeri? Et respondet Iustinianus ꝙ sic. nam restituta hęreditate, ille hęres, qui fuit institutus, nihilominus post restitutionẽ permanet hęs. Fideicommis. verò cui hr̃ditas restituitur qñque loco hęredis, quandoque loco legatarij habebatur: sed Neronis temporibus, Trebellio Maximo, & Anneio Seneca existentibus consulibus factum fuit senatusconsultum Trebellianũ, in quo quidem senatuscon sul. cautum est, vt si hr̃ditas ex causa fideicommis. alicui restituta sit: omnes actiones quæ de iure ciuili ipsi hęredi, vel aduersus hęredem competerent: fideicommis. & aduersus ipsum post restitutionem hr̃ditatis ei factam darentur. & post illud senatuscons. prętor actiones ipsi fideicõmis. & aduersus ipsum quasi hęredi & in eundem dare cœpit. & ita manifestè liquet, ꝙ secundum senatus con. Treb. ille cui ex fideic. restituta erat hęreditas: quantum

* Nisi tñ ipsis a patre relictũ esset ab extraneo per fideicõmissum nam tunc valeret. not. Spec. titu. de succe. ab intest. §. in primis. Cui⁹ rõnẽ esse ait Bald. ꝙ ipsis, a iure relinqui ꝓhibitũ non sit. Atqua rõne possint efficaciter instituti spurij, vide p Cepol. in 71. q. q̃ incipit, O-ctaua causela.

† Veluti olim non poterat à marito vxor his instituti: sed p fideicõmissũ fieri poterat, vt ad eã bona ꝑuenirẽt. qđ indicat Fabius li. 8. c. 2. Frã. Balduin. hic.

† Quis aũt de fideicõmissis pri⁹ cognouerit Romę, tradit Quintili. lib. 3. cũ ait, Nõ debes apud pręetorem petere fideicommis. sed apud cõsules: maior. n. pretoria cognitiõe summa ẽ. Actu, infer huc q̃ tradit Bu. l. Pãde. l. j.

quantum ad emolumentū,& onus loco hæredis habebatur & ista dicuntur in tertia parte vsque ad illum §. sed quia hæredes.

a Hæres permanet. Not. quòd semel est, semper erit. sic ff. de min. l. etiā si sine. aliàs incipit. & si hoc. §. sed quod Papin. in fin. ibi, sine dubio hæres. & ff. de hæred. inst. l. et qui soluendo. in fine Accur.

permanet: [a] is verò qui recipit hæreditatem, aliquādo [b] hęredis aliquādo [c] legatarij loco habetur. Et Neronis qdē tēporibus, Trebellio [d] Maximo, & Anneio Seneca cōsulibus, [e] senatuscōsultū factū est, quo cautū est, vt si hęreditas ei fideicōmissi causa restituta sit, oēs [f] actiones, quæ iure ciuili [g] hęredi & in hęredē competerent, ei, & in eum darentur, cui ex fideicōmisso restituta esset hęreditas. Post qđ senatusconsultū pętor vtiles actiones ei, & i eū, q recepit hęreditatē, [h] quasi hęredi, & in hæredē dare cœpit.

ADDITIO. Hoc obtinet in immutabilibus de natura, vel constitutione iuris, aliàs secus: ar. §. vt autem. in authen. de non alie. colla. j.

b Aliquando. Id est, ſm unum ius: vt per Treb. vt statī dicet. nam omnia transibant.

c Aliquando. Id est, secundum aliud ius non erat loco hęredis, sed legatarij, ut per Pegasianum: secundum qđ retinet institutus quartam: vt infra, eodē. §. sed quia. & §. post quod.

d Trebellio. Et hinc dictū fuit Trebellianum senatusconsultum: & Macedonianū a Macedone: vt ff. ad Maced. l. j.

e Consulibus Scilicet existentibus.

f Omnes. Imo non omnes, etiam per Trebellianū: vt j. eo. § ergo cōtra. Sol. licet hic dicat, omnes: nō tamen dicit totæ, vel in totum secūdū Ioā. [i] Vel dic, quòd quādo de toto erat rogatus, habebat locū quod hic dicitur. si autem retenta quarta de cætero erat rogatus habet locum, quod dicitur infra. Accur.

[i] Et sic verbum omnis est distributiuum vniuersaliū, tot⁹ vero particulariū: quod no. ſcdm Arge. Sed Ioā. Faber hoc reprobat qđ tenet sequētem sol.

g Iure ciuili. Vel etiam prætorio: dūmodo tales sint prætoriæ, quæ sunt transitoriæ: vt sunt persecutoriæ: vt ff. de act. & obli. l. in honorarijs. & ff. eod. ad sena. Treb. l. j. §. quamquam. secus in pœnalibus: vt j. de act. §. pœnales.

h Hæreditatem. Non facta cessione actionum. aliàs enim etiam directas habet ex nomine cedentis.

Sed quia hęredes. CASVS. Domine, iamvideo, quòd secundū se. con. Trebel. cui restituebatur hęreditas, quo ad onus, & emolumentum loco hæredis habebatur. sed vos dixistis mihi supra, φ hæreditas quo ad onus quandoq; habebatur. Ad hoc respon. Iustin. quia supra diximus, φ hęredes scripti in testamento, totius hæreditatis testi. poterant grauari, nec p sena. consul. Treb. aliquod remedium habebant: & idcirco hæreditatem ob nullum; vel minimū lucrū adire plerunque recusabant: cū vel totā hæreditatem, vel ferè totam per fideicom. restituere cogebantur: vnde testamento ab hæredibus scriptis deserto fideicō. in testamento relicta penitus extinguebantur: ideo postea tēporibus Vespa. Augusti, Peg. & Pusione existentibus consulibus factum erat sena. cōsul. Peg. in quo quidē sena. consul. statutum fuit, vt liceret hęredi scripto, q rogatus esset per fideicō. hęreditatem restituere, quartam totius hęreditatis retinere, sicuti beneficio l. Fal. ex singulis legatis quartā retinere conceditur. Et non solum huiusmodi beneficiū retentiōis quartæ in vniuersitate erat hæredibus cōcessum: sed etiā i singulis quoq; rebus per fidei. relictis eadē retētio quartæ ex Pega. senatuscō. hæredi indulgebat. vñ post sena. cōs. Pega. hæres scriptus occasiōe illius onera hæreditaria sustinebat: ille verò q ex fideicō. partē hæreditatis recipiebat, puta dodrantē, loco legatarij partiarij habebatur. i. illius legatarij, cui pars bonorū legabat. Nam huiusmodi species legati vocabat partitio: & hoc ideo, quia talis legatarius cum hærede partiebatur hæreditatem: & in hoc casu stipulationes, quæ solebant inter hæredē, & partiariū legatariū interponi, eædē inter fideicō & hæredē interponebantur, id est. vt lucrū & damnū hæreditarium pro rata portione inter eos commune esset. vnde tunc demū habebat locum senatusc Trebel. quando non totam hęreditatē, vel vltra dodrantē hęreditatis restituere rogabatur hæres: & in hoc casu ex senatuscon Treb. fiebat restitutio. & sine interpositione stipulationis actiones hæreditarię in vtrūq;, videlicet hęredē scriptū, & fideic. qui loco hęredis habebatur pro rata portione diuidebantur. Si verò plus, quā dodrātē, vel totā hęreditatē fideic. restituere rogabatur: tūc ex sena. Peg. fiebat restitutio: & hęres, q semel adibat hęreditatē: si sua voluntate. & nō cōpulsus hoc fecerat: siue bñficio Peg. vsus sibi quartā retinebat, siue quartam sibi retinere nolebat: nisi per iterpositionē supradictę stipulatiōis sibi prospexisset, vniuersa onera hęreditaria p senatuscō. Pega. sustinebat: quarta tñ ab hęrede retenta etiā ad euitationē onerū hæreditariorū quasi partis p parte stipulationes interponebātur, quæ solebāt interponi inter partiariū legatarium, & hæredē. Alter enim ab altero stipulabat, vt vterque eorū onera hęreditaria, sicut emolumētū, p rata portione sustineret. si verò hęres scriptus totā hæreditatē fideicō. restituebat: in hoc casu emptę vel vēditę hæreditatis stipulatiōes inter ipsum hæred. & fideic. interponebātur. & hæc dicūtur vsque ad illū ver. Sed si recuset. in quo pone casum sic. Dñe, iavideo in quo casu habebat locū se. cō. Treb. olim. & in quo casu locū habebat Peg. & q̄ fuit ratio suę intentiōis Pegasiani: & in qbus differunt illa duo senatu. pro Deo, dicatis mihi si placet, si in aliquo casu habeāt cōuenientiā illa duo senatusc. Ad hoc rñ. Iusti. q. sic, Dictum ē. n. supra, qđ iuris est, quando hæres scriptus sua spōte adibat, & restituebat hæreditatē. sed certe si scriptus hæres recusauerit hęreditatē adire, qa dicit eā sibi suspectam esse quasi dānosam: i hoc casu cauebat se. con. Peg. vt desiderante fideicō. sibi restitui hæreditatē iubēte pętore scripc⁹ hęres hęreditatē adire, & restituere fideic. cōpelleret: & tunc oēs actiōes hęreditarię ipsi fideicō. & aduersus eū cui authoritate Peg. sen. facta fuisset restitutio, dabant. & in hoc casu, qñ hęres coact⁹ hędicatē restituit, stipulationes a Peg. descēdētes nō erāt necessariæ, qa sine interpositiōe cuiuslibet stipulatiōis simul hedi scripto, q coact⁹ hęreditatē restituebat, plena dabat securitas, & oēs actiōes hęditarię ipsi fideic. & in eū trasferebant.

*Pegasiano senatusconsulto introductū fuerat, hęredē totā hæreditatē restituere grauatū, quadrantem detrahere posse, ne solo nōie hęres esset, actiuibus ī actiuis passiuisq; apud eū remanētibus, nisi stipulatione sibi prouideret, vt damnū, lucrumq; sibi, & fideicōmissario pro quota cōmune foret: si autē intra dodrantē restituere rogabatur: tūc Trebelliano senatuscōsulto locus erat: ex quo & hęres, quā fideicommissarius pro ratis portionibus onera sustinebant.*

Sed quia hęredes scripti, cùm aut totam hęreditatem, aut penè totam plerunq; restituere rogabantur, adire hæreditatem ob nullum, vel mini

mum lucrū recusabāt: a atq; ob id extinguebant fideicommissa: postea Vespasiani Augusti tēporibus Pegaso & Pusione cōsulibus, b senatus censuit, vt ei, qui rogatus esset hæreditatem restituere, perinde † liceret quartā partē c † retinere, † atque ex lege Falcidia ex legatis retinere conceditur. Ex singulis quoq; rebus, quę per fideicommissum relinquuntur eadem retentio permissa est. d

Post quod senatusconsultum e ipse hæres onera f hęreditaria sustinebat; ille autem, qui ex fideicommisso recipiebat partem g hęreditatis, legatarij partiarij loco erat id est, eius legatarij, cui pars bonorū h legabatur, quæ species legati partitio vocabatur: quia cum hærede legatarius partiebatur hęreditatem. Vnde quæ solebāt i stipulationes inter hæredē, & partiariū legatariū iterponi, k eędē interponebantur īter eū, qui ex fideicōmisso recepit hęreditatē, & hæredem: id est, vt lucrū, & damnum hæreditariū pro rata parte inter eos commune esset, l

*Olim quādo quis erat rogatus de restituēdo dodrātē, ex senatusconsulto Trebelliano actiones diuidebant pro rata: sed si vltra dodrantē, tunc ex senatusconsulto Pegasiano omnes actiones remanebāt penes hæredē, nisi stipulatio de diuidēdo fuerat interposita: & hoc si sponte adibat: sin autem coactus, ex senatusconsulto Trebelliano actiones oēs trāsibāt in fideicōmissarium. Aresi.*

Ergo siquidem m non plus, quam dodrantē hęreditatis scriptus hæres rogatus sit restituere: tūc ex Trebelliano senatusconsulto restituebatur hęreditas: & in vtrunque actiones hæreditariæ pro rata parte n dabantur: in hæredem quidē iure ciuili, in eū verò, qui recipiebat hęreditatē ex senatusconsulto Trebelliano, tanquā in hęredē. At si plus, quā dodrantē, vel etiā totam hęreditatē restituere rogatus esset: locus erat Pegasiano senatusconsulto: & hęres, qui semel adierat hęreditatē (si modò sua voluntate adierat) siue retinuerat quartam partem, siue retinere noluerat: * ipse vniuersa onera o hęreditaria sustinebat. Sed quarta quidem retenta quasi partis & pro parte stipulationes interponebantur, tanquā inter partiarium legatarium, & hęredē. Si verò totā hęreditatem restitueret: p emptę & vēditæ hæreditatis stipulationes interponebantur. q

*Hæreditatem restituere grauatus, inuitus adire & restituere cogitur: quo casu in fideicōmissarium omnes transmittuntur actiones.*

Sed si recusabat scriptus hęres adire hęreditatem, ob id quòd diceret, eā sibi suspectā esse,

In hoc enim casu vtrunq; sen. quo ad mentē obcurrebat. Et hæc dicuntur vsq; ad illū §. sed qa stipulatiões.

a Recusabant. Sic s. tit. j. in prin.

b Consulibus. Scilicet existentibus.

c Perinde liceret quartā. Id est dicere, sicut p legem Falcid. defalcantur specialia legata: vt s. ti. j. §. cū aut. & §. j. ita generale fideicōmissum defalcatur per Pegasianū senatuscōsultum, vt hic. Et no. triplicem esse quartam. Vna * dicitur naturæ debita vt quæ debetur filijs, & filiabus, & inferioribus, & superioribus, & quibusdam trāsuersalibus: vt C. de inoffi. testa. l. cum quæritur. & l. parentibus. quæ est aucta in auth. de trien. & se. §. j. col. iij. & hoc dicitur debitum bonorū subsidium: vt C. de inoff. dona. l. si totas. Alia est quæ debetur iure institutionis: vt ex singularibus legatis & fideicommissis: vt s. ti. j. Alia quæ dicitur Trebellianica: vt j. eod. §. sed quia. licet fuerit per Pegasianū inducta, vt hic. Item est quarta quędam, quæ debetur ex constitutione diui Pij filio arrogato: vt s. de adopt. §. cum autem.

ADDITIO. Itē est & alia. quæ debetur concubinæ, quā quis acceperat ea intentione, quòd eam duceret in vxorem: quoniā si postea animo mutato illam expellat, tenetur ei quartam partem suę substantiæ dare: vt in aut. qui. mod. na. ef. fi. leg. §. sit igitur. aliàs, Scmelius. §. quoniam autē. quasi circa fin. tit. col. vj.

d Permissa est. Per senatuscō. Pegasi. s. ab hærede, non a legatario grauato alij dare, vel restituere: vt dicemus j. §. j.

e Post quod senatusconsultum. Scilicet Pegasianum.

f Onera. Scilicet omnia.

g Partem. Scilicet dodrantem.

h Pars bonorum. i. intelligas tamē sub nomine hęreditario, aliàs autem iste textus nō procederet: quia ille cui relinquitur pars bonorum, nō sustinet aliqua onera: vt l. bonorum. ff. de verbo. significa. & nota. in l. non amplius. §. fina. in gloss. fina. cum l. sequenti. & ibi Bartol. ff. de legat. j. & facit tex. cum gloss. & Bartol. in l. mulier quę duobus. §. finali. ff. eodē ad senatuscon sul. Treb. Ang.

i Solebant. Scilicet iure vetustissimo, secundum Placenti. nam legatarius non sustinebat onera: & ideo hæc stipulatio interponebatur. Sed cum hodie legata fideicommissis sint adæquata: vt supra de leg. §. sed non vsq;. & in fideicommisso diuidūtur onera inter hæredē, & fideicōmissarium: vt infra proximo §. ergo. & §. sed quia stipulationes. patet quòd hæc legata vniuersalia, seu particularia sine stipulatione debēt transire cū onere & facit ad hūc §. ff. de leg. ij. l. si qs seruum §. fin. & l. sequen. in princi. tit. Accursius.

k Interponi. Puta quando legabatur dodrans. Accur.

l Commune esset. * Sed hac stipulatione non interposita oīa onera erant hęredis rogati, occasione quartę, quam retinebat: vt j. eo. l. §. proxim. verū. at si plus. Accur.

m Ergo siquidem. Tunc demum locū habet senatuscōsultum Pegasianū, quādo vel totum vel vltra dodrātem hęres rogatus est restituere. ergo &c.

n Pro rata parte. Supra, eo. §. restitutam contra. Solut. vt ibi in gloss. omnes. Accursius.

o Vniuersa onera. Ni stipulationē supradictam interposuisset: vt s. e. §. sed quia. versic. post qā & hic subijcit.

p Restitueret. Scilicet sponte. nā poterat quartā retinere p Pegasianū: vt s. eo. § post quod.

q Interponebantur. Facit ff. de pec. l. si creditor. & ff. mand. l. hæredem. §. fi.

* Habes in ea gl. aliā in l. in quarta. ff. ad l. Falc. & in l. filium. C. fa. erci.

† Not. quos charitas nō prouocat ad beneficia spe lucri incitandos. Aeg. Per.

† Ergo videtur, q̄ hęc quarta debeat dici Pegasiana potius q̄ Trebelliana dicęq; sublatū ē Senatuscō sul. Pegasia. & eius authoritatē habet Trebel. vt j. e. §. sed quia. Aeg. Per.

† Cōcor. cum hoc tex. c. Raynutius, in glos. super verb. Trebellianū. ante mediū extra. de testa.

Quarta ē multiplex

* Ista glo. nō est Accur. sed additio.

* Ad hoc nō procedit legata bonorum parte etiā facta exæquatione, s'm Bart. i d. §. sui.

* In plerisq; exēpl. atque adeo ipsa Haloādri editione scriptum est siue retinere voluerat, sed nō rectè, vt patet ex ver. Si verò totam hæreditatē quo loco casum hunc decidit, quo noluit hæres retinere quartā: sed maluit integrā hæreditatē restituere. Certe Theophil⁹ nostrā hāc lectionē sequut⁹ est: sic .n. ille scripsit. Εἴτε παρακατέσχε τὸ τέταρτον, εἴτε οὐκ ἠβουλήθη παρακατασχεῖν, id est siue retinuerit quartam, siue retinere noluerit.

Quasi

quaſi damnoſam: a cauebatur Pegaſiano ſenatuſconſulto, vt deſiderante eo, cui reſtituere rogatus eſſet, iuſſu prętoris adiret, & reſtitueret hęreditatem: perindeq; ei, & in eum, qui reciperet hęreditatem, actiones darentur, ac iuris eſt ex Trebelliano ſenatuſcōſulto. quo caſu b nullis ſtipulationibus eſt opus: quia ſimul & huic qui reſtituit, ſecuritas datur: & actiones hęreditarię ei, & in eū trāſferunt, q recipit hęreditatē vtroq; c ſenatuſconſulto in hac ſpecie cōcurrente.

*Exploſo ſenatuſconſulto Pegaſiano, & omni eius authoritate Trebelliano attributa hodie hęres reſtituere grauatus, quadrātē hæreditatis indiſtincte cōſequit, actioneſq; inter eum, & fideicōmiſſariū pro quota portione ſcindūtur: niſi aut totā hæreditatem ſponte reſtituat, aut coactus adeat, quibus ſane caſibus quicquid commodi, vel oneris eſt in hęreditate, id totū in fideicommiſſarium deuoluitur.*

Sed quia d ſtipulatiōes ex ſenatuſcōſulto Pegaſiano deſcēdētes, & ipſi antiquitati diſplicuerunt: & quibuſdam caſibus e captioſas eas homo excelſi ingenij Papinianus appellat: & nobis in legib. magis ſimplicitas, f quam difficultas placet: ideo omnib. nobis ſuggeſtis, g tā ſimilitudinib. quā differentijs vtriuſq; ſenatuſconſulti, placuit, exploſo ſenatuſconſulto Pegaſiano, qđ poſtea h ſuperuenit oēm authoritatē Trebelliano ſenatuſcōſulto præſtare: vt ex eo fideicōmiſſarię hęreditates reſtituant: ſiue habeat hęres ex voluntate teſtatoris quartā, i ſiue plus, ſiue min⁹, ſiue nihil penitus: vt tunc quādo vel nihil, vel min⁹ quarta apud eū remanet: liceat k ei vel quartam, vel qđ deeſt, ex noſtra authoritate reti-

a Quaſi damnoſam. Licet cauſam nō aſſignet: qa variæ ſunt hominū voluntates: vt ff. ad Treb. l. quia poterat. ibi, non enim. Accur.

ADDITIO. Idē dicunt doctores hic in recuſatione iudicis: quia ſufficit ſimplex allegatio ſuſpicionis cū iuramēto: niſi recuſatio eſſet notoriè fruſtratoria: vt quia datus eſſet de communi cōcordia partium: & ideo interim proceſſus iudicis recuſati eſt nullus ipſo iure, quæ omnia obtinent de iure ciuili, & interris Imperij. ſed de iure canonico debet inſeri cauſa, & probari coram arbitris communiter eligendis. ca. ſuſpicionis: extra. de officio deleg. & c. cum ſpeciali. de appel. Ang. & Porc.

Iudicē recuſāti, ſufficit allegare ſuſpicionem.

b Quo caſu. Id eſt cum per Trebellianum reſtituitur tota. Vel dic per Pegaſianum, ſcilicet i caſu propoſito vbi coactus adijt. ſi verò non coactus, ſed ſponte, ſecus: vt ſ. e. §. ſi verò totum.

c Vtroque. Scilicet Trebelliano: qa nihil retinebat: & Pegaſiano: quia cogebatur. & ita quo ad ſententiam concurrunt, quo ad verba enim non concurrūt: cum alio caſu vnū, & alio aliud loquebatur.

Sed quia ſtipulationes. CASVS. Domine, iā video in quibus ſen. cō. Treb. & ſenatuſconſ. Pega. differebant, & in quibus cōueniebant. nunquid remanet adhuc hodie vtrūq; in ſuo vigore? Ad hoc reſpon. q non. Cum enim ſtipulationes ex Pegaſiano ſenatuſconſ. deſcendentes nō ſolum modernis, ſed etiā ipſi antiquitati diſplicuerint: & Pap. homo excelſi ingenij eaſdem ſtipulationes in quibuſdam caſibus captioſas appellet: & nobis magis ſimplicitas, quā difficultas in legibus placeat: ideo relatis nobis omnibus tam ſimilitudinibus, quam differētijs vtriuſq; ſenatuſcōſ. placuit abrogato ſen. cōſ. Pega. quod poſtea circa fideicom. hæreditates inuētum erat: omnē eius authoritatē ſen. con. Treb. attribuere: vt hodie ex ſolo ſe. con. Treb. fideicōmiſſariæ hæreditates reſtituātur: ſiue hæres ex voluntate teſtatoris quartam partem, ſiue plus, ſiue minus, ſiue penitus nihil retinuerit: & in eo caſu, quando ex voluntate teſtatoris, vel nihil, vel minus quarta habet, liceat ipſi hęredi vel quartā, qñ nihil penitus habet: vel quod deeſt quartæ, qñ aliqd habet, minus tñ quarta, ex noſtra authoritate retinere: vel ſi fortè totā hæreditatē per ignorantiā facti reſtituerit: liceat ei quartā repetere: & in hoc caſu ſtatuimus ex ſena. conſul. Treb. actiōes hæreditarias, tam in hæredem, qui reſtituit hæreditatē quàm in fideicō. cui reſtituitur, pro rata portiōe vtriuſque cōpetere. & hæc locum habent, quando hæres quartā ſibi retinet. Si verò hæres totam hæreditatem fideicōmiſ. ſponte reſtituerit: in hoc caſu omnes actiones hæreditarię fideicommiſſ. & aduerſus ipſum dabuntur. Et non ſolū, quæ dicta ſunt tranſtulimus in ſenatuſconſult. Trebelli. ſed etiā illud, quod precipuū fuerat in ſenatuſc. Pegaſia. vt ſcilicet qñ hæres ſcriptus recuſabat adire, authoritate Pega. compelletur, & totam hæreditatē fideicōmiſ. reſtituere, & omnes actiones ad fideicōmiſ. & aduerſus eū conferre: & hoc etiā ad ſenatuſcont. Trebellia. trāſtulimus, uolentes, vt ex eo ſolo hæres compellatur adire & fideicommiſ. deſiderāti hæreditatem reſtituere: in hoc caſu nullo damno, vel commodo apud hęredem adire, & reſtituere coactum remanente. Et nihil in hoc caſu intereſt, verum aliquis hæres inſtitutus ex aſſe, totam hæreditatem, aut pro parte reſtituere rogatus fuerit: an ex parte hæres inſtitutus totam partē, aut partem illius partis reſtituere ſit rogatus. nam & in hoc caſu eadem iuſſimus obſeruari, quæ in reſtitutione totius hæreditatis ſ. diximus. & hæc dicuntur vſque ad §. ſi quis vna, cuius caſus planus eſt vſque ad §. præterea.

d Sed quia. Dixi interponi ſtipulationes ex ſenatuſconſulto Pegaſiano &c. Accur.

e Quibuſdam caſibus. Scilicet propter ſolennitatem verbo. vt dicunt: vel tunc quādo is cui reſtituta erat, non erat ſoluēdo: vnde inutilis erat ſtipulatio. Vel verius hos captioſos modos neſcimus qui ſint.

f Sīplicitas. Not. ſimplicitatē amicā legibus. & facit infra, de leg. agn. ſucce. §. nos verò. & ff. de dol. l. j. i prin.

Simplicitas eſt legib⁹ amica.

ADDITIO. Intellige de ſimplicitate, quæ eſt cōtraria frauđi: non autem de fatuitate: quia illa eſt dānabilis. l. iij. §. ſi. ff. de ſuſpect. tut. Et de hac ſimplicitate, & quot modis ſimplex accipiat, plenè Quint. Mando. in glo. Facul. §. volentes, in ver. ſimplicis.

g Suggeſtis. Hic not. q in ſententia ſunt allegationes repetendæ.

h Quod poſtea. Quia prius fuit Trebellianū.

i Quartam. Scilicet de bonis hæreditatis, detracto tamen alieno ære, vt C. eo. l. & ſine ſcriptura.

Pōt tñ fideicommiſſario volente quartā totius hęreditatis deducere: & tūc tenet creditoribus pro ſua rata. de quo & qualiter legatarijs teneatur: vide per Angel. hic.

k Liceat. Etiā cōtra voluntatē defuncti iure iſto. ſcilicet Inſtitutionū: vt C. ad legē Falcid. l. ſi vt allegas. hodie fortè contra ſm quoſdam: vt in Authentica de hęred. & Falc. §. ſi vero expreſſim. collatio. j.

Solu-

nere, vel repetere solutũ, [a] quasi ex Trebelliano senatuscõsulto: ꝓ rata portione actionibus, [b] tã in hæredem, quã in fideicõmissariũ cõpetentibus: Si verò totã hęreditatẽ spõte restituerit: [c] oẽs hęreditariæ actiones fideicommissario, & aduersus eum cõpetãt. [d] Sed ẽt, id, qđ pręcipuũ Pegasiani senatuscõsulti fuerat, [e] vt qñ recusaret hæres scriptus sibi datã hæreditatẽ adire, necessitas ei imponeretur, totã hæreditatẽ volẽti fideicõmissario restituere, & oẽs ad eũ, & contra eũ trãsferre actiones: & hoc transposuimus ad senatuscõsultũ Trebellianũ: vt ex hoc solo necessitas hęredi imponatᷣ, si ipso nolẽte adire, fideicommissarius desideret restitui sibi hæreditatẽ: nullo nec dãno, nec cõmodo apud hęredẽ [f] remanẽte.

*Quod iuris est de toto quò ad totum: idẽ iuris est de parte quò ad partem. Areti.*

Nihil autem interest: vtrum aliquis ex asse hæres institutus, aut totam hæreditatẽ, aut pro parte restituere rogatur: an ex parte hęres institutus, aut totam eam partem, aut partem partis restituere rogatur. Nam & hoc casu eadem obseruari præcipimus, quæ in totius hęreditatis restitutione diximus. [g]

*Hæreditatẽ deducta quarta restituere grauatꝰ, ꝓ ea parte hæreditaria onera sustinet: qđ si certa re quatinus maxima, certaue quãtitate ꝓcepta, restituere rogetᷣ, nullatenus oneribus implicatᷣ, sed vniuersa ad fideicommissarium conuolãt.*

Siquis vna aliqua re deducta, siue pręcepta, quæ quartã [h] cõtinet (veluti fundo vel alia re) rogatus sit restituere hęreditatẽ: simili modo ex Trebelliano senatuscõsulto restitutio fiet [i] ꝓinde, acsi quarta parte retenta, rogatus esset reliquã hęreditatem restituere. Sed illud interest, ꝙ altero casu, i. cũ deducta, siue pręcepta aliqua re restituitur hæreditas, insolidũ ex eo senatusconsulto actiones trãsferuntur, & res, quæ remanet [l] apud hęredẽ sine ullo onere hæreditario apud eũ remanet, quasi ex legato ei adqsita. Altero verò casu. i. quum quarta parte retẽta rogatus ẽ hæres restituere hæreditatẽ, & restituit, scindũtᷣ actiones, [k] & pro dodrãte qđẽ trãsferũtur ad fideicõmissariũ, pro quadrãte remanẽt apud hrdẽ. Quinetiã licet vna re aliqua deducta, aut præcepta restituere aliquis hæreditatẽ rogatus sit, in qua maxima pars hęreditatis cõtineat, ęquè insolidũ trãsferũtur actiones. Et secum deliberare debet is, cui restituitᷣ hæreditas, an expediat sibi restitui. Eadẽ. s. interueniũt, & si duabus, pluribusve deductis, præceptisve rebus restituere hęreditatẽ rogatus sit, Sed & si certa summa deducta, præceptave, quæ quartã, vel etiã maximã partem hæreditatis conti

[a] Solutum. Propter facti, nõ iuris ignorantiam: vt C. ad leg. Falc. l. error.

[b] Actionibus. Scilicet creditorũ, nõ legatorũ, secũm B. vt ff. ad senatusc. Treb. l. j. in fi. & l. apud. j. rñ. sed & legatarijs respondet hæres, cum eis fideicommissaria portio non sufficit: sic tñ, vt totius hæreditatis quarta sibi reseruetur: vt ff. ad Treb. l. j. §. si is, qui. secundum Ioã. Sed Azo contra C. ad Trebel. l. ij. Sed illa secundum supradictam dictionem intelligitur.

[c] Restituerit. Quę restitutio fit re, & verbo. re, vt si patiatur res hæreditarias a fideicõmissario possideri, vel totas, vel aliquas earum, hac mente vt sibi restituatur hæreditas, verbo autẽ sic, restituo hæreditatem tibi, licet corporaliter rerũ possessionem non tradam & ex tunc res sunt fideicõmissarij in vtroque casu: vt ff ad Trebellian. l. facta. in princ. Sed nunquid etiam ante factam restitutionem est fideicommissarius dominus: vt C commu. de legat. l. fi. §. Sed quia? Respond. non: quia ante restitutionem omnia facit hæres, & etiam manumittit seruum hæreditarium: quod non facéret, si alius esset dominus: vt ff. ad Trebellian. l. Marcellus. §. res. & l. si hæres institutus. §. si hæres. Nec obst. dicta l. communia de legat. quæ dicit dari rei vendicationem fideicommissario generali. nam est intelligendum ex quo hæreditas est restituta. Vel speciale ẽst in rebus alienatis, vt ante restitutam hæreditatem detur fideicommissario vtilis rei vendicatio.

[d] Competant. Quia per omnia est vt hæres: vt ff. quod cum eo. l. si filius. §. finali.

[e] Fuerat. Vt I. eo. §. ergo. versi. sed si recuset.

[f] Apud hæredem. Cui etiam cauebit fideicommissarius de præstando eum indemnem futurum occasiõe hæreditatis: vt ff. ad Trebel. l. cum hæreditas. & etiam pro futuris habet exceptionem: vt ff. ad Trebel. l. j. §. quanquam. [1] Sed hæc cautio de qua hic dicitur, qualiter fit? Respond. per officium iudicis postulante eo, cui est restituenda hæreditas, vel quota pars: non autem si singulare fideicõmissum sit relictum: vt ff. ad Trebellia. l. nam quod. §. non omnis. vel etiam postulante procuratore eius, cui sit mandatum. nec sufficit cauere de rato: vt ff. ad Trebellian. l. quidam. §. j.

ADDITIO Et not. quòd procuratori simpliciter, & habẽti speciale mãdatum potest. fieri restitutio hæreditatis: non autem procuratori in rẽ suam siue cessionario: vt est casus mirabilis in l. si mulier. §. ex asse. ff. de iur. do.

[g] Diximus. Vt s. eo. §. sed quia stipulationes. & proxi. §. Et not. ꝙ idem iuris est in toto, quo ad totum, quod in parte, quo ad partem: vt ff. de acquiren. hæredi. l. si seruus. & ff. de vsucap. l. qui scit in princi. Argu. contra. ff. de euict. l. ex mille. in gloss. pro parte.

ADDITIO Tu dic, quòd hæc regula procedit, quando est eadem ratio in parte, quæ in toto: aliàs non, vt in contrario.

[h] Quartam. Vel etiam minus quarta: sed tamen agitur ad supplementum, [2] vel retinebit: vt ff. eod. l. j. §. si hæres præcepto. in fine.

[i] Remanet. Facit C. de hæred. instit. l. quoties.

[k] Actiões. Scilicet creditorũ, non legatorũ. qđ dic, vt s. eo. §. sed quia. in fine.

[1] Hoc verũ facta restitutione: sed an ipsam bñ cõuenitᷣ. l. ita tñ. §. q ex Trebelliano. ff. eodem. Angel.

[*] Adeo vt etiam illa certa res, quę quartam cõtinet, amittatᷣ, si coactus heres adeat. l. ita tñ. §. si ꝓceptus. ff. ad trebelli.

lus idẽest in toto quo ad totũ: qđ in parte quo ad partẽ. & ecõtra.

[2] Et nũc pro eo qđ supplẽᷣ, tenetᷣ creditoribꝰ, qa illud videtᷣ habere ad restitutionẽ quęrẽ.

Institu-

net, rogat° sit aliqs hęreditatē restituere: idem iuris est. † Quæ aūt diximus de eo, qui ex asse institutus a est, eadē trāsferimus & ad eū, qui ex parte hæres scriptus est.

*Ille qui ab intestato bona defuncti ceperit, & ēt fideicommissarius, potest grauari de restituendo totam hæreditatem, vel partem hæreditatis. h. d. Aret.*

Prætera intestat° quoque moriturus pōt rogare b eū, ad quē † bona sua vel legitimo iure, vel honorario ptinere intelligit: vt hr̄ditatē suā totā, partēve ei°, aut rē aliquā (veluti fundū, hominē, pecuniā) alicui restituat: c cū aliòqui legata nisi ex testō non valeant. d Eum quoque cui aliquid restituit, potest rogare, vt id rursum alij aut totū, aut partem, vel etiam aliquid aliud restituat e.

*Quis sit huius literæ sensus: acerrime inter iuris cōmentatores pugnatū est, ad extremūq; anhelitū vsq; laboratū: iuxta tn̄ receptiorē, & cōi calculo pbatā sn̄iam h. d. Si qs legū solēnia obseruare nolēs hr̄dis fidē, ac legalitate fretus, fideicōmissū reliquerit, iusiurādu subire cogitr̄ hęres, nū tale qd relictū fuerit: quod si recusat ad fideicōmissi solutionē artat: nec audiendus est, si minus solennem voluntatem alleget.*

Et qa prima fideicōmissorū cunabula a fide hęredū pēdēt, & tā nomē, f quā substātiā acceperūt, ideo diuus Augustus ad necessitatē iuris ea retraxit: g nup & nos eundē principē superare contēdētes † ex facto, h qd Tribonianus vir excellentissimus quæstor † sacri palatij suggessit, constitutionem i fecimus; p quā disposuimus, si testator fidei hæredis sui commisit, vt vel hæreditatem, vel speciale fideicommissum restituat: & neq; ex scriptura, neq; ex quinq; testium numero (qui in fideicōmissis legitim° k esse noscitur) possit res manifestari, sed vel pauciores quam quinq;, vel nemo penitus testis interuenerit: tunc siue pater hæredis, siue aliquis quicūq; sit, qui fidē hęredis elegerit, & ab eo restitui aliqd voluerit, si hæres pfidia tentus adimplere fidem recusat, negādo rem ita esse subsecutam, si fideicommissarius iusiurandum ei detulerit, † cum prius ipse †

a Institutum. Vt restituat retenta certa re.

Præterea. CASUS. Dn̄e, vos dixistis mihi qualiter hæres oneratr̄ ad præstationem fideicommis. sed nūquid poterūt successores ab intestato fideicōmis. similiter grauari? Rn̄. Iusti. q sic. nam præter supradictos modos, quibus in testamento grauatur hæres ad restitutionem fideicōmissi, potest etiam quis si fortè esset intestatus moriturus per fideicommissum rogare eum, quem intelligit sibi de iure ciuili, vel de iure prætorio ab intestato successurum, vt hæreditatē suam totam, vel partē eius, aut rē aliquam singularē, veluti fundū, hominem, vel pecunis alicui restituat. Sed licet hoc sit verum in fideicōmis. secus tamen est in legatis. Legata enim olim non nisi ex testamento valebant, & non solum successorem in vniuersitate ab intestato pōt quis grauare: sed ēt eum cui aliquid restituitur per fideicō missum potest rogare, vt illud rursus alij totum, aut pro parte restituat, aut ēt aliqd aliud, quod tātūdē valeat. & hæc dicuntur vsq; ad §. & quia prima.

b Rogare. In codicillis.

c Restituat. Ideo potest ab his fideicommissum relinquere: quoniam sua spōte relinquere legitimam hæreditatem videtur non instituendo alium: vt ff. de iure cod. l. conficiuntur §. j.

d Nō valeant. Sed quo iure hoc est verū? antiquo? nō: vt ff. de lega. j. l. j. Item nouo? non: vt C. commu. de lega. l. ij. Dic ergò antiquiori iure locum habere, quod hic dicitur. Vel dic, q dicta lex. de lega. j. secundum noua iura loquitur, secundum quæ æquiparata sunt legata fideicōmissis. j. vt supra de lega. §. sed non vsque.

e Restituat. Etenim inquantum quis honoratur, & onerari pōt: vt j. tit. j. §. hoc non solum. Sed nūqd quartam retinebit? Respon. vt j. tit. j. §. hoc solum.

Et quia prima. CASUS. Dn̄e, iam video quid erat olim circa fideicommissum, & quid hodie obtinemus. Vn̄ cū satis manifestū sit, qd de antiquitate tollatur, & in quib. per vestram cōstitutionem circa fideicōmissum insistere debeamus: transeatis igitur si placet ad aliquam aliam mām. Ad hoc rn̄. Amice adhuc nō est ad aliquam aliā mām transeundū. Primo adhuc circa mām fideicō. insistendū est. Namq; prima fideicōmissorū cunabula a fide hr̄dū pendebāt, & tā nomē, quā substantiā acceperunt. & ideo primus diuus August. vt s. dictū est, fideicōmissa ad legis necessitatem deduxit, & laqueis iuris innodauit. igitr̄ nos eundem principē circa sigmēta fideicōmis. nuper superare ɔtēdētes, ex quodā facto p Tribonianum virū excelsum sacri palatij q̄storē nobis relato, quādā fecimus ɔstitutionē, qua statuimus, vt si qs testator heredem suum per fideicō. rogauit, vt vel hęreditatem, vel aliquod speciale fideic. alicui restituat, & hmōi voluntas testatoris, neq; ex aliqua solenni scriptura, neque per quinque testes, q in codicillis sufficiunt, pbari possit, q fidē hæredis sui elegit: in hoc casu si hæres pfidia ductus fidem adimplere recusauerit negando tale onus a testatore sibi fuisse impositum, si fideicommissarius iusiurandum ei detulerit, facio de casū. a fideic. prius p̄'bito, necesse habebit hæres vel iusiurādū subire, vel fideic. siue gn̄ale, siue speciale ab eo relictum fideicō. soluere. & ita p nram ɔstitutionem induximus. ne vltima volūtas testatoris fidei heredis sui comissa depereat. Sed pone, q ille a quo fideic. petitur, postquam per sacramentū, aut p testes conuictus fuerit cōfiteatr̄ fideic. a se relictū: ad legis th̄ subtilitatē decurrat videlicet allegādo ex minus solēni volūtate hoc fuisse relictū: certè i hoc casu i pœnā incidit mēdacij: & nō obstāte hmōi defensiōe, ad fideic. pstationē omnino cogēd° est. Et hæc dicunr̄ vsq; in fi. Frā. de Are.

f Nomen. No. nomen consequens rei: vt s. de do. §. est & aliud.

g Retraxit. Hæc iura sunt. §. eod. in prin.

h Ex facto. Id est, ex quæstione de facto.

i Constitutionem. Vt C. de fideicom. l. fina.

k Legitimus. No. testes quinque in codicillis necessarios esse: vt C. de cod. l. fi. & de fideic. l. fi. ibi, sed siue quinque &c.

† Sane si qs rogat° sit hr̄ditatē restituere pce pro seruo & peculio ei°: actiones de peculio coget suscipere: nec poterit eo noīe ɔueniri is: cui restituta est hr̄ditas. l. j. §. pe. ff. qn̄ de pecul. act. ē anna.

† Dicēdo q̄ qs mihi hr̄s e- sit, & nō ē necesse exprimere ppriū nomē, secūdū la. Aegi. Per.

† Et ideo quāuis directò i codicillis relinq non possint, vt no. gl. I d. l. j. ff. de le. j. tn̄ relicta valēt vt fideicō missa, & nihilominus habēt effectū legati, nisi in libertatib°, & tutelis: de q b° dic vt j. de codicil. §. non mutum.

† Non est improbū si qs aliū virtute vincere cōtēdat, nisi hoc fiat adhumanam gloriā. §. cogitādū. in verbo ze'us eis &c. Authent. de mo. secūdum Por. Ægi. Per.

† Alias, ex qstoe.

† Idest q aīo calūniādi, nō petit fidei cōmissū: quo casu deferr iuramentū hr̄di, secūdū Por. Ægi. Per.

† Scilicet fideicommissari°.

Codicillis qnq; testes ad sunt.

Iurauo-

[a] Iurauerit. Nam in omni casu erat olim iurandũ: & in omni capi. vt C. de iur. calum. l. j. in princ. hodie sufficit semel iurare, vt in auth. de ijs, qui ingre. ad app. §. fina. colla. v.

[b] Necesse eum habere. Sed nunquid hodie corrigiť hoc cũ nulli deferať inuito: vt C. de iureiur. l. fi. & l. gñaliter. §. sed iuramẽto. ver. sin autem? Respon. nõ, quia hæc est posterior cõstitutio Iustiniani: vt C. de fideicõ. l. fin. & ita est iste specialis casus, in quo quis compellitur iurare.

de calũnia iurauerit: [a] necesse eũ † habere, [b] vel iusiurandũ subire, ꝙ nihil tale a testatore audiuerit: vel recusantẽ, ad fideicõmissi vel vniuersalis † vel specialis solutionẽ coartari: [c] ne depereat vltima volũtas testatoris fidei hæredis cõmissa. Eadem [d] obseruari censuimus, & si a legatario, vel fideicõmissario aliquid similiter relictum sit. Quòd si [e] is, a quo relictum dr̃, postquã negauerit, ꝯfiteať qdem aliquid a se relictum eẽ, sed ad legis subtilitatẽ [f] recurrat: omnino soluere cogendus est [g].

TITVLVS XXIIII.

## DE SINGVLIS rebus per fideicommissum relictis.

*Etiam res singularis potest per fideicommissum relinqui, & tam ab hærede, quàm a legatario.*



Otest tamẽ qs ẽt singulas res [h] p fideicõmissum relinquere: veluti fundum, argẽtũ, hominem, vestem, & pecuniam numeratã: vel ipsum hr̃dẽ rogare, vt alicui restituat: vel legatariũ: [i] quãuis a legatario legari non possit [k].

*Non tm̃ res testatoris: sed ẽt hæredis, aut cuiuslibet alterius p fideicõmissum relinqui põt. Et legatarius de re sibi legata sua, vel aliena, alteri restituenda põt grauari, dũmodo non plus onereť, quã honorať. Et qñ res aliena legatur: vel ipsa, vel eius æstimatio præstanda est. Aretin.*

*Annota, Eatenus quem fideicommissis grauari posse, quatenus honoratur.*

Potest autem non solũ ꝓprias res testator per fideicommissum relinquere: sed & hęredis, aut legatarij, aut fideicõmissarij, aut cuiuslibet alterius. [l] Itaq; & legatarius, & fideicommissari⁹ non solum de re rogari põt, vt eam alicui restituat q̃ ei relicta sit, sed ẽt de alia, siue ipsius, [m] siue aliena sit. Hoc solum obseruandum est, ne plus quisquã rogeť † alicui restituere, quã ipse ex testamẽto ceperit. nam qđ amplius est, inutiliter [n] relinquitur.

Cùm autem aliena res

[c] Coartari. Nota propter contumaciã non iurantis eũ condemnari: vt C. de iura. calumn. l. ij. § penult.

[d] Eadem. scilicet vt compellatur iurare, vel soluere.

[e] Quod si. Dixi qñ contumax fuit non iurando, nunc qñ iurauit, & per sacramentum fuit confessus, vel etiam ante, quàm iuret, sed prius negauerat relictũ: vt in fine huius tit. dicemus statim.

[f] Subtilitatẽ. Quæ est, vt ex quo est voluntas nõ solennis, non valeant ea quæ facta sunt, vt C. de fideicommissa. l. si veritas. & C. de testa. l. non dubium. §. illud.

[g] Soluere cogendus est. Sed quomodo coartatur ex non solenni voluntate? sic ergo soluuntur inutiliter relicta, sicut & vtiliter, quod esse non debet. vt C. de fideicommiss. l. si veritas. quæ est contra. solut. quidã dicunt, quòd vbi solenniter testari voluit, & non fecit, habet locum lex ꝯtria: aliàs si noluit testari solenniter habet locum quod hic dicitur, vt ff. de iu. codi. l. j. Sed hæc falsa est, quia & hic de testatore loquitur, qui solenniter facit, vt ibi, si testator fidei hæredis sui commisit. Alij, vt B. dicebant esse distinguendũ, an dicat hæres, nõ est verum tibi legatum esse, in quo casu cogitur probare esse verum, & solenne, vt in contrario, eo saluo, vt si deferatur sacramentum iuret, vt supra proxi. §. an dicat, non potes petere, quia est minus solenne, in quo casu cogitur, vt hic. Sed hoc non valet, quia secundum hoc expediret ei negare, quod esse nõ debet, vt ff de trib. l. illud. §. penult. Dic ergo secũdũ Ioan. aut ab initio confitetur relictum, & tunc non teneť ex non solẽni voluntate, vt in l. illa cõtraria. ‡ Aut negauit, & tũc ex solenni voluntate nõ tenetur. sed postea per sacramẽtũ, vel p ꝓbationes cõpelliť, vt ita rõne sui mendacij teneať, vt hic, & arg. in Authen. de trien. & semis. §. studium. & §. ad hoc.

DE SINGVLIS REBVS PER fideicommissum relictis.

*De fideicommiss. generalib suprà ti. i. dixit, nũc de specialib. dicit. Accur.*



Otest. Totus iste titu. diuiditur i tres partes. Primo ponit de fideicõmisso pecuniario. Secundo de libertatibus. Tertio per quæ verba fieri debeant. Secunda ibi, Libertas quoque. Tertia ibi, Verba.

[h] Singulas res. Nõ solum generaliter, vt s. tit. j.

[i] Vel Legatarium. Scilicet rogare, vt aliquid alicui restituat.

[k] Non possit. Antiquo iure inspecto, sed nouo iure aliter est. nam põt a quolibet, q cõmodũ quocunque mõ habet, legari, & fideicõmitti, vt C. com. de lega. l. ij. §. fin. & hoc statim subijcit.

ADDITIO.

Dic secundum Ioã. Fabr. ꝙ accipiendo legatum propriè tortè non potest legari, nisi ab hærede, sed fideicommitti sic, vt l. si fuerit. §. j. ff. de lega. iij. & quod ibi nota. maximè p Barto. sed quia legatũ, & fideicommissum idem sunt, & facta sunt hodie similia, & synonyma, ideo illa differentia hodie non tenet, vt dicta l. ij. §. fi. C. communia de lega. & plenè not. per gl. & doct. l. j. ff. de lega. j. & ibi dixi supra de leg. §. j. sed ibi Rapha. dicit, quod iste text. non potest loqui de iure antiquo, cum hic sit verbum, possit. dum dicit, legari non possit. non autem dicit, legari non poterat &c. dic vt p eum. Ange.

[l] Alterius. Refert tñ an leget rem extranei, an hæredis. primo casu distinguitur an sciuerit alienã, vel crediderit suam, secundo non, vt s. de lega. §. quod aũt. & ff. de leg. ij. l. vnum ex familia. §. si rem.

[m] Ipsius. Scilicet legatarij.

[n] Inutiliter. Facit ff. de leg. j. l. planè. ij. §. fi. & l. vidẽdum. & ff. de leg. iij. l. j. §. sciẽdũ. & l. iij. §. Iulianus. & l. si legatarius. in prin. Sed contra in dicta l. planè. §. si cui. Sed ibi steteť p legatariũ quo minus meliorẽ accepit

† Scilicet hęredẽ.

† Aliàs vniuersitatis.

‡ Et hæc lectura videť satis ꝓbari p istũ text. quem sequuntur Franc. Accursi. M. fil. & alij do. vt refert Bar. i l. fi. C eo. & Angel. hic secundum quã erat practica. ꝙ hr̃s ab initio nõ negãti deferret fideicõmissarius iuramentum si testator volens solenniter testari fidei suę cõmisisset tale legatum, quo iurante erit securus, ꝯ recusantẽ verò ageť ꝯdictione ex isto §.

‡ Et quã tis eũ i isto membro o͡xi.

I o. fit cõmunis, cũ Ioã. Fab. hic cũ impugnat & si in testõ vel codici. fuerit relictũ, & cẽdet ad l. si veritas, q qñ hr̃s negat li. ꝯtest. lõgatari⁹ habet duo remedia, vel q deferat iuramẽtũ & obtinet iste §. & d. l. fi. vel ꝙ oneret se ꝓbatione, & tũc sibi imputeť, q a debet ꝓbare dispositionẽ solẽnem, vt ibi. Legari potest a legatario.

† Nõ põt qs pl⁹ grauari, quã honorať, imò debet habere lucrũ l. iij. §. Iulianus. ff. de leg. ij. Aegi. Per.

perit. vel melior videt esse quã elegerit. licet deteriorẽ elegerit: vt ar. j. de act. §. preterea. Itẽ arg. cõtra. ff. de leg. ij. l. Imper. §. j. ibi eñ vero &c. Sed hoc qđ hic dicitur intellige, qñ in quãtitate legat alicui, & in quãtitate oneratur, ibi aũt qñ quãtitas dat, & in specie grauatur: quo casu tũc vẽ æstimasse speciẽ suã legatarius accipiendo quantitatẽ. vt ex eadẽ l. colligitur. Itẽ cõtra. ff. ad l. Fal. l. sed & si nõ seruus. in princi. Sed & ibi eodem modo respõde: qa quãtitas erat legata: & onus erat positum in faciẽdo. Sed cũ quantitas legat, & in quantitate grauat sicvt hic loquitur, nunquid quartã iure Falcidiæ potest oneratus retinere: siue sit legatarius, siue fideicõmissarius q sit grauatus. Quidã dicũt q sic: vt ar. ff. ad l. Falc. l. pœnales. §. fi. Nos contra: vt in e. tit. l. lex Fal. si interuen iat. §. nũquam. & de vulgari substitu. l. cohæred. §. cum filiæ.

ADDITIO. De quo dic vt p gl. in d. §. nunquã. & in l. j. §. denique. & ibi Bar. ff. ad Tre. & per Ang. hic notab.

per fideicõmissum relinquit, necesse est ei, q rogatus est, aut ipsam redimere, & præstare, aut æstimationem eius soluere.

*Etiã libertas seruo per fideicõmissum põt relinqui: & non tantum seruo proprio: sed etiã alieno: vt quãdo poterit ematur, & manumittatur. h. d.*

Libertas quoq; seruo p fideicõmissum dari põt: vt hęres eũ rogetur manumittere, vel legatarius, vel fideicõmissarius. Nec interest, vtrũ de suo proprio seruo testator roget, an de eo, qui ipsius hęredis aut legatarij, vel etiã extranei a sit. Itaq; & alienus seruus, redimi & manumitti debet. Quòd si dominus eũ non vendat: b si modo c nihil d ex iudicio eius, qui reliquit libertatem, recepit: e non statim extinguit fideicõmissaria libertas: sed differtur: f quoad possit tẽpore procedẽte, vbicunque occasio serui redimendi fuerit, præstari libertas.

*Directæ libertati datus, testatoris libertus efficitur: fideicõmissariã autem adeptus libertatem hæredis est libert⁹.*

Qui aũt ex fideicõmissi causa manumittitur, non testatoris fit libertus, etiã si testatoris seruus sit: sed eius, qui manumittit. g

At is, qui directò ex testamento liber esse iubetur: ipsius testatoris libertus fit: q etiã Orcinus h appellat. Nec alius vllus directò ex testamento libertatẽ habere põt, quã qui vtroque tempore testatoris fuerit, & quo faceret testamẽtũ, & quo moreretur. Directa autem libertas tũc dari videtur: cùm non ab alio seruũ manumitti rogat: sed velut ex suo i testamẽto k libertatẽ ei competere l vult.

*Siue præceptiuis, siue rogatiuis verbis fideicommissum fiat, valet. h. d. Areti.*

Verba autẽ fideicommissorũ hæc maximè m in vsu habent: peto, rogo, uolo, mãdo, fidei tuæ cõmitto, quę pinde singula firma sunt, atq; si omnia in vnum congesta essent.

TITVLVS XXV.

DE CODICILLIS.

*Cocidillos etiam nõ testatus quiuis facere potest: porrò ante testamentũ facti nulla expressa confirmatione, nõne iure indigent.*

ANte Augusti tempora constat, codicillorum ius in vsu nõ fuisse, sed primus Lucius Lentulus (ex cuius persona etiã fideicõmis-

a Extranei. Licet etiã crediderit suũ: vt ff. de fideicõ. lib. l. Paulus. j. rñ. & l. a. lieno. in princi. Sed in pecuniario legato distinguitur, sciuerit vel ignorauerit rẽ alienã: vt s. de leg. §. quod autẽ. & §. non solum.

b Non vendat. Vel & si vendat, sed vltra iustum pretiũ vẽdere vult. nã tunc perinde est ac si non vendat: vt ff. de leg. ij. l. non dubiũ. §. fi.

c Si modo. Interpositio est.

d Nihil. Si eñ aliquid etiã modicum relinquit alicui, vt uendat, & ille legatum accepit. compellitur vendere: vt hic, & C. de fideicom. lib. l. liberi. & l. si te donatã. & C. ad leg. Falc. l. si ea cuius filium.

e Recepit. Scilicet dominus istius.

f Differtur. Quod differtur, nõ aufert. sic ff. de iud. l. cum furiosus. Arg. cõtra. C. de inoffic. test. l. scimus. §. fi. & ff. de vsufru. l. si vsusfructus. Itẽ no q inspicit quod euenire potest. sic ff. de iur. om. ind. l. si idẽ. §. fi. in glos. adiudicari. & ff. de adi. le. l. si seruo.

g Eius qui manumittit. Id est, hæredis, vel legatarij, vel fideicõmissarij. C. de fideic. li. l. his quibus. Accur.

h Orcinus. Sic dictus ab orco. i. manumissus ab eo, q cedit ad orcũ. i. infernũ. Vel orthinus ab orthos, quod est rectum. Vnde orthinus. i. directo manumissus. Vel ab orce. qđ est capio (nã & inde archiorcus) qa multa capiunt manumissi in testamẽto, in quo multa fiunt.

i Ex suo. Non expectata manumissione ab alio facienda.

k Testamẽto. Vel etiã codicillis testamento cõfirmatis: vt ff. de manumiss. test. l. libertas.

l Cõpetere. Quæ cõpetit hæreditate adita etiam ab vno ex pluribus hæredibus: vt ff. de manumiss. testa. l. testamẽto manumissus. §. testamento.

m Maximè. Ideo hoc dicit: quia quibuscunq; verbis relinqui possunt: vt s. de lega. in princi. siue directis, siue precarijs: vt C. com. de le. l. omne verbũ. & facit ff. ad Treb. l. Scæuola.

ADDITIO. Et hoc verũ, si verba Iporcent dispositionẽ, itẽ fideicommissum, vel ad hoc extẽdi possit ex cõiectura tata mẽte testatoris, si aliàs: vt l. pẽ. § pẽ filios. ff. de leg. iij.

DE CODICILLIS.

*Quia testamẽta & eorũ accidentia dicta sũt: nũc de codicillis i. de paruula, vel de minima scripta voluntate. Nã iõ codicilli dicunt: qa in breuiori chartula, vel codice, q̃ testm̃ fiebãt, & solũ in eis q̃ iã fideicõmissa relinqbant: & tales sũt ad testm̃ qualis est scapha ad nauem.*

*Sed nunquid scđm hoc possunt fieri sine scriptura? Quidã dicunt quòd non: sed tamẽ dico etiam sine scriptura hodie fieri posse, licet forte olim ĩ scriptis tantũ fierẽt: C. de bon. lib. l. fi. in princi. Accursius.*

ANte Augusti &c. Iste tit. diuiditur in quatuor partes. Primo quomodo fuerit introductus vsus codicillorum. Secundo, quando codicilli testamento confirmati valent. Tertio, an hæreditas directo possit dari, vel

Etiã ibi est casus in quo plus grauat qs quam honorat, secũdũ Por. Aegi. Per. r. Et quãdo species etat sua: si vero aliena pcedit text. hic. Vbi autẽ relinquit species, si simpliciter grauetur habet locũ iste text. si alternatiuẽ, pcedit text. i d. §. sicui.

At ice contrariũ facit tex. in d. l. alieno.

De isto brocardo dic vt per Bart. in l. licet stipulantẽ. §. sacramẽta. ff. de verb. obl.

Orcinus qs & vnde dicitur.

Orcin⁹ ob id dr q libert⁹ sit de functi, & iam ad Orcũ missi. Alciat. lib. j pret mis. legit Orthinus: sed aptior est vox Orcini. Theophilo dicit χαρωνίτης ἀπελεύθερος idest Charonianus libert⁹ a Charõte infernorũ portitore.

Cõtinuatio.

Codicilli sine scriptura fieri possũt.

Diuisio.

vel adimi in codicillis. Quarto, an quis possit facere plures codicillos. Secunda ibi, Non tantũ. Tertia ibi, Codicillis. Quarta ibi, Codicillos. CASVS. Domine, iam video, quòd vultis tractare de Codicillis, dicatis igitur mihi: si placet qñ primo ius codicillorum in vsu esse cœperit, & quis primo introduxit codicillos? Ad hæc rñ. Amice, ius codicil. tẽporib⁹ diui Augusti primo in vsu esse cœpit: nam certum est ante Augusti tẽpora ius codicillorũ in vsu nõ fuisse sed primo L. eius Lentulus, ex cuius persona etiã fideicom. sumpserũt originẽ, codicillos introduxit. Nã cum prædictus Lucius Lentulus, in Aphrica diem extremum clauderet, quosdam scripsit codicillos in testamento suo confirmatos, quibus rogauit Augustũ per fideic. vt aliquid faceret, & cum diuus Augustus volũtatẽ suam in codicil. contẽtam impleuisset: postea cæteri authoritatẽ principis secuti fideicõmissa pstabãt & filia eiusdẽ Lentuli legata i codicillis patris sui contenta soluit. ad quorũ pstationem diuus Augustus iurisprudentes cõuocauit, inter quos erat Trebatius cuius tunc authoritas maxima habebatur, & ab eisdem iurisconsu. quæsiuit, an vsus codicillorũ recipi posset, & an nõ dissoni essent codicilli iuris rationi? Et dicitur Trebatium respondisse Augusto vtilissimum, & necessarium fore vsum codicillorũ, & maxime propter longas, & magnas peregrinationes, quæ apud veteres fuissent: vt siquis testamentũ solenne propter impotẽtiã facti facere non posset, faceret saltẽ codi. quibus vltimã voluntatẽ declararet. vnde post illa tempora cum etiam Labeo iurisconsul. codicillos fecisset: iam nemini dubiũ erat, quin codicilli iure optimo admitterẽtur. Et hæc dicuntur vsq; ad §. non tantum autem.

ᵃ Confirmatos. Hic nota quòd quatuor modis codicilli conficiũtur. aut enim in futurum cõfirmantur, veluti testamento prius facto, in quo dictũ est, quicquid dixero in codicillis, valere volo: & postea codicilli facti sunt. Aut in pteritũ: veluti codicilli prius facti testamento facto postea cõfirmati sunt, & hi duo casus. C. eo. l. siue in initio. Tertio fiũt cũ testamẽto: veluti cũ testator q testm implere nequierit, addiderit vt vim codicillorum haberet: vt C. eo. l. fina. §. illud plane. ibi, nisi id ille &c. Quarto sine testamento, scilicet, ab intestato: vt ff. eo. de iure codicill. l. cõficiuntur. & J. eod. §. non tantum. & C. eod. l. non ideo. hic aũt fuerunt confirmati, vel ante, vel post.

ᵇ Augusto. Cui aliquid relinquebatur.

ᶜ Eius. Scilicet Augusti.

ᵈ Non debebat. Quia legata non debebãtur, nisi ex testamẽto iure antiquo: vt diximus s. tit. ij. §. preterea.

Nota, aliquãdo confirmatio pcedit suũ cõfirmab le factum secdm Bal. & Sali. in d. l. siue, i initio. C. eo. tit. q. eps pot cõfirmare electionem fiendã p patronos ecclesiæ antequã fiat quod not. vide l. cũ antea. C. de arbi. an q: possit approbaŕ laudũ antequam pferatur. & sic an primo quis possit approbare & cõfirmare electionem antequã facta fuerit Angel.

(sa esse cœperũt) codicillos introduxit. Nã cũ decederet in Aphrica, scripsit codicillos testamẽto confirmatos, ᵃ quibus ab Augusto ᵇ petiit per fideicommissum, vt faceret aliquid. Et cum diuus Augustus voluntatẽ eius implesset: deinceps reliqui eius ᶜ authoritatem secuti fideicom missa prę stabant: & filia Lentuli legata, quæ iure non debebat, ᵈ soluit. Dicitur autem Augustus conuocasse sapientes viros, interque eos Trebatiũ quoque, cuius tũc authoritas maxima erat: & quæsisse, an posset recipi hoc, nec absonans a iuris ratione codicillorum vsus esset: & Trebatium suasisse Augusto, quòd diceret vtilissimum, & necessariũ hoc ciuibus esse propter magnas, & longas peregrinationes, quæ apud veteres fuissent: vbi siquis testamentum facere non posset, ᵉ tamen codicillos posset. Post quæ tempora cum & Labeo codicillos fecisset, iam nemini dubium erat, quin codicilli iure optimo admitterentur.

*Etiã ab ĩtestato codicilli fieri possunt. Sed quãdo ante testamentũ fiebant: nõ aliter valebant, nisi erãt in testamẽto cõfirmati. Hodie verò semper videntur confirmati Areti.*

Non tantum autem testamẽto facto potest quis codicillos facere, sed & intestatus quis decedens fideicommittere codicillis potest. Sed cũ ante testamentum factum codicilli facti erant: Papinianus ait, nõ aliter vires habere, quã si speciali postea voluntate confirmentur. ᶠ Sed diui Seuerus, & Antoninus rescripserunt, ex ijs codicillis qui testamentum præcedunt, posse fideicommissum peti: si appareat eum, qui testamentum fecit, a voluntate, quam in codicillis expsserat, non recessisse.

*Codicillis nec dari, nec adimi directò hæreditas potest: nec*

ᵉ Non posset. Propter impotentiã facti: vt quia non habet tot testes, q testamento conficiendo sufficiãt: secus si propter impotentiã iuris. vt ff. eodem. l. diui. §. codicillos. quæ est contra. Et probatur hæc solutio. ff. eodem. l. conficiũtur. §. codicilli.

Non tantum autem, CASVS. Domine, iam vidimus, quod primo Lucius Lentulus fecit codicillos testamento suo confirmatos. nunquid igitur requiritur de necessitate, quòd fiat testamẽtũ ad hoc, quòd possint valere codicilli? Et respond. quòd non. Nam nõ tantum facto testamẽto potest quis codicillos facere: sed etiã intestatus decedẽs codicillos facere pot: & in eis fideicõmis. relinquere. Papin. tamen ait codicillos ante testamentum factos non aliter iuris necessitatem habere, nisi postea speciali voluntate testatoris, & in testamento confirmẽtur. Sed diui Seuer⁹, & Antoninus rescripserunt ex codicillis ante testamentũ factis postea cum effectu fideicom. peti, licet in testamento subsecuto nõ fuerint expressè cõfirmati, si ita tamen appareat testatorẽ qui post factos codicillos fecit testamentum, a voluntate in codicillis expressa non recessisse, & ita non est necessaria specialis confirmatio, sed sufficit si non appareat de contraria volũtate testatoris. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. codicillis autem.

ᶠ Confirmentur. Scilicet expressim, vel etiã si quoquo iudicio retinetur prima voluntas: vt ff. cod. de iure codic. l. ante tabulas testamenti. sed Ioan. contra. Nam siue ante, siue post fiant, semper videntur cõfirmati: vt hic dicitur statim, & ff. eod. de iure codic. l. si quis cum. §. si. & l. ab intestato. Accur.

ADDITIO. In hoc tamẽ remanet hodie differẽtia. sm Io. Fab. quia quãdo expressè cõfirmãtur, valẽt iure directo, quæ in his continentur. secus si tacite. l. libertates. ff. de manu. test. & de test. tut. l. iij. quamuis glo. ibi notet contrarium.

Codicillis autẽ. CASVS. Domine, iam video, q. codicilli an testamentũ, & post testamẽtũ fieri possunt, & ab intestato. Sed nunquid eandẽ potestatẽ habent

hent codicilli, quam & testamentum? Ad hoc rñ. q non: imò codicilli in multis differunt a testō. Hæreditas. n. in codicillis nec directò dari, nec adimi pōt: & hoc ideo statutum est, ne ius testamentorum, & codicillorum confundat: vnde nec exhæredatio directò in codicillis scribi pōt: Sed omnia supradicta in testamento fieri possunt. sed licet in codicillis hæreditas directò dari nō possit: in illis tamen fideicommis. iure relinqui potest. Item nec conditio hæredi instituto in codicillis adijci potest, nec etiam substitutio directò fieri. Et non solum in predictis d f ferunt codicilli a testamento, sed etiam in alijs: nam plures codicillos quis facere potest, ita vt omnes valeant, & nullam solénitaté ordinationis verborum desiderant: licet secus in testamento. Et hæc dicuntur vsque in fi. tit.

*instituto hæredi conditio adijci nec directò substitui: fideicōmitti autem potest*

Codicillis aūt hr̄ditas neq; dari, a neq; adimi † pōt, ne cōfundaĩ b iūs testamétorū & codicillorū: & ideo nec exhæredatio scribi. c Directò aūt hr̄ditas codicillis neq; dari, neq; adimi potest. Nā p fideicōmissum hr̄ditas codicillis iure relinqĩ. d Nec ɔdóné hr̄di istituto e codicillis adijcere, f neq; substituere directò g quis potest.

*Plures codicillos vnus facere potest omnes habentes effectum, secus in pluribus testamentis. Aret.*

Codicillos aūt ẽt plures h quis facere pōt: & nullam i solennitatem ordinationis desiderant.

a Neq; dari. Directò, sed per fideicōmissum, siue ab eo quem prius fecerat hæredem, siue a legitimis, bene pōt relinqui, vt ff. eo. de iur. cod. l. ij. §. h. & C. eo. l. hæreditate. & ĩ. proxi. §.

ADDITIO. Et assignat gl. l. hæreditatem. rōnem differentiæ, quia non tantum aufertur p fideicōmis. sicut directò aufertur. Vel dic fm Sal. aliqua virtus attribuitur vni, q̄ non attribuitur alteri, vt l. fi. C. eo. & maioré vim testamenta, quā codicilli habent, pp maiorem solennitatem in eo requisitam. Ang.

b Ne confundatur. id est, ne istæ duæ voluntates sic misceantur, vt vna ab altera discerni non possit. nam si idem significaret, quare diuersa nomina darentur? vt C. eod. l. si idem.

c Scribi. Scilicet vt de iure valeat.

d Relinquitur. Sed qua actione hæc hr̄ditas, vel ẽt alia in codicillis relicta petentur? Rñ. quidam cōdictione ex l. vt ff. de condictio. ex lege. l. j. Vel dic vult actione ex testō. cum ad instar testamenti codicilli sint inuenti, vt ff. eo. de iure codicil. l. ij. §. j.

e Instituto. Scilicet in testamento.

f Adijcere. Et cui conditioni adiectæ necesse pare re non habet, sed in eius conditionis defectum de ademptione hæreditatis cogitasse videtur, vt ff. de condi. insti. l. penul. in fin. i Sed fortè in vanum co gitauit vt ibi dixi.

g Directò. Si tñ substituerit, vr̄ rogasse per fideicōmissum, vt restituat: vt ff. ad Treb. l. Scæuola.

h Plures. Vt etiam omnes valeant, nisi cōtrariam contineant voluntatem, vt C. eod. l. cum proponas. aliud in testamentis, vt ĩ. quibus mod. testa. infir. §. posteriore. & facit. ff. eo. l. diuus. §. j.

i Et nullam. Scilicet de illis quatuor, quæ in testamento desiderantur, vel septem testium, vel sigillorum, vel q̄ sua manu scribantur, vel q̄ subscribant testes. vt ĩ. de test. §. j. Sed quædam solennitates & hic desiderantur, vt sunt quinque testes, vt dixi mus ĩ. tit. ij. §. fin.

† Vel l. Scæuola. ff. ad Trebel. & vide Ioan. And. d te sta. in c. si pater. in glo. super verb. iter dū. vj.

† Idem ẽ ratio: q̄a ɔdô appo sita in testamento nō pōt in codicillis remoueri, q̄a tūc purè hr̄ditas dari vr̄ q̄ istū text. nisi forsan ob fauoré liberorū, p no. i l. dium. ff. eod. clausula in derogatoria ap posita in testō pōt in codicillis reuocari, vt p Angel. hic.

DE HÆREDITATIBUS, quæ ab intestato deferuntur.

*Hic titulus est generalis ad omnes sequentes titulos vsque ad tit. de bonorum pos. vbi mistim tractabis ex testō, & ab intestato, sed textus huius tit. loquĩ tantū de suis hæredibus, & sic alias ff si certū peta. & de rebus credi. vbi tractas de mutuo ĩ specie tantū. Accur.*

# Institutionum, vel elementorum D. Iustiniani sacratissimi Principis Lib. III.

## TITVLVS I.

## DE HAEREDITATIBUS, quę ab intestato deferuntur.

*Intestatus dicitur quis decedere pluribus modis, qui hic describuntur. Aretinus.*

Intestatus † decedit, qui aut omnino testamétum

ADDITIO. Iste tit. sic ɔtinuaĩ. Dictū est supra, de hæreditatib. q̄ testō facto deferunĩ. nūc seqĩ videre de hr̄ditatib. q̄ ab intestato deferunt.

Intestatus. Tot⁹ iste tit. dimiditur ĩ quatuor partes principales. Primo ponit q̄s dr̄ decedere intestatus. Secundo. q̄ prima cā est liberorū, & qui sunt liberi, & sui. Tertio de emācipatis quō admittantur, & de adoptiuis. Quarto ponit aliquas suas correctiones. Secunda ibi, Intestatorum autem. Tertia ibi, Emancipati autem. Quarta ibi, Sed ea omnia.

CASVS. Dñe, iam video, q̄ vos vultis tractare de hr̄ditatib. q̄ deferunĩ ab intestato, p Deo, si placet vobis, dicatis mihi quis intelligiĩ decedere intesta.⁹? Ad hoc rñ. Intestat⁹ decedere intelligiĩ ille, q̄ aut nullo mō fecit testm̄: aut de facto quidem fecit testamétum, non tamen de iure: vt pote, quia iuris solennitate caruit, vel testamenti factionem non habuit: aut testamentum, quod iure fecerat, arrogatione ruptum fuit, vel capitis diminutione irritum factū est: aut si ex testamento solenniter facto nullus hæres extiterit: omnibus enim his modis intelligitur quis intestatus decedere. & hæc dicuntur vsque ad illum §. intestatorum. Domine, iam video quis intelligitur decedere intestatus. dicatis modo mihi, si placet, ad quos intestatorum hęreditas pertinet? Ad hoc rñ dec, Amice, hæreditas intestatorum ex lege duodecim tabularum: primo pertinet ad suos hæredes. Sed quid domine Imperator, vos dicitis, q̄ hæreditas intestatorum pertinet ad suos hæredes: dicatis mihi si placet, qui intelliguntur sui hęredes? Ad hoc respondet, Amice, sui hęredes intelliguntur, qui in potestate morientis sunt, de cuius hæreditate tractatur veluti filius, & filia, nepos, & neptis, descendétes ex filio, pronepos, & proneptis: & per masculinā lineam directò descendentes: nec interest quo ad hoc vt hæredes censeantur, vtrum sint naturales liberi, an adoptiui. Nam adoptiui liberi tempore mortis in potestate existentes, sui hæredes intelliguntur: & non solum supradictis ex iustis matrimonijs existentes procreati dicuntur sui hæredes, sed etiam necesse est eos inter suos hæredes connumerari, qui ab intestato non erant in potestate parentum: vt pote naturales, qui non sunt ex legitimo matrimonio ge-

Cōtinuatio.

Diuisio.

† An aūt idé sic intestatum decedere, qd ab intestato, vide p Bar. in l. Centurio. ff. de vul. & pupil. & l. j. ff de suis & leg. per Bal. in l. generaliter. in princ. C. de insti. & substi. sub ɔdi. & per Io. And. ĩ ad di. ad Spec. tit. de succes. ab intest.

nio geniti: postea tñ a parentibus naturalibus curijs dati sunt: & ita in potestate patris redacti. Hi. n. beneficio diualium constitutionum, quæ super filijs naturalibus positæ sunt, iura suorum hæredum nãciscuntur. Nec solum supradicti inter suos hęredes constituunť: sed etiam illi, quos nostra ꝯstitutione statuimus, vt si quis aliquam mulierem in suo contubernio copulauerit: non tñ ab initio affectione maritali eã habuerit: erat tñ talis cum qua poterat habere legitimum coniugium: si ex ea prolem procreauerit: & postea maritali affectione interueniente cum eadem muliere instrũ dotalia confecerit, & filios, & filias ex eadẽ habuerit: statuimᵒ, dico, non solum posteriores liberos scilicet post matrimonium ꝯtractum editos, legitimos, & in potestate patris esse, sed etiam priores, videlicet ante matrimonium editos, & hoc meritò statuimus. Nam isti liberi ante matrimonium nati, occasionem legitimi nominis etiam alijs post matrimonium natis præstiterunt. Rõne n. affectionis, quam pater ad prolem primo procreatam habuit, & quia matrem eorum habuit in prole fœcundam, ideo eam sibi maritali affectione copulauit, & hoc obtinere censuimus, non solum si post dotalia instrũ confecta liberi nati fuerint, & extiterint, sed etiam si nulli post matrimonium fuerint nati. vel etiam si aliqui fuerint nati, sed postea mortui. In omni n. euentu censuimus liberos ante matrimonium natos maritali affectione secundum tenorem nostræ constitutionis postea subsecuta legitimos esse, & iura suorum hæredum in omnibus habere. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. ita demum. Franc.

nõ fecit: [a] aut non iure fecit: [b] aut id, qđ fecerat, ruptũ [c] irritũve [d] factũ est: aut si ex eo nemo hæres extiterit. [e]

*Intestatorum hæreditates suis hæredibus inprimis deferuntur, in quorum numero sunt naturales liberi, q̃ primum legitimi (secundũ præscriptos in t. modos) sunt effecti.*

Intestatorũ aũt hrḋitates ex lege duodecim tabularũ primũ ad suos hæredes ptinẽt. † Sui aũt hrḋes existimanť (vt supra diximus) [f] q in potestate morietis fuerint: [g] veluti filius filiave, nepos neptisve ex filio, pronepos proneptisve ex nepote ex filio nato, [h] prognatus [i] ꝓgnatave. Nec interest, vtrũ naturales [k] sint liberi, an adoptiui. [l]

*Liberi legitimati siue per oblationem curiæ, siue per subsequens matrimonium, de numero suorum hæredum sunt censendi. Areti.*

Quib. [m] cõnumerari necesse est ẽt eos, q ex legitimis qdẽ nuptijs, vel mrimonijs nõ sunt ꝓgeniti, curijs [n] tñ ciuitatum dati, ſm Diualium [o] cõstitutionum, quæ super his positæ sunt, tenorẽ, hæredum suorum iura nanciscuntur. Necnon eos, [p] quos nostræ amplexæ sunt constitutiones, [q] per quas iussimus, vt siquis mulierem in suo contubernio copulauerit, non ab initio affectione maritali, eam tamen, cũ qua poterat habere coniugium, & ex ea liberos sustulerit: [r] postea verò affectione ꝓcedente, etiam nuptialia instrumẽta [s] cum ea fecerit, & filios, vel filias

a Non fecit. Vel quia non vult: vel quia non põt: vt pupillus, & furiosus: licet hi impropriè intestati dicant esse: quia & si vellent testari non possunt: vt ff. eo. scilicet de suis & legi. l. j. in prin.

ADDITIO. Quod no. secundum Io. Fab. ꝯ eos, q vendicant sibi bona intestatorũ ex ꝯsuetudine: vel ꝓferunť ex statuto. de quo, & an facto testõ, & postea rupto habeat locum dictum statutum, q ab intestato præferantur agnati &c. vide latè p Ang. hic.

b Non iure fecit. Quia caruit solennitate testium, vel non habuit testamenti factionem, & fecit.

c Ruptum. Arrogatione, vel agnatione posthumi. vt i. q. mo. te. infir. j. rñ. [t] Et no. q nõ est p oia idẽ qñ rũpiť, ac si nullũ factũ esset, si tñ fecit codicillos: cum primo casu. s. qñ rumpiť, legatũ vt ex codicillis nõ valeat, vt C. de codi. l. j. in prin. secundo sic: vt i. de fideicom. hær. §. preterea & ff. de iu. cod. l. si quis eũ. in fi. j. tñ. & in l. ab intestato. & i. ti. j. §. non tantũ. Accur.

d Irritumve. Vt per capitis diminutionem testatoris: vt i. quib. mo. test. infir. §. non tamen. & facit ff. de verb. sign. l. intestatus.

e Extiterit. Sunt & alij duo modi: vt p q̃relam, vel contra tabulas testamento rescisso: vt C. de collat. l. vt liberis. Accur.

ADDITIO. Hoc verũ si sit mora ah aditam hrḋitatem. secus si post: quia ꝓtor non põt facere desinere quem esse hrḋem. §. quos aũt. de bon. pos. Ang.

f Supra diximus. i. de hrḋ. qua. & diffe. §. sui. Ang.

g Fuerint. Itẽ aliud est necesse. vt nemo eos ꝓcedat. vt ibidẽ dicitur: vt supra de hære. quali. & diffe. §. sui.

h Ex filio nato. Aliud si ex filia: vt i. de pa. po. §. filius.

i Prognatus. Id est, procul a me natus: quia i quarto gradu est mihi, qui vocatur abnepos: vt j. de gradi. §. quarto. vel dic ꝯpositũ poni pro simplici: id est, natum vel natam. & sic pone ꝓ nepote predicto. Vel dic melius. loquitur de omnibus descendentibus vlterioribus: & ideo dicit prognatus: quia vsq; in infinitũ succedunt: vt in Auth. de hære. ab intest. §. j. & sic propriè ponitur prognatus, id est, procul natus.

k Naturales. Id est, legitimi.

l An adoptiui. Quo ad hoc vt sui dicanť [u] nisi emãcipati fuerint: tunc. n. interest, cũ naturales emãcipati iure ꝓtorio succedant, adoptiui non: vt ff. de suis & legi. hæred. l. j. §. suos. & j. eo. §. minus. Accur.

m Quibus. Scilicet suis hæredibus.

n Curijs. Erat. n. curia, siue corpus in qualibet ciuitate, quæ curia indigebat officialibus, vt negotia expedirentur: vt in Auth. de defen. ci. §. nulla. in h. colla. iii. vnde qcunq; vellet nãlẽ suũ filiũ dare illi curię: vel ipsemet filius post mortẽ patris se offerre, nõ extãtibus legitimis, vel pater testõ illud dicat, legitimus fiebat. vt in Auth. quib. mod. nat. effi. sui. §. quod verò. & §. si quis igitur. col. vj. sicut fit remissio peccatorũ ij. qui vadunt vltra mare. [x]

o Diualium. Id est, principum scilicet Theodosij & Leonis: vt C. de nat. lib. l. si quis. & l. quoniam.

p Necnon eos. Scilicet necesse est connumerari inter suos. Accur.

q Constitutiones. C. de na. li. l. cum quis. & l. nuper.

r Sustulerit. Id est, habuerit.

s Instrumenta. In quibus contineať matrimonium inter Titium, & Bertã esse ꝯtractum, & dotẽ datã esse: q instrumenta dotalia, vel nuptialia dicunt. & sine his duob. s. scriptura, & dote dicit P. non valere matrimonium: quia lex plerunq; de his dixit tali casu: vt hic, & i. de nup. §. fi. nõs alias: vt ff. de regu. iuris. l. nupt.

[Margin notes:]

Intestatorũ hrḋitates ad quos, quo ordine deberẽt, ptinere, ꝯstituisse vr Moses Hebręorum diuinᵒ legislator. qua de re vide Nume. c. 27. Porro cũ hæc iuris ciuilis ps variè iactata, & tñ nõ cõfusa esset apud Romanos Iustinianus editis Nouellis cõstitutionibus, & in primis Cõstit. 118. certũ & simplicẽ ab intestato succedendi ordinẽ præscripsit. Testari alij noluẽt, alij non pñt. Testm ꝓ duo rũpitur.

[t] Intellige vt ibi ꝓ Io. Fab. Por. & Ange.

Imo q̃ꝰ to gradu ſm eũdẽ Nicol.

Prima est melior secũdũ Nico. Et qñ cõpositũ ꝓ simplici, & ꝯ capiatur tractat Mando. in Gl. Facult. §. sane. in ver. obtinebat.

[u] Scilicet ab intestato, secus ex testõ. & quo dic vt ꝓ Ange. i §. hodie. i. de adop. Ita hoc nõ obtinet in feudo. et nouo, et si cũ ꝯsensu dñi adoptetur agnatᵒ. & adoptiuᵒ. in ti. si de feudo fu. ꝯtro. & de suc. feu. c. j. vt per Ioan. Fa. & Ange.

[x] Peccata remittuntur peregrinantibus.

habuerit: non solum eos liberos, q post dotē editi sunt, iustos ᵃ & in ptāte patris esse: sed ēt anteriores, † qui & ijs, q postea nati sunt, occasionē legitimi nominis præstiterunt, ᵇ Quod obtinere cēsuim⁹, ᶜ & si nō pgeniti fuerint post dotale instrumentū confectū liberi: vel etiam nati ab hac luce subtracti fuerint.

*Nepotes & infrà hos. etiā posteriores, tum demū suorū nomine digni sunt si in potestate constituti, primarias ēt partes in gradu occupent. quod accidit si, qui eos præcedebat, viuo ad huc parente desierit in potestate esse.*

Ita demum tñ nepos, neptisve, pronepos, pneptisve suorū hæredū numero sunt, si præcedens persona desierit ᵈ in potestate parentis esse: siue morte id acciderit, siue alia rōne, veluti emancipatione. ᵉ Nam si p id tēp⁹, ᶠ quo quis ᵍ morit, filius in ptāte eius ʰ sit: nepos ex eo ⁱ † suus hæres esse nō pōt. idq; & in cæteris deinceps liberorum personis ᵏ dictū esse intelligimus. Posthumi quoq;, qui si viuo parente nati essent, in potestate eius futuri forent, sui hæredes sunt. ˡ

*Suus hæres statim post mortem parentis efficitur hæres, ēt ignorās, licet sit pupillus, vel furiosus, & sine authoritate sui administratoris*

Sui aūt hæredes fiunt etiam ignorantes: ᵐ & licet furiosi sint, hæredes ⁿ possunt existere: quia quibus ex causis ignorantibus nobis adquiritur, ex ijs causis & furiosis adquiri potest. ᵒ Et statim morte parentis quasi ᵖ continuatur do-

nuptias non dicimus valere matrimonium: ¹ vt C. de nup. l. si vicinis. & in Auth. de nup. § nuptias. colla. iiij. sed non fieri liberos legitimos: vt in Authen. de trien. & semis. §. fi. colla. iij.

a Iustos. Repete iussimus.

b Præstiterūt. Scilicet primi. nam & ob hoc retinet qdā prius cōcubinas, ² vt experiant an ex eis possint filios habere, vt postea accipiāt eas in vxores, vel repellant. quod scilicet vt repellantur, in vxore prohibitum est, vt in Authen. qui bus modis natur. effic. legiti. §. quoniam. colla. vij. ADDITIO. Nota cautelam gl. quæ vult habere filios, sed dicta cautela nō est bona quo ad animam, quia omnis fornicatio est hodie prohibita: vt dixi supra, de nuptijs §. si aduersus. & §. fin. Ang.

c Censuim⁹. Quasi dicat: non solum si nascantur postea, & viuant cum primis, siue non nascātur aliqui, siue etiā nascant, & moriantur; vt C. de natur. lib. l. nuper. Et nota, q etiam si legitimos habēt ex vxore quōdā: tñ hæc valēt: ³ & siue ex libera, siue ex liberta, siue ex serua, quam postea manumiserit. & in vxorem duxerit, hæc seruantur: vt in Authē. de incest. nup. §. fi. colla. iij. & in Authen. de trien. & semis. §. fina. colla. iij. & in Authen. de filijs ante do. instrumenta natis per totum tit. colla. iij.

Ita demum. CASVS. Dñe, vos iam dixistis mihi ſ. q nepos, & neptis, & pronepos, & proneptis, in numero suorum hæredum computant, si persona directò præcedens desierit in ptāte parentis esse, siue hoc contingat morte, siue capitis diminutione. Si. n. eo tpe, quo quis moritur, filium habuit in potestate: nepos ex eodem filio procreatus suus hæres auo esse non pōt: quia pater eius gradu præcedens eum a iure sui hæredis excludit, & idem est in pnepote intelligendum & in cæteris liberorū personis. Si. n. aliquis ex filio nepotem habuerit: ex eodem nepote pnepos non poterit suus hæres existere. Nepos. n. i. pater pnepotis ipsum pnepotem tanquam in remotiori gradu constitutum a iure sui hæredis excludit. Et hæc dicūtur vsque ad illum §. posthumi quoque.

d Desierit. Sed nonne filius præcedit nepotem ex altero filio vno gradu. vt ī. de grad. cog. §. primo gradu. & §. ij. & tñ nō excludit, ⁴ vt ī. eo. §. cum filius? Rñ non videtur præcedere, cum sui patris locum obtineat: vt in d. §. ī. eod.

e Emancipatione. Vel capitis diminutione maxima, vel media, non autem captiuitate: vt ſ. quibus modis ius patr. potest. sol. § si ab hostibus. & ff. eod. de suis, & legi. hæred. l. j. §. si alius.

f Nam si per id tempus. Contra ī. eod. §. cum autē quæritur. in princip. Sol. vt infra titu. j. §. proximus. Accursius.

g Quis. Veluti auus.

h Eius. Scilicet aui.

i Ex eo. Scilicet auo.

k Personis. Cum omnes liberi appellentur: licet post tri nepotē impropriè: vt ff. de gradib. l. iurisconsultus. §. parētes. & ff. de verborum signific. l. liberorum.

Posthumi quoq; CASVS. Domine, iam vos plures connumerastis mihi qui inter suos hæredes connumerari pñt. nunquid sunt aliqui alij a prædictis, qui debeant inter suos hæredes cōnumerari? Respon. quod sic Non enim solum iam nati, sed etiam posthumi inter suos hæredes cōnumerantur: & hoc est verum, si tales sunt posthumi, qui si suo legitimo viuo parente nascerētur sui & in potestate eius essent futuri. Scire enim debes, quod sui hæredes siue iā nati siue posthumi etiam ignorātes hæredes fiunt: & licet furiosi sint, nihilominus hæredes existere possunt, & hoc ideo: quia ex quib. causis nobis ignorantibus acquiritur, ex eisdē causis etiā furiosis acquiri poterit: & statim post mortem parentis quasi continuatur dominium inter suū hæredem & defunctum, & ideo pupillis hæredibus suis nō est necessaria tutoris authoritas, ad hoc vt acquiratur eis hæreditas: cum suis hæredibus etiā ignorantibus (vt supradictum est) acquirat hæreditas: nec etiam furioso suo hæredi consensu curatoris sui acquiritur hæreditas: sed ipso iure: & hæc dicūtur vsq; ad illum §. interdum autem. Franc.

l Sui hæredes sunt. Cum habeantur pro natis quoties de eorum cōmodis quæritur: ⁵ vt ff. de sta. ho. l. qui in vtero. Et nota, quòd posthumus dicitur propriè, qui post humationem patris nascitur: & dicitur etiam impropriè ille, qui facto testamēto nascitur: vt ff. de iniust. rup. testa. l. iij. §. j.

m Etiā ignorātes. Et inuiti, & statim, licet iure prætorio abstinere possint: vt supra, de hæred. qualit. & diffe. §. sui. & ff. si quis omis. cau. test. l. j. §. prætermittitur. versi. qui sunt.

ADDITIO. Quod prætoris beneficium etiam si nō impetretur, competit ipso iure. l. ei qui se immiscuit. ff. de acquiren. hæred. Ang.

n Hæredes. Scilicet sui. alias non: nisi per curatorē, secūdū quosdā: vt C. de cura. fur. l. fi. §. sin itaque.

o Acquiri potest. Sic ff. de action. & obliga. l. si a furioso. in princ. & ff. si certum petatur. l. si à furioso.

p Quasi. Hoc ideo, quia in corporalibus dicitur pro-

Institu. Imper. a priè

¹ Idē Ang. in §. fi. ſ. de nup.

² Istā cautelam sequuntur Angel. & Por.

† Cōcor. cum hoc text. c. tāta. cū gl. j. ext. q fi. lij sint legitimi.

Mātrimonij sine scriptura & dote pt valere: sed nō filij legitimati.

³ Quod verum intellige ēt sine ipsorum consensu, & nulla de ipsis instrumento facta mentione. secus est in legitimatione facienda per rescriptum sm Ang. hic.

⁴ Idē Pa. Pla. & Ang.

† Nepos ēt ex alio filio præmortuo bene ēēt suus hīs vna cum isto filio viuo. Ægi. Per.

⁵ Idē Ange. in §. cū autē. ſ. de tut.

Posthumus dicit dupliciter.

priè continuatio : sed dñium est incorporale. Hoc re probo, quia & possessio est res incorporalis : & tñ vna cum alia continuatur: vt ff. de acqui. poss. l. Pomponius. §. præterea. & §. in doté. & §. si iussu. & §. sed & legatario. & §. pen. Dic ergo impropriè fieri continuationem : quia inter diuersa, non inter eadem fieri debet, sed pater, & filius vnum fictione iuris sunt : vt C. de impu. & alijs subst. l. vna. §. fin.

miniũ : & ideo nec tutoris authoritate op^9 est pupillis, a cú ẽt ignorãtibus adquiratur suis hrẽdibus hæreditas. Nec curatoris assensu adquiritur furioso, sed ipso iure.

*Qui ab hostib. captus suus esse desiit, etiam mortuo parente regressus beneficio postliminij retro semp suus fuisse fingitur. Item patre etiam post obitum maiestatis damnato, filius iure suitatis priuatur.*

Interdũ b aũt, licet in ptãte parentis mortis tpe suus hæres non fuerit, tñ suus c hæres parẽti efficitur. veluti si ab hostib. quis reuersus fuerit post mortem patris sui : ius enim postliminij d hoc facit. Per contrarium autem hoc euenit, vt licet quis in familia defuncti sit mortis tpe, tñ suus hæres non fiat: veluti si post mortem e suã pater iudicatus fuerit pduellionis f reus, ac per hoc memoria g eius dã nata h fuerit. suũ. n. hæredem habere non pôt : cũ fiscus ei succedat : sed pôt dici, i ipso quidem iure esse suum hæredem: sed desinere k.

*Nepotes ex præmortuo filio, eorum patris locum assumentes simul cum patruo, vel amita aui successionem cõsequuntur, in stirpes. s. non in capita : quòd si ex præmortuis fratrib. nepotes tantum supersint, quæque proles in eam dũtaxat partem succedet, quam pater, si superstes esset, assequuturus fuisset.*

Cum filius, filiave, &

a Pupillis. Aliàs si est hæreditas extranei, & nõ patris : tutoris authoritas, & pupilli actus necessarius est : nisi sit in fans: quo casu sufficit tutor: vt C. de iure delibera. l. potuit. & l. si infanti. §. parente. & ff. de tuto. & curat. dat. ab ijs l. impuberi.

Interdum autem. CASVS. Domine vos dixistis mihi s. q̃ illi censentur sui hæredes, qui erant in potestate parentum tempore mortis eorum. nunquid est illud generaliter verum, q̃ existentes in potestate tempore mortis fiunt sui hæredes, & nulli alij? Ad hoc rñdet, q̃ non. Quandoque enim contingit vt licet aliquis in potestate parentis tempore mortis non fuerit, nihilominus tamen suus hæres parenti efficiatur : sicuti contingit in filiofamil. ab hostibus capto. Nam si post mortem patris in ciuitatem reuersus fuerit, suus hæres patri efficitur. ius. n. postliminij semper fingit eum in ciuitate fuisse, & sic per consequens in potestate patris tempore mortis extitisse, & ita postliminium eum patri suum hæredem facit. Et non solum in hoc casu recipit prædicta regula instantiam : sed et in casu contrario. Contingit enim quãq; vt licet quis in ptãte defuncti tempore mortis fuerit, tamen hæres suus existere non possit : veluti si pater eius post mortem suam iudicatus fuerit reus perduellionis, & per hoc memoria eius damnata sit. nam in hoc casu, licet filius in potestate patris tempore mortis extiterit, suus hæres patri esse non poterit. Pater. n. cuius memoria per sententiam damnata est, suum hæredem habere non pôt : cum fiscus ei succedat. & hæc sunt vera de iustitia primitiua. sed hodie dici potest ipso iure filium suum esse hæredem : licet postea sententia lata contra memoriam patris desinat esse suus hæres. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. cum filius filiave. Fran. de Are.

b Interdum. Vt ff. de suis, & leg. l. j. sed si quis. ver si interdum. Accur.

c Suus. ff. de testa. l. lege Corn. in fi. contra. Sol. ibi il le qui fuit captus, non fuit reuersus : sed hic sic.

d Postliminij. Quod fingit eũ semp in ciuitate fuisse, vt quib. mod. ius pa. pote. sol. §. si ab hostibus.

e Post mortẽ. Nõ. q̃dã delicta transire cõ hæredem etiam lite non contestata, vt læsæ maiestatis in duobus casibus, quando quis contra principem, vel rempublicã fuit molitus : aliàs non : vt ff. ad legẽ Iul. maiest. l. fin. & his duob. casib. hic tñ loquit. Item de residuis, & peculatus, & repetũdarum : vt ff. ad legem Iul. repet. l. vna. Item apostatarum: vt C. de apost. l. ij. & l. apostatarum. in fi. Quædam ẽt non transeunt lite non contestata, vt omnia alia publica. vt ff. de accu. l. ex iudiciorum. Alia contestata lite transeunt, aliàs non: vt omnia priuata delicta : vt C. ex delic. de fun. l. j. & cõ. de perpet. & tempo. actio. §. non autem.

f Perduellionis. Ideo dicit perduellioni s: qa p duellũ fiebat certamẽ. si aliquis criminis huius dicebat reus : q̃ aliquid in ipsum principem, vel rem publicam fuisset molitus, sm Pla. Et pôt dici hoc, & defendi : quia & secundum iura Romana vi detur posse fieri debere pugna : & sunt aliqua ar. vt ff. ad legem Aquil. l. qua actione. §. si quis in colluctatione. & ff. de re iudi. l. commodis. & ff. de his, q notant infam. l. athletas. & de athletis. l. j. C. li. x. & ff. de excu sa. tuto. l. athletæ. in prin. & C. q̃ res pign. oblig. pos. l. spem. & ff. de dona. l. donationes. in fi. his enim legibus habetur mentio de tali pugna : quæ nõ fieret, nisi de iure esset. Vel dic perduellionis, id est hostilis criminis. nam perduelles hostes dicuntur: vt ff. de verb. sig. l. quos nos. [illegible]

g Memoria. Nam ipse cum sit mortuus, non potest damnari nisi a Deo : vt ff. quæ senten. sine appella. re. l. penult.

h Damnata. Hoc scilicet modo, pronuntio contra imperium Lucium fecisse : & ideo bona eius in fiscũ inferri. nam per hoc memoria damnatur : & infamia quadam defunctus afficitur : vt supra ex quibus causis man. non sic. §. j. & ex tempore commissi delicti alienationes ab eo factæ non valebunt : vt C. ad legem Iuliam maiest. l. penul. in fi. & ff. de dona. l. donationes. §. fi. Accur.

ADDITIO. Ex hoc loco notari pôt, q̃ de crimine alicuius etiam post mortem quærere licet. quod verum est si agitur propter bona, vel contra personã, & bona : secus si contra personam, vel de persona tantum : quia tunc non licet : cum crimina morte extinguantur. Vide pro hoc gl. not. in c. a nobis. secundo, de sentẽ. excom. in notula. puta in hæresi &c. Iurium allegationes breuitatis gratia omitto, quas illic videre poteris.

i Potest dici. Scilicet verius.

k Desinere. Scilicet lata sententia. Nã nõ facit ipso iure desinere hæredem suum esse tale delictum.

Cum filius. CASVS. Quidam decessit, qui tpe mortis habebat filium in potestate, & ex altero filio præmortuo nepotes. Modo quæro, vtrum ille, qui gradu præcedit nepotes ex fratre suo, a successione in testati parentis illos nepotes debeat excludere? Ad hoc rñ. q̃ non. Cũ. n. filius, filiave, & ex altero filio pmortuo nepos

Hoc verũ secundũ Bar. de iure ciuili: nõ aũt de iure gẽtium.

Scilicet Romanorũ: arg. l. eũ qui vectigal. ff. il ver. sig. Idem in alijs ciuitatib. sm gl. in l. taliciter. C. de aboli. Quod est verũ si nõ recognoscit superiorẽ : aliàs sec^9. vt gl. in l. j. in princ. ff. ad l. iuli. ma. dic vt per Ang. hic.

De iure canonico est phibitum tali b^9 pugnã tib. mini strari sacramẽta, maximè q uocãti: vt ij. q. õ. iiij. monoma-chiã. & Specu. de accu. § fe quit. ver. qd si. An ge. hic.

Idẽ Fa. Pla. & est singula. sm Ang. hic. Crimina an post mortem possint inquiri.

udo nepos, vel neptis extiterit: omnes simul ad hæreditatem vocantur: nec ille, qui gradu ꝓximior est, in vlteriore gradu constitutos a successione excludit. Aequum. n. est visum esse, nepotes, & neptes in locum patris sui præmortui succedere. Igitur pari ratione si quis intestatus decedens habuerit nepotem ex filio præmortuo, ꝓnepotē, vel ꝓneptem: oēs pariter ad successionē vocantur intestati patris. Et quia i hoc casu placuit nepotes, & neptes, & ꝓnepotes & pronepteesin locum patris sui pręmortui succedere: conueniens esse visum est in stirpes, & nō in capita eos hæredes esse: ita videlicet, vt filius ex vna parte existens dimidiā hæreditatis habeat: & nepotes ex altero filio, siue sint duo, siue sint plures, alteram dimidiā consequantur: vt sicuti pater si viueret, vna cum fratre suo in vna dimidia totius intestato patri succederet: ita nepotes ex eo in locū eius succedentes ad portionem eius tantūmodo admittātur. Et idem est si ex duobus filijs præmortuis nepotes, vel etiā neptes existant: & ex altero fortè vnꝰ, vel duo: & ex altero filio præmortuo tres, vel quatuor. Nam in hoc casu, sicuti in superiori ad vnum, vel ad duos ex altero filio natos dimidia pars hæreditatis aui intestati pertinet: ita & ad tres, vel quatuor, vel plures ex altero filio natos altera dimidia pertinebit. Et hæc dicuntur vsque ad illū §. cum autem quæritur. Franc. de Aret.

ex altero filio [a] nepos neptisve existunt, pariter ad hæreditatem aui vocantur, nec qui gradu proximior est vlteriorem excludit. Aequum [b] enim esse videtur, nepotes, neptesque in patris sui locum succedere. Pari ratione & si nepos, neptisve sit ex filio, & ex nepote pronepos, proneptisve, simul vocantur. [c] Et quia placuit nepotes, neptesve, Item pronepotes, proneptesve in parentis sui locum succedere, cōueniens esse visum est, non in capita, sed in stirpes [d] hæreditatem diuidi: vt filius partem dimidiam hæreditatis habeat, & ex altero [e] filio duo, pluresve nepotes alteram dimidiam. Item si ex duobus filijs [f] nepotes, neptesve existant, ex altero [g] vnus [h] forte, aut duo, ex altero tres, aut quatuor: ad vnū, aut duos dimidia pars ꝑtineat; ad tres, vel ad iiij. altera dimidia.

*Vt quis suus dici queat, etiam destituti testamenti tempus inspicitur: quo fit, vt qui nepos mortis auitæ tempore suus non erat, si tamen destituto testamento priorem locum occupat, sui hæredis iura nanciscatur: modo viuo auo conceptus fuerit: alioqui nullatenus admittetur.*

Cùm † autem [i] quęritur, an quis suus hęres existere posit: eo tempore quęrendum est, quo certum est [k] aliquē sine testamento [l] decessisse. quod accidit, [m] & destituto [l] testō. Hac rōne si filius exhæredatus fuerit, & extraneus hæres institutꝰ, & filio mortuo [n] postea certū fuerit hæredem institutum ex testō nō fieri hæredē, aut quia noluit esse hæres, aut quia nō potuit. [o]

[a] Ex altero filio. Secus si ex filia: vt ĩ. eod. §. item vetustas. & ĩ. eod. §. diui.

ADDITIO. Hodie secus vt ibi nota. & in l. lege. in prin. C. de legi hæred. Accur.

[b] Æquum. Vt in Authen. quib. mod nat. effi. sui. §. ergo ibi, quid enim legalius. colla. vij.

[c] Vocantur. Idem est & si per bonorum possessionem vocentur: vt ff. de contra tabul. l. j §. vocanť: Sed contra ff. de contra tab. l. iij. §. j. Sol. non est contra: quia ibi præcedit filius: quia patris loco est adoptatus ad nepotem: vt ȷ̃. eod. §. ita demum.

[d] In stirpes. Infra tit. j. §. hoc etiam addendum. in fin. contra. Solu. vt ibi.

[e] Ex altero. Sic ĩ. eod. §. si sic. ff. de inoffic. testa. l. Papinianus. § proinde si ex duobus. sic & C. de suis & legiti. l. nepotes.

[f] Ex duobus filijs. Præmortuis.

[g] Ex altero. Scilicet filio.

[h] Vnus. Scilicet, nepos.

Cùm autem quæritur. CASVS. Dñe, ĩã vidi, qui sunt hæredes: & qualiter sui hæredes succedunt, siue sint in eodē gradu, siue in diuersis gradib. constituti. Dicatis ergo mihi, qñ quærendum est, an aliquis suus hæres esse possit? Ad hoc respondet, Amice, cū quæritur, an aliquis suus hæres existere possit, eo tpe quærendum est, quo certum esse cœperit eum intestatum decessisse. & hoc contingere potest, etiā testamento destituto, quod patet tali exemplo. Quidam qui habebat filium in potestate, & ex filio nepotem, cōdidit testamentum, & in testamento suo quendam extraneū instituit hǣdē, & filium proprium exhæredauit. mortuo testatore ante āditā hæreditatem decessit filius exhæredatus: mortuo filio, extraneus hæres scriptus deseruit testamentum; vel fortè quia noluit adire hęreditatem, vel morte, vel alia causa impeditus hæres eē nō potuit. in hoc casu cum certum esse potuerit hæredem institutum ex testō nō fieri hęredem, nepos ex filio præmortuo suus hæres auo ab intestato existit: qa qñ certum est patrē familias intestatum decessisse: & ita causa testamenti redacta est ad causam intestati, solus nepos suus hæres auo inuenitur. Et hæc obtinent, non solum si iste nepos viuente auo natus sit: sed et licet post mortē aui sit natus, viuo tñ auo cōceptus. Secus. n. esset, si post mortem aui conceptus fuerit, & natus: nam certè in hoc casu hæres auo existere non pōt, & hoc ideo: quia nullo iure cognationis patrem sui patris. i. auum suum attigit. Auo n. viuente nondum animal fuit. Et sicut ipse nepos post mortem aui ꝯceptus, & natus. suus hęres auo esse nō pōt: ita nec ille inter liberos cōnumeratť, quē filius emancipatus post emancipationem adoptauerit. vnde cum hi, videlicet nepotes nati post mortem aui, & a filio emancipato post emancipationem adoptati, nō sunt sui liberi, quantum ad hęreditatem de iure ciuili: neq; bonorum possessiones de iure prętorio petere pñt quasi proximi cognati. Et hęc de hæredibus dicta sufficiunt. Et hęc dicuntur vsq; ad §. emancipati autem. & litera planissima est vsq; ad fin. tit. Franc.

[i] Cum autem. Eo diligenter notato, qui sunt sui hęredes, nunc nota quo tempore quærendum est, qui suus hęres sit.

[k] Certum est ĩ. eo. §. ita demum. Ȝ. Sol. vt ibi dixi.

[l] Sine testamento. Quod contingit vij. modis: vt ĩ. eod. in prin. diximus, in glo. extiterit.

[m] Quod accidit &c. Scilicet, vt videatur quis sine testamento decessisse.

[n] Filio mortuo Scilicet exhæredato.

[o] Nō potuit. Morte præuentus: vt ĩ. eo. §. ita demū.

[1] Et sic nepos assumit ꝑsonā pris nedū ab itestato, sed & facto testō: qd postea impugnatur. Qd est verū si succeditur ei. hæreditario qa tūc iuris dispositio, quæ talis est, ꝯsiderať: secꝰ si ex fideicōmissario: quia cōsiderať affectio: q̃ naliter ē maior erga filios, quā nepotes. Ang.

[†] Vide ĩ. tit. j. §. ꝓximo qui declarat. hūc. Ægi. Par.

[l] Id est deserto.

a Solus. Scilicet suus hæres.
b Certum est. Scilicet nepotem suum hæredem esse, cum nullus præcedat eum: vt s. eod. §. j.
c Mortuo. Ante quàm adeatur ex testamento hæreditas, Vnde cōstat non transmitti ad filium de inofficioso querelã. imò etiam ea adita non trāsmittebat olim, sed hodie contra: vt C. de inoff. test. l. scimus. §. fina. & l. si quis filium. ibidē.
d Deserto. Scilicet ab hærede, qui non vult adire.
e Attigit. Nec .n. fuit proxim⁹ cognatus ei .s. auo viuo, quo viuo nōdū animal erat: vt ff. vnde co. l. j. §. siqs pxim⁹. Sed nūquid hodie p auth. succedit? vt in Auth. de hrd. ab intesta. §. j. col. ix. P. dicit q̃ sic: quia naturalis causa tantū spectatur. Ioan. contra: ¹ quia nec iure prætorio, quo casu naturalis inspiciebatur, admittebat̃: vt sequitur: vt j. eo. §. emancipati. & ff. de suis & legi. l. Titius. & l. pe. ADDITIO. Et hæc est cōmunis opinio: vt per Ioan. Fab. & per Ang. hic.
f Hi autem. Scilicet concepti, & nati post mortem aui.
g Quasi proximi cognati. Id est, tanquā agnati. nam agnati sunt proximiores, quam cognati. Nunquid ergo tertio ordine inter cognatos vocantur? Resp. M. q̃ sic: vt ff. eo. l. j. in fi. & in glo. fi. Ioan. contra: quia ibi de cōceptis prius natis postea loquitur, secus si postea concipiuntur, & nascuntur, vt hic: ¹ & ff. de iniu. rup. test. l. si qs filio. §. nō fuisse.
h Neque enim. Bona ratio. vt s. de hę. quali. & diffe. §. sui. & s. eod. §. j. ibi, sui autem &c.
i Neque vllo alio iure. Scilicet neque vt patroni: neque vt agnati, quos vocat lex xij. tab. vt j. ut. j. in pri. & j. de suc. li. in prin. aliàs econtra: vt j. u. j. §. fin.

¹ Idē Fab. Pla. & Angel.

² Sequuntur Io. Fa. & Ang.

³ Et hęc cōiter tenet: q̃ hodie procedit q̃ñ filius fuit nitè & iustè exhæredatus, nec secuta aditio. iuxta glo. fin. i §. ex hæredatos. i Auth. de hęredi. & tal. aliàs virtute trāsmissionis bñ admittitur, vt p Ioan. Fab. & Ang.

nepos auo suus hæres existet: quia quo tēpore certum est intestatum decessisse patremfamilias, solus ᵃ inuenitur nepos. & hoc certū est. ᵇ Et licet post mortē aui nat⁹ sit: tamen auo viuo conceptus, mortuo ᶜ patre eius, posteaq; deserto ᵈ aui testamento, suus hęres efficitur. Planè si & conceptus, & natus fuerit post mortē aui, mortuo patre suo, desertoq; postea aui testamento, suus hęres auo nō existet: quia nullo iure cognationis patrē sui patris attigit. ᵉ Sed nec ille est inter liberos aui, quem filius emancipatus adoptauit. Hi autem, ᶠ cum nō sint sui (quantum ad hæreditatem) liberi: neq; bonorum possessionem petere possunt quasi pximi cognati. ᵍ hęc de suis hæredibus.

*Emancipatus de iure ciuili incognitus ad successionem parentis nō venit: prętoris tamē beneficio per bonorū possessionem Vnde liberi, perinde admittitur, ac si in eius potestate mansisset. Ares.*

Emancipati aūt liberi, iure ciuili nihil iuris habent, (neq; enim ʰ sui hę redes sunt, qui in potestate parentis esse desierūt) neq; vllo alio iure ⁱ per legē duodecim tab. vocātur. Sed prætor naturali ęquitate motus, dat eis bonorū possessionē Vnde liberi, pinde ac si i ptāte parentis tēpore mortis fuissent: siue soli sint, ᵏ siue cum suis hęredibus ˡ concurrant. Itaq; duobus liberis existentibus, emancipato vno, & eo, qui tempore mortis in potestate fuerit: sanè quidem is, qui in potestate fuit, solus iure ciuili hæres est, & sol⁴ suus hęres. Sed cū emancipatus beneficio prętoris in partem admittitur: euenit vt suus hęres pro parte ᵐ hæres fiat.

k Soli sint. Scilicet emancipati.
l Cum suis hæredibus. Scilicet cum alijs, qui remāserunt in potestate.
m Pro parte. Scilicet dimidia: vt ff. de verb. signifi. l. nomen filiarum. §. portionis.

*Emācipati filij q sese, adoptādos extraneo deder, ita demum naturali patri olim succedebāt, si eo viuo finita esset adoptio: quæ si eo mortuo dissolueretur, nec ad eius, nec ad adoptiui patris successionē vllo iure peruenire poterant.*

At ij, ⁿ q emancipati a parente in adoptionē ᵒ se dederūt, ˡ nō admittunt ᵖ ad bona naturalis patris quasi liberi, modo cū is ᵠ moreret̃ i adoptiua familia fuerint. Nam viuo eo ʳ emancipati ab adoptiuo patre, perinde admittuntur ad bona naturalis patris, ac si emācipati ab ipso ˢ essent, nec nunquā in adoptiua familia fuissent. ᵗ Et conueniēter, quod ad adoptiuū patrē ptinet, extraneorū loco esse incipiunt. Post mortem verò naturalis patris emancipati ab adoptiuo patre: & quantū ad hunc adoptiuū patrem ptinet, æquè ᵘ extraneorū ˣ loco fiunt: & quātū ad naturalis patris bōa ptinet nihilò magis liberorū gradū nāciscūtur. Qđ iō sic placuit: quia iniquū erat, esse in ptāte patris adoptiui, ᶻ ad quos bona naturalis patris pertinerent, vtrum ad liberos ei⁹, ʸ an ad agnatos. ᶻ

n At ij. Scilicet vt canē̃ emancipati ad successionem patris sed si omnes. & hoc sequitur at ij. &c.
o Adoptionem. Id est, arrogationem.
p Non admittuntur. ff. de cōtra tab. l. iij. §. si quis filio. contra. Solu. ibi, nō valuit adoptio secūdum lo. sed hic valuit. Vel distingue, an detur extraneo, vt hic: an detur in adoptionem nepos ex filio emancipato patri eiusdē, vt ibi: ar. s. de adopt. §. sed hodie. Item in C. de adopt. l. pe. §. sed si qdem. ⁴ quæ est cōtra. Sol. illam intellige: vt j. eod. §. admonendi.
q Cum is. Scilicet pater naturalis.
r Viuo eo. Scilicet patre naturali.
s Ab ipso. Scilicet patre naturali.
t Fuissent. Vt s. de exhæred. lib. §. emācipatos.
u Extraneorū. Si autem morte patris adoptiui facti essent turis sui, durat agnationis ius inter eos, id est, inter adoptiuum & naturalem filium adoptantis non emancipatū, vt sibi succedat: vt ff. de grad. afh. l. si filium naturalem & l. nō facile. §. cognationis. & ff. vnde cognati. l. j. §. cognationē. & de adoptio. l. antepenul. M. Item & ipsi adoptiuo patri succedunt: vt j. eod. §. sed ea.
x Adoptiui. Post emancipationē, nō prius: vt s. eod. §. in testatorū. vertic. nec interest.
y Eius. Scilicet naturalis patris.
z Ad agnatos. Nā si non emancipati esset ̃tum est, quòd filij non succedunt naturali patri: & ita agnati succedūt: vt s. proxi.

⁴ Dic q̃ ista differētia est fm ius antiquū, quã fm nouū debet dici contrarium q̃ q̃ñ datur ascendēti non admittit̃ ad successionem patris naturalis, q̃ñ extraneo sic: vt s. de adopt. §: sed hodie fm Ioan. Fabr. Sed tu dic melius fm Io. de Pla. q̃ hic loquitur de arrogatione: ibi de adoptiõe. Ang.

⁵ Et ij, q ab ipso patre i adoptati sun., hęc prædicta verba vl̃ ad tex. sunt supplēda, vel textus ita legēd⁹ ē. At ij, q emācipati, in arrogatione, & ij qui a parēte in adoptionē dati sunt, aliàs Tribonianus videret̃ pulchre hallucinat⁹: vt scribo j. e. §. sed ea ola. in prin. Ang. Per.

Aequè dictio hic nō cōiungit casus pariformiter, & de filius naturaMādo. glo. Facu. §. & i ipsiue. æqua.

supra primo. & ff. vn lib. l. j. Si aût emanciparet, succederent filij: vt s. pxi. §. & sic in eius potestate esset, ad quem bona naturalis patris ptinerēt: quod est absurdum & ɔ̄ regulam iuris, vt hic, & ff. de hæred. institu. l. illa institutio. circa princip.

de legat. præstan. l. nonnunquam. Accursius.

ADDITIO. Quod facit ad quæstioné vt ex consensu alicuius, qui debuit in electione adhiberi: & ipso nolente, cæteri q interfuerunt, possint eam dicere nullam. Dic vt in c. quod sicut. extra. de electio. per Ioan. Fab. hic.

ADDITIO. Item qa tunc vt, q auferret ius quæsitū agnatis quod est inconueniens. Et ex his nota, q neque ex testō, neque ab intestato potest esse voluntas captatoria. Angelus.

*Filius legitimus, & naturalis emancipatus vocatur ad bona patris naturalis beneficio prætoris. Sed filius adoptiuus emancipatus nullo modo potest admitti ad bona patris adoptiui. Are.*

Min⁹ ergo iuris [a] habēt adoptiui filij, q̄ naturales. Nāq; naturales [b] emācipati, bñficio ptoris gradū liberorū retinēt, licet iure ciuili pdāt. Adoptiui verò emācipati, [c] & iure ciuili pdūt gradū liberorū, & a ptore nō admittunť, [d] & re ctè. Naturalia .n. iura ciuilis rō [e] perimere nō pōt. [f] nec quia desinunt sui hæredes esse, possunt desinere filij filiæve, aut nepotes neptesve esse. Adoptiui verò emancipati [g] extraneorum loco incipiūt esse: [h] qa ius, nomenq; filij filiæve, quod p adoptionem consecuti sunt, alia ciuili rōe, id est, emācipatione perdunt.

*Filius legitimus & naturalis in ptāte, vel emācipatus, habet cōtra tabulas de iure ptorio si sit pteritus: nisi fuerit in adoptiua familia tunc tēporis: adoptiuus verò secus.*

*Quò huiusce tituli perfectam notitiam, veramq; graduum cognitionem intus, & in cute oculari quadam inspectione assequaris, ad cuiusdã arboris figurã, quæ non ab re hic inseritur, accurrito. Ad hæc si, quid sit cognatio, quid gradus, quid linea, quid affinitas, ac plurium deniq; vocũ significationes scire concupiscas, amplissimus de grad. affinitatis tractatus ex Pandectarum tricesimooctauo lib. decerptus, omnia egregiè tibi suppeditabit.*



Oc loco ne-

e Integri iuris. Id est nõ emancipatis.
f Diminutione. Tertiæ partis forte.
g Eos. s. fratres emãcipatos. Accur.
h Cognatis. Scilicet anteponit: & sic vocantur cum fratribus, & agnatis, & cognatis vlterioribus præferuntur.
i Eos etiam. Non solum agnatos capite minutos: vt supra &c.
k Tertio gradu. Scilicet cognationis.
l Liberi. Vt s. de hæred. quæ ab intest. §: admonendi.

ADDITIO. Dic, hodie immutatum est: vt habetur C. de adop. l. penult. Ang.

m Eodem gradu. Scilicet tertio, puta cognationis.
n Species est. Nam agnatio genus est. Cõsanguinitas, est illa, quæ inter fratres tantum est: vt ff. de suis & legit. l. ij. primo respon. & supra de legit. agnat. successio § j.

Consanguinitatis ius est species agnationis. Consanguinitas est inter fratres.

o Cognati sunt sibi. Sic ff. eodem, l. si spurius.
p Itaque omnib^9. Inter se & cum matre: vt ff. vnde cogn. l. hac parte.
q Hoc loco. Iste §. comunis est ad totũ istum titulum, & illum s. de legit. agna. succes. sic s. titu. j. §. fina.
r Legitimis. Scilicet agnatis.
s Proximitatis. Id est, cognationis.

Proximitas.

t Prætor. cautè tacet hic de iure ciuili. nam cognati de iure ciuili non vocantur. Accursius.
v Vsq; ad sextum. Imò videtur, quod vsque ad quintum annum vocent, tam agnati, quam cognati: vt ff. de vetera. mili. suc. l. ij. fin. Sed respon. illa etiam in castrensibus loquitur, hæc in alijs. Vel dic, quod ibi ita erat de facto, s. quidam in quinto gradu: & ita factum narrat.

x Et septimo. Subaudi, qui sunt.
y Natæue. Sed nũquid sunt alij in septimo gradu? Resp. multi & alij esse possunt: vt colligitur j. ti. j. §. vj. Item & quare magis hi vocantur, quã alij in septimo gradu? Rñd. quia hi respiciunt inferius lineã trãsuersalẽ, alij oẽs superius: vt arg. ff. vñ liberi. l. scripto. in fi. Sed nũquid corrigitur hodie distinctio huius §. per Authent. de hæredi. ab intest. § j. coll. ix. vbi nulla inter agnatos & cognatos differentia fit? R. dicit omnes in infinitũ succedere, & sic corrigi, quod hic dicitur. Nos oẽs vsque ad x. gradum vocamus: non autem trahim^9 agnatos ad cognatos, cum extendere successionem debeamus: id est velim^9. vt j. de bo. pos. §. adhuc. arg. s. de pa. cõ. l. lege. t & in Authen. de nup. §. deinceps. colla. iiij.

ADDITIO. Quod dictum est, patet. in authen. in suc. C. de suis & legi.

* Hic colligi pt ex verbis gl. quod nõ liceat ducere arg. ab enũtiatiuis verbis legis, quod sæpe accidit, vt hic & l. ex his. C. de testa. mil. Cognati & agnati pariter succedũt hodie vsque ad decimũ gradum. t Sol. ibi maior tractatur ad minoré quia cõstat partes in hoc cõuenisse. ad hoc satis cõstat de mẽte legis succesionẽ ampliare voleri. Præterea cũ text. hodie vocet cognatos & agnatos: cõstat eos cæteris legitimos & vt legitimos succedere vsque ad decimũ gradũ, vt iiic. arg. s. e. in pri. Ang.

DE GRADIBVS cognationum.

*Quoniã in succedẽdo admittitur qui est proximior in gradu: vt cõprehendatur quoto gradu quis sit, ponitur isto tit.*



Oc loco. Iste titulus diuiditur in plures partes. Primo continuat mãm. Secundo, incipit dinumerare gradus. Tercio dat vnam regulam gñalem in gradibus ad cognatos. Quarto ponit, quomodo numerentur gradus agnatorum. Secunda ibi, quare in. Tertia ibi, hactenus. Quarta ibi, Agnationis.

† Similis tit. est ff. de grad. affi.

Continuatio.

Diuisio.

Necessa-

Iurisconsultus. §. patruus. & C. de successo. edict. l. j. Sed Ro. con.

a Filius, filia. Isti nominatiui regunt superiores genitiuos ab illo versi. item fratris &c. Et sunt omnes isti in quinto gradu lineæ collateralis respectu descendentium.

b Propius sobrino. Quasi dicat, qui filius dicitur propius sobrino, & filia quæ dicitur propior sobrina.

ADDITIO. Vel dic, & fortè melius, sensum textualem esse quod propior sobrinus, & propior sobrina sunt in quinto gradu. Et qui sint tales, declarat textus subiungens, Hi sunt patrui & cætera. Est enim propior sobrinus filius patrui magni, vel amitæ magnæ, & idem dicas de propiore sobrina, quòd scilicet sit filia & cætera. vt clarè patet in arbore. Qui aliter intelligeret, arborem corrumperet.

c Hi sunt. Subaudi in quinto gradu lineæ collateralium ex parte ascendentium, scilicet filius patrui mei magni, & similium, de quibus dicitur hic, & ff. eo. l. j. in fi. & l. ij.

d Generata quæque &c. Hoc est verum, si vna ab vna non si plures ab vna: vt ff. eo. l. iurisconsultus. §. triscamus. & hoc est verum ex omni ordine graduum secundũ nos. Sed secundum canones ex latere transuerso aliud est: nam quem nos dicimus in secundo, ipsi dicũt in primo quem nos in quarto: ipsi in secundo, & sic de singulis. vt in Decret. xxxv. q. v. cap. ij. Sed fuit eorum consideratio bona pp matrimonia: nostra etiam bona pp hæreditates quæ per gradus deferuntur: vt j. de bonorum possessio. §. quos autem. & ff. eodem, lege iurisconsultus. in principio.

ADDITIO. Idem in statutis, & pactis, vbi de pacto non agit, secundum Ang. hic no hanc glo. quæ allegatur quotidie, quod in concernentibus peccatum præualet ius canonicum etiam in terris Imperij, & econtra in non concernentibus peccatum, præualet ius ciuile etiam in terris ecclesiæ, vt per Ang. hic.

e Adijcit. Hic potest colligi definitio gradus, vt dicatur. Gradus est numeratio singularum personarũ cognatione, vel affinitate sibi coniunctarum, quoto gradu vna persona distat ab altera optime indicans. Dictus quasi lapideus gradus: vt ff. eodem, lege iurisconsultus. Accursius.

† Propius sobrino ius dicatur, quod itẽ dicatur sobrini, eleganter ac diffusè tractat Ant. Aug. emẽdati. li. ij. c. v. Sunt autẽ Sobrini, qui ex duob. cõsobrinis nascuntur. Porro quod sobrini mei filijs ego propius sobrino sũ, quasi vno gradu propior quã sobrinus. Alijs propior sobrinus propior sobrina.

† Hæc, quæ parẽthesi inclusa sunt reijcienda eẽ tãquã notha & adulterina cẽset Anto. Augu. eo ipso loco, quem modò citauimus quę nec in ueteribus exẽpla. habẽtur. Debuisse autẽ ait Iustinianũ consobrinos cũ nepoub. sexto gradu enumerare.

† Et sic I directa li nea ascendentium nõ est differentia:

mitini, & amitinæ filius, filia: a propius sobrino b propius sobrina: † hi sunt c patrui magni, amitæ magnæ, auunculi magni, materteræ magnæ filius, filia.

*Tritauus, & aliæ personæ hic enumeratæ sunt in sexto gradu.*

Sexto gradu supra tritauus, tritauia: infra trinepos, trineptis: ex trãsuerso fratris, sororisque abnepos, abneptis, & cõueniẽter abpatruus, abamita, id est, abaui frater, & soror, abauunculus, abmatertera, id est, abauiæ frater, & soror. Item propatrui, proamitæ, pauunculi, promaterteræ filius, filia. (Item propioris sobrini, sobrinæve filius filia. †) Item sobrini sobrinæque, i. qui quæve ex fratrib. vel sororib. patruelib. vel cõsobrinis, vel amitinis progenerantur.

*Vnica persona adiecta alteri personæ per carnis propagationem: facit gradum, tam in cognatis, quàm in agnatis. Aret.*

Hactenus ostẽdisse sufficiat, quemadmodũ gradus cognationis numerẽtur. Nanque ex his palã est intelligere, quemadmodum vlteriores quoque gradus numerare debeamus: quippe semper generata d persona gradũ adijcit: e vt longe facilius f sit respõdere, quoto quisque gradu g sit, quam propria cognationis appellatione quẽquã denotare.

*In gradibus agnationis, & cognationis similis est cõputatio. Et quia facilius ostenditur res ad oculum corporalem, quàm intellectualem, ideo necessarium est hic arborem consanguinitatis inscribi. Areti.*

Adgnationis quoque gradus eodem modo h numerantur. Sed cũ magis veritas occulata fide, quàm per aures i animis hominum infigatur: ideo necessariũ duximus post enarrationẽ graduũ, eos ẽt præsenti libro inscribi: quatenus possint & auribus, & oculorũ inspectione adolescentes perfectissimam graduũ doctrinam adipisci. † k

ADDITIO. Gradus secundum doct. aliter diffinit, Gradus est distantia vnius personæ ab alia in linea consanguinitatis. Vel est habitudo distantiũ personarum qua cognoscitur quota agnationis, vel cognationis, seu affinitatis distantia.

f Longè facilius. Fit propter duas rationes. & quia vltra trinepotem, vel tritauum vocabula nõ inueniuntur specialia: sed superiores, & inferiores vocantur: vt ff. eodem, l. fina. §. parentes. & hoc, quia sunt plura negotia, quam vocabula: vt ff. de præscrip. verb. l. iiij. Sed vsque ad quem numeramus? Respon. vsque ad vij. cognatorum, & vsque ad x. agnatorum: vt ff. eod. l. non facilè. & supra titul. j. §. fina. nisi ratione demonstrandi vellemus vlterius numerare, nõ vtilitatis: licet decretistæ hic aliter dicant.

ADDITIO. No. quod decretistæ sapientium dicunt solum in collaterali linea, non autem in directa, vt supra dixi. Si vis ergo scire de duobus agnatis quoto gradu distant de iure ciuili: incipe ab vno, & computa ab illo descendendo ad personã mediam ex qua omnes descendũt: & postea descende ab illa vsque ad aliam, quam uis cõputare: & apparebit quoto gradu sit. Sed de iure canonico incipias a persona, ex qua descẽdũt, personæ de quarum gradu agitur. Verbi gratia. vis scire quoto gradu sunt filij duorum fratrum de iure canonico? incipe ab auo, & fac vnum gradum ad filium, & de filio ad nepotem ex alio fratre, qui similiter est in secundo gradu. vnde quoto gradu quilibet distat a stipite, tali gradu sunt inter se: remotior autem addit gradum, vt in cap. ad sedẽ. xxx. quæstione prima. Ang.

g Quoto gradu. Scilicet octauo, vel decimo.

h Eodem modo. Scilicet adiecta persona.

i Per aures. Vnde Horatius in arte poetica. Segnius irritant animos demissa per aures, Quam quæ sunt oculis subiecta fidelib. Certior aure arbiter est oculus: & vt ait Candaules in Herodoto magis incredulæ sunt hominibus aures, quam oculi. Aegi. Per.

k Adipisci. Vnde quidam habent hic Arborem. Accursius.

ADDITIO. Et in rei veritate debet esse cum text. & glossam requiran.

quia vtroque iure si personæ de qb. agit, distant inæqualiter: toto gradu distat remotior.

Ipsi. n. incipiũt à psona ex qua descẽdũt illi de quorũ gradu agit. Sed de iure ciuili incipim9 ab vno ex istis de qbus agit, extẽdẽdo ad stipitẽ, & ab eo iterũ descẽdendo ad aliũ. & quoto gradu distat remotior, toto gradu distãt inter se vt hic p docto.

† Debemus dare doctrinã p modũ magis facilem. Aegi. Per.

COGNATIONIS SPIRITVALIS, studiosissimis quibuscunque, præsertim ecclesiasticis, apta, & vtilis materia.



CHRISTOPHORVS Porcus, iuris vtriusque professor acutissimus, quia difficultates aliquas circa cognationis spiritualis materiam hic luculenter tractauit: eius mentem verbis non mutatis referre non erit absonum, neque a proposito alienum. quæ verba talia sunt.

Quæritur, an ratione cognationis spiritualis matrimonium impediatur? Circa quem articulum dicite breuiter, quòd inter compatrem, & commatrem impeditur matrimonium: ac etiam inter patrem spiritualem, & filiam susceptam ex sacro fonte, & hoc si ista cognatio spiritualis fuerit causata siue per sanctum baptisma, siue per sanctum chrisma. trigesima. quæstione quarta. cap. si quis vnus.

Addite prædictis, quòd si maritus, & vxor tenuerint aliquem, vel aliquam ad baptismum, vel chrisma, quilibet eorum efficitur compater, vel commater. d. capit. si quis vnus. & hoc verum, quando tempore cognationis spiritualis contractæ constabat inter eos matrimonium: secus si ex post facto fuerit contractum. capit. Martinus Bertam. extra. de cogna. spiritu. cum sua gl. Econtra autem si tenueris ad sacrum chrisma, vel sanctum baptisma filium, vel filiam meam ex alia muliere, quàm vxore, non efficitur tibi commater. cap. qui spiritualem. xxx, quæstio. iiij. Ratio, quia in contrahenda cognatione spirituali, maritus, & vxor copulant sibi actiones, & non passiones. Quod igitur agit vnus coniugum, intelligitur alius agere: quia sunt duo in carne vna. d. c. si quis. in fi.

Sed quid si fornicator teneat aliquem ad sacrum baptisma, an concubina efficiatur commater? Videtur quòd sic. Nam sicut vxor hoc casu ideo efficitur commater: qa est eadem caro cum marito. d. capit. si quis vnus. ita de concubina: quia qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur cum ea. xxxij. q. iiij. cap. in eo. Alij ibi tenuerunt contrarium, quorum sententia magis placet: quia absurdè dictum videretur, quod spiritualitas super re improbata causaretur: ex vtraque scriptura, & hominum opinione. Non obstat, quòd concubina & fornicator dicantur duo in carne vna: quia illã verba exponuntur, id est, duo conueniũt in eodem opere carnali. & ita exponit glo. in d. capit. in eo. Sed an vxore mea mortua potero mihi copulare eam, quæ fuit sibi commater ante matrimonium? Dicite ꝙ sic. cap. post vxoris obitum. xxx. quæstio. iiij. Sed quid de filijs duorum compatrum: an poterunt simul matrimonio copulari? Dicite ꝙ sic, siue nati fuerint ante compaternitatem, siue post: dummodo matrimoniũ non contrahatur cum eo, vel cum ea, per quorum alterum deuentum fuit ad compaternitatem. cap. j. & cap. super eod. extra. de cogna. spiritu. Christopho. Porcus iuris vtriusque doctor acutissimus.

Nota pro ampliori & faciliori intelligentia huius materiæ, quòd cognatiò spiritualis, quę impedit matrimonium ꝯhendum, & dirimit post ꝯtũ, oritur ex datione duorum sacramentorum duntaxat: quæ sunt baptismus, & confirmatio: nó autẽ ex aliorum datione, seu ministratione. patet in ca. fin. de cogna. spirit. lib. vj. Ratio est, quia in baptismo renascitur: & chrismatio frontis ipsum confirmat: quod non est in alijs sacramentis. Ioan. And. in d. cap. fin.

Nota vlterius, ꝙ ex hac cognatione xx. sunt casus prohibiti, scilicet x. ratione baptismi, & x. ratione confirmationis, ratione. n. baptismi ꝯhitur cognatio spiritualis impediens, & dirimens, vt dictum est,

Primò inter has personas.

*Baptizatum, & baptizantem.*
*Baptizatũ, & vxorẽ baptizantis prius cognitã:*
*Baptizatum, & filios baptizantis.*
*Parentes baptizati, & baptizantem:*
*Parẽtes baptizati, & vxorem baptizantis prius cognitam.*

Secundò inter has personas, videlicet inter

*Baptizatum, & suscipientem:*
*Baptizatũ, et vxorẽ suscipientis prius cognitã:*
*Baptizatum, et filios suscipientis:*
*Parentes baptizati, et suscipientem:*
*Parentes Baptizati, et vxorem suscipientis prius cognitam.*

Ecce decem casus prohibiti ratione baptismi. Totidem in confirmatione reperies, in qua sunt, confirmatus, confirmans, & tenens ante confirmationem, qui scilicet ponit fasciolam supra frontem post confirmationem episcopalem. De hoc vide

text.

text.cum gloss.in c.j.de cogna. spiri. lib.vj. ista clarissimè referantur per carmina sequentia.

*Spũalis ab his cognatio fit sacramentis,*
*Quæ sũt:baptismus:ac cõfirmatio frõtis.*
*Personasq; decẽ cõnectit quodlibet horũ.*
*Baptizans,huius vxor si cognita primo,*
*Ac eius nati sunt abluto sociati:*
*Cũ consorte thori,baptizãs atq; parẽtes*
*Fonte sacro loti,sunt tali fune ligati.*
*Baptizans,& suscipiẽs hic æquiparãtur.*
*In confirmato totidem reperire licebit.*

HAEC NOTA DILIGENTER: quia singularia sunt,& plurimum vtilia: nec est plures casus reperire, qui matrimonium dirimant.



QVæritur ad propositum materiæ præsentis de quæstione quotidiana, & apud vulgares satis dubia. Pone quòd duo, vel plures tenent aliquem in baptismo,nunquid isti inter se efficiuntur compatres? Innocentius (& bene) dicit quòd non. Vnde possunt adinuicem cõtrahere matrimonium. Nam quemadmodum compatres carnales, vt concubinarius, & concubina non prohibentur matrimonium contrahere:vt in ca.tanta extra.qui filij sint legi. ita & isti qui sunt compatres spirituales respectu baptizati, non debent prohiberi contrahere matrimonium. Et pro hoc facit text.& ibi glos.in cap.fi.xxx. quæ.iiij.vbi dicitur quòd maritus,& vxor non debent aliquem simul de sacro fonte leuare,ne infamentur de facto.nam vulgares existimant illos esse compatres.Hæc sunt verba Abba.Sicul.in c.Martinus.extra. de cogna. spiritua. De hoc in summula pauperum.

*Vnde versus.*

*Masculus & mulier puerum de fonte leuantes*
*Legitimè iungi poterunt;nec sunt prohibendi.*

Quæritur vlterius: Pone, quod tenui aliquam puellam in baptismo: volo contrahere cum eius sorore, an possim? Dicendum quòd sic.pater enim spiritualis si copuletur sorori filiæ spiritualis, bene tenet matrimonium.xxx.quæstione tertia.capitulo vltimo.

*Vnde versus.*

*Duco meæ natæ germanã spiritualis.*

Quæritur insuper: Pone, quòd filius meus tenuit in sacris fontibus filiam, volo cum illa filia postquam ad annos nubiles peruenit contrahere: an liceat? Dic quòd sic. Potest enim pater sumere filiam spiritualem filij sui carnalis; quia licet cognatio spiritualis de patre ad filios descendat: vt c. j. & c. super eo.extra.de cogna.spiri.non tamen ascẽdit de filijs ad patrem,cùm iure cautum non reperiatur:& edictum de matrimonio prohibitorium est:adeo,quòd cuilibet licet contrahere, nisi expresse prohibeatur.c.cum apud.extra.de sponsa.& matrimonio. Hoc notat Ioannes Theutonicus glos.decret.in cap.fina.xxx.q.iij. Hoc idem recitat & approbat Ioan.Andr.in cap. j. de cogna.spiritua.lib.vj.

*Vnde versus.*

*Esse mei nati coniunx,mihi spiritualis*
*Filia legitimè poterit,nec iure vetat.*
*Descẽdũt,& nõ ascẽdunt talia vincla.*

Multò plura de huiusmodi materia possent adduci:sed pro nunc hæc sufficiant. Si tamen vis videre, an per procuratorem talis cognatiõ spiritualis possit contrahi, recurras ad Bartol.in l.Gallus.§.forsitan.ff.de libe. & posthum. ad Ange.Aret. in §. illud. Instit.de nupt.ad Ioan.Andr.in regula,Potest quis per alium.de regu. iur. in vj.& ad Panor. in c.veniens. extra. de cog.spiritua. Decisionem tamen communem, & magis approbatam potes notare per versus sequẽtes: in quibus patet, quòd licet matrimonium per procuratorem possit contrahi.ca. fina.de procurat.lib. vj. non tamen cognatio spiritualis.

*Vnde versus.*

*Procurator habet nodos vincire iugales:*
*Non tamẽ hoc nex⁹ domino dat spũales.*

Pro præmissis & alijs huc spectantibus vide omnino. Quint.Mando.super signa.Gratiæ.titu.de dispensatio.matrimo. versic.cognatio spiritualis triplex est,cum ijs quæ sequuntur.

DEO GRATIAS.

Hactenus fœde hic hallucinatum est. Nam quum trinepos fratris, dicatur quasi tertius eius nepos, sicut tritauus quasi tertius auus .l. fina. §. sexto gradu. ff. de grad. affin. Clarum est, quòd filius trinepotis fratris, non potest dici quadrinepos ipsius fratris, quippe qui quartus eius nepos non est, sed tertij tātùm nepotis ipsius fratris filius. Quamobrē reposuimus in hac penultima cellula (fratris trinepotis filius, filia) sicuti & in vltima cellula (fratris quadrinepos, quadrineptis.) Nam nepotem trinepotis fratris, eiusdem fratris quadrinepotē, idest, quartum nepotem esse nemo ambigit, non quinquenepotē, vt praua hactenus inoleuit consuetudo. Ex aduerso item huius arboris latere, in penultima cellula sic emendauimus (Sororis trinepotis filius filia) expunctis his verbis (Sororis quadrinepos quadrineptis.) Et in vltima, in horum verborum locum (Sororis quinquenepos, quinq; neptis) Substituimus hæc, Sororis quadrinepos quadrineptis. Qua autem ratione moti id effecimus. vide glo. vsque ad quintum. §. multis alijs. infra, de succes. liber. quæ nō vocat filium trinepotis, quadrinepotē, sed trinepotis filium. Et ratio est: quia vltra tritauum, & trinepotem non reperiuntur vocabula specialia, vt vult idem Accursius, & rectè in §. hactenus. supra, eodem. hoc pacto locus hic nimia temporum vetustate iā pene obsoletus, impurèque temeratus, germanæ lectioni nobis authoribus nunc primū, vt spero restituet. Aegidius Perrinus.

Arbo.

## Arboris Ciuilis decimum ad gradum descendentis peculiaris declaratio.



Radus, lineæ, & cõsanguinitatis definitionib. omissis, sciendum, q numeratio pũctorũ: q sunt in cellulis, est numeratio graduum, habito respectu ad cellulam vacuam: a qua oẽs sumunt nomen, exceptis ijs, q pgenitiuũ nõsant. Hanc Ioan. And. nomine sui bidelli Petruciũ, vult vocari. Pũcti, q superiores sunt, cõputationẽ iuris can. denotãt. Illi aũt q inferiorẽ locũ tenent, cõputationẽ ciuilis iuris exprimunt, qđ canonico subesse ipsa graduũ situatio declarat. Ex prædicta cõputatione si diligenter inspicit, apparet, q in ascendentium, & descẽdentiũ numeratione ius vtrunq; cõcordat: quia in eis psona addita psonæ per carnis propagationem, gradum adijcit. Vt aũt hæc arbor cũctis innotescat, notandæ sunt tres regulæ.

Prima, Ascendentium, & descẽdẽtium, quot sunt personæ, de quib. quæritur, computatis intermedijs, vna dẽpta, tot sunt gradus inter eas. Verbi gratia: Abauus distat a Petrucio quatuor gradib⁹: & sic de alijs.

Secunda (secundum ius ciuile, cuius tantũ gratia hæc arbor fuit hic impressa) talis est: Collateraliũ in linea æquali quoto gradu quis distat à communi stipite, eodem duplicato distant inter se, vel sibi attinent. vt P. & pronepos propatrui distant viij. gradib⁹, cum abauum stipitem facis. Nam secundum leges quælibet persona gradum facit in collateralibus: vnde duo fratres duos efficiunt gradus.

Tertia. collateraliũ in linea inæquali quot sunt psonæ, stipite dempto, tot sunt gradus. vñ P. distat a ppatruo quinq; gradibus. Ab ei⁹ filio, sex: & sic de alijs. Non inutile forsitan iudicabit, si aliquid de cõputationis diuersitate inter ius ciuile, & cano. subiunxerimus. In legibus ob nihil aliud ipsa graduum mentio facta est: nisi vt hæreditas, vel successio ab vna ad alteram personam inter consanguineos deferatur. In canonib. verò ob hoc pgenies computat, vt aptè mõstret vsq; ad quotam gñationem a consanguineorum nuptijs sit abstinendum. Hac ergo de causa, quia hæreditates nequeunt deferri, nisi de vna ad alteram psonam: idcirco curauit secularis Imp. in singulis personis singulos perficere gradus. Quia verò nuptiæ sine duab. nõ valent fieri personis, ideo sacri canones duas in vno gradu constituere personas. Hæc habentur plene c. ij. xxxv. q. v. & ferme per tótam illam quæstionẽ. Et hoc idem not. hic Christopho. Porc. in versi. circa primum, ibi, secunda differentia. & Ioan. Andr. in declaratione huius arboris.

## Christophori Porcĳ in arborem & ipsius intelligentiam quæstiones plurimum vtiles.



Ro declaratione iuris cano. & ciuil. & etiam intelligentia huius materiæ, & eorum quæ pertinent ad illam, quædam videnda sunt. Primo qualiter fiat dinumeratio graduum de iure ciuili, & de iure canonico secundum vtriusque iuris rõnum diuersitatem. Secundo vsque ad quem gradum deferũtur hęreditates, & tutelę. Tertio vsque ad quem gradum copula matrimonialis impediatur. Quarto vsq; ad quem gradum possit Papa dispensare.

Circa primũ dicite, q quo ad lineam ascendẽtem nulla est dñia inter ius ciui. & ius cano. Vtroq; n. iure pr & mr sunt in primo gradu ascendentiũ, & similiter filius & filia descendẽtiũ: & sic s. & j. in infinitũ: qa in dinumeratione graduũ in linea ascendẽtiũ & descẽdentiũ vtrunq; ius habuit respectũ ad stipitẽ, s. ad primũ parentẽ vt hic, cũ gl. xxxv. q. v ad sedẽ. In linea transuersali inter ius ciuile, & ius cano. duplex ẽ dñia. Prima, qa iure ciuili frater, & soror sunt in secũdo gradu, iure canonico sunt in primo. Rõ differẽtiæ sumit ex regula iuris ciuilis, q dicit, q vnaquæq; psona adiecta nouũ gradum gñat, vt hic, in ver. hactenus. Vnde cũ ego sim in primo gradu patri meo, si nascat mihi frater, vel soror, ex generatione huius personæ causat nouus gradus: & consequenter appellat in secundo. Sed iure can. ideo appellatur in primo: quia ius canonicum nõ cõsiderauit dinumerationem graduum in linea transuersali, habito respectu ad stipitem. i. cõem parentem, sed cõsiderauit, q duo fratres, duæ sorores, tribuunt initium lineæ transuersali. & ideo in primo gradu illius lineæ illos cõstituit. Secũda differentia est, quia iure ciuili regula tradit q in linea transuersali sola persona adiecta nouum gradũ facit, vt hic. Iure aũt canonico p regula tradit, q ad causandum nouum gradum duæ personæ requirantur dicto c. ad sedem. Ratio differentiæ, quia ius canonicum dinumerat gradus rõne copulæ matrimonialis, vnde sicut ad causandum copulam matrimonialẽ requirit cõcursus duarũ psonarũ: ita ad causandũ gradũ quo ad eã. Sed ius ciuile dinumerat grad⁹ quo ad hæreditates, & tutelas. vnde cũ tutela, & hęreditas deferat de vna persona in aliam: nil mirum, si vnaquæque persona generat nouum gradum. Ista fuit rõ posita in dicto capit. ad sedem.

Quo igit ad inhibendam, vel permittendam copulam matrimonialem, dinumerabuntur gradus secũdum ius canonicũ: quo aũt ad tutelas, & hrditates deferendas, connumerabuntur secundum ius ciuile.

Circa secundum dicite quod vsq; ad decimum gradum deferantur hęreditates & tutelę: vidistis s. tit. j. §. fi. cum sua gl. & s. de capit. diminu. §. fi. de leg. agn. tute. in tex. & in gl.

Circa tertiũ dicite, q olim erat phibita copula matrimonialis vsque ad septimũ gradum agnationis vel cognationis inclusiuè: hodie aũt est phibita vsq; ad quartũ gradũ inclusiuè, dinumeratione facta sm ius cano. c. non debet. extra. de ↄsan. & affi. Sed hic dubitat: Pone, q vnus sit in quinto gradu transuersalium, alius sit in quarto, an impediat copula matrimonialis? Si inspiciamus personam existẽtẽ in quarto gradu, illa impedit. Si inspiciamus personã existentem in quinto gradu, pmittit. Dicite, q copula est pmittenda: quia quoto gradu remotior distat a stipite, eodẽ gradu distat a quolibet descendente. c. fi. extra. de consan. & affi. Illud tñ est palam, q inter ascendẽtes, & descendentes est phibita copula matrimonialis in infinitum. vñ si Adam viueret, vxorem habere non posset. §. inter eas. & ibi gl. s. de nup.

Matrimonij vsque ad quem gradũ phibetur.

Sed quid de gradu affinitatis? Dicite q licet olim rõne affinitatis esset phibita vsque ad tertium gen⁹, vt aliqui dixere: veritas tñ hodie est, q solum phibetur quo ad genus primum: vt no. gl. iij. c. non debet. extra. de consang. & affinitate.

Sed nũquid p ↄiunctionẽ illicitã causat affinitas? In hoc articulo non parcã in totũ verecũdię. Arch. xxxv. q. iij. extraordinaria. dixit p hãc dissolui mrimoniũ: & in hoc bene, sed nõ causari affinitatẽ, ppterea qa affinitas est irregularitas personarum ex nuptijs descendentium. l. non facile. §. affines. ff. de grad. vbi ergo nõ sunt nuptię, ibi non causat affinitas. Sed glo. tenuit ↄtrium in §. affinitatis. s. de nup. quę cõmuniter comprobatur per c. tuę. & per c. iordanę. & per c. discretionem. extra. de eo qui cogno. consang. vxo. suę.

Affinitas an ↄtrahat ex coitu illicito.

Stat igitur conclusio, quod per illicitam coniunctionem contrahitur affinitas. Sed quid si quis non intrauit claustra vuluæ, in circuitu tamen palpitauit, vel seras reserauit, sed opus non expleuit, an contrahatur affinitas? gl. in d. c. extraordinaria. dicit quod non. Item dicit illud quod non dico. Dicit Innoc. quod ad causandum affinitatem, requiritur concursus vtriusque seminis. Sed tamen causa euitandi peccata, ius canonicum, & sancta mater Ecclesia in dubio præsumunt ex copula concursum vtriusque seminis, & maris, & fœminæ interuenisse. c. iuuenis. extra. de spons. Adde te prædictis, quod si aliquis promiserit alicui illam accipere in vxorem, postmodum habeat copulam cum ea sine alijs verbis, intelligitur validum matrimonium extitisse contractum: nec cum alia contrahere posset, sed matrimonium postea cum alia contractum esset dissoluendum. c. is qui fidem. extra. de sponsa.

† Hoc loco nō cē affigēdū nouū titulū, sed totū hūc locū appēdicē cē tituli de Gradibus cognationum existimat Fran. Balduin. hoc ipso loco nec vllā i vetust. exēp. esse hic sectionē. atque hui⁹ suæ sniæ authorē laudat Theophilū græcum Institutionū paraphrastē.

Circa quartum dicite breuiter, quod in gradu ascēdentiū, & descendentium non posset Papa dispensare, vt copula matrimonialis contrahat. Non posset. n. Papa dispēsare, quod filia patri copularetur. Item nec in linea transuersali in gradu primo. vnde non posset Papa dispensare, quod fratri soror nubat. Item nec in gradu secūdo linea existente inæqualiter. vnde nō posset dispensare, quod nepus patruo nuberet, vel auunculo. In linea verò æquali bene posset dispensare, vt cōsanguineo copularetur, & ita cōiter concluditur in c. literas. extra. de restit. spol. facit. c. gaudemus. extra. de diuor.

Matrimonium semel contractū an possit per Papā dissolui.

Sed an Papa possit dispensare, vt matrimonium semel contractum dissoluatur? Dicite breuiter, aut matrimonium fuit per copulam carnalem consummatū, aut nō, priore casu nō pōt, posteriore aūt sic: quia primo casu effecti fuere duo in carne vna: secundo verò nō. Itē quia matrimoniū consummatū sortitur nām ex constitutione diuina, contra quā nō pōt Papa dispēsare, c. proposuit. & ibi, i. ius. extra. de conces. præb. sed matrimoniu nō cōsummatū sortitur nām ex constitutiōne Ecclesiæ, contra quam Papa bene potest dispensare. Ista est glo. ordi. in c. ex publico. extra. de conuer. coniug. in glo. h.

Sed nunquid maritus, & vxor possunt se separare? Dicite, aut copula non est subsecuta: & tunc quilibet eorum altero inuito potest separare matrimoniū per ingressum religionis. secus si copula fuerit subsecuta. nisi vterque concordauerit, quod vterque pariter intret religionem, vel alter qui remanet in seculo, sit talis conditionis, & qualitatis, quod nulla suspicio fornicationis sinistra sit contra eum. vt quia sit ætate confectus. c. quidam. c. verum. c. vxoratus. & cap. cum sis præditus. extra. de conuer. coniug.

DE SERVILI COGNATIONE.

Cōtinuatio.

*Quia suprà de cognatione, & successione cognatorum liberæ conditionis dictum est: nunc quia naturali iure inspecto inter seruos etiam cadit cognatio: & dubitari posset, an inter seruos esset successio: de seruili cognatione, merito subdit. Nec obstat. quòd inter illum tit. de succes. cog. et istum sit tit. intermedius, de gradibus: quia ex quo pertinet ad materiam horum tit. continuatio non vitiatur. l. reo. § fina. ff. de duobus reis. Porcius.*

## TITVLVS VII. DE SERVILI cognatione. †

*Cognationē seruilē, i. sanguinis necessitudinē quam seruorū filij cū parētib. habēt, antiqua iura nō adiuuabāt hodie autē serui nati, et deīde manumissi, nō modo parētib. ēt libertate donatis ex intestato succedūt, et parētes eis. sed ēt sibi inuicē, et cū reliquis fratrib. ex legitimis nuptijs, atque in libertate procreatis ad successionem vocantur.*



Llud certum [a] est, ad seruiles cognationes illam partem edicti, [b] qua proximitatis [c] noīe bon. possessio promittitur, nō pertinere. [d]



Llud certum. Totus iste tit. diuiditur in tres partes. Primo ponit verum serui habeāt ius cognationis contractæ in seruitute. Secundo infert ex rōnibus præpositis, videlicet quod nō semper sequitur, quod qui prior est in gradu, potior sit in iure. Tertio illa melius declarat. Secūda ibi, Repertis. Tertia ibi, Amoris.

Diuisio.

CASVS. Dñe, iam video, quod vos vultis tractare de seruil. cog. & specialem tractatum facere. Nam vos dixistis mihi supra ti. de succes. cog. circa quos in bono. pos. vnde cog. quam prætor proximis agnatis pollicetur, sola naturalis causa spectatur: nunquid igitur cognati in statu seruili concepti, & nati, & postea manumissi per bono. pos. vnde cog. in tertio ordine causa naturali inspecta sibi inuicem poterunt succedere? Ad hoc rñdet Iustin. quod nō: illud. n. certum est, eandem partē edicti prætoris qua bo. pos. iure cogna. permittitur, ad seruiles cognationes antiquitus non pertinere. Nec. n. illa antiqua lege talis cogna. quo ad onus tutelæ, vel ad cætera onera ciuil. computabatur: vnde visum erat hmōi cog. seruilem quo ad emolumentum successio. non computari: nec quo ad onera computabatur. & hæc vsque ad nostra tempora ita obtinebant: sed nos per cōstitutionem nostram, quam pro iure patron. fecimus, (quod quidem ius patron. vsque ad tps nostrum satis obscurum atque nube plenum, & vndique cōfusum fuerat) & hoc suggerente humanitate statuimus; vt si quis in consortio seruili constitutus ex libera, vel seruilis conditionis muliere liberū, vel liberos habuerit, vel econuerso mulier serua ex libero, vel seruo liberos cuiuscunque sexus habuerit, & tandem parentib⁹, & liberis ex seruili ventre natis ad libertatē peruenientibus, vel dum fortè ipsæ mulieres liberæ erāt, & ita liberi ab illis nati ingenui, & postea patres, qui hmōi liberos in seruili statu procreauerint, ad libertatē peruenerint, statuimus dico, in omnib. his casibus, vt oēs hi liberi ad successionem patris, vel matris ab intestato admittantur, iure patron. in hac parte penitus sopito. Nam hos liberos non solum in parentum successionem, sed etiam parentes in liberorum mutuā successionem authoritate prædictæ constitutionis nostræ specialiter vocamus: & hoc obtinere statuimus, siue hmōi liberi ex seruili matre nati, postea manumissi soli fuerint, siue cum alijs, qui post libertatem parentum concepti, & nati, ad successionem vocentur, siue ex eodem patre, vel eadem matre, siue ex alijs nuptijs procreati fuerint. & hoc statuimus ad similitudinem eorum: qui ex iustis nuptijs procreantur. Et hōc dicit vsque ad illū §. repertis itaque. Cætera plana sunt vsque ad finem tit. quia non pōt casus poni nisi secūdum quod litera tacet. h. d. Franc. de Aret.

a Illud. Aliàs est hic titulus, de seruili cognatione, aliàs non. Accursius.

b Edicti. Sunt enim quatuor partes successionis ab intestato: vt ff. quis or. in bon. pos. l. j.

c Proximitatis nomine. Id est, cognationis, vt sequitur: vt ff. vnde cog. l. j. §. pertinet.

d Non pertinere. Sed nec aliam aliquam, vt vel ipse succedat, vel ei succedatur: vt C. commu. de succes. l. seruus. nisi in tribus casibus: vt C. de ijs qui. vt indi. & ad Sylla. l. pen. & C. de suis & legi. l. apud nostros. & C. ad Orfi. l. fina.

1 Sed illud procedit fictione postliminij: vt ibi not. Ange.

Computa-

a Computabatur. Hæc videtur mala ratio: cùm magis iure prætorio, quod naturalē causam intuebatur, deberet coputari: vt s. de hæ. quæ ab inte. §. emācipati. quā ciuili. Sed dic q etiā ad alia, vt ad tutelas, & similia: nisi quo ad nuptias: vt s. de nupt. §. illud. & ff. de rit. nupt. l. adoptiuus. §. seruiles. i Sed nunquid dñs ex sui psona succedit cognatis serui? Rñ. nō: vt hic dicitur. Accur.

ADDITIO. Not. ergo acquiri domino ab intest. sicut ex testamento. Et est ratio quia ius solū defert hęreditatem ab intest. secundum quod seruus nihil est. l. quod attinet. ff. de re. iur. sed ex testamento defert voluntas testantis, quam ius sequitur. Aliud tñ est in monacho, & monasterio: vt l. Deo nobis. C. de ep. & cle.

b Nostra tēpora. Loquit Iustinianus.
c His. Scilicet parentibus.
d Ipsi. Scilicet parentes.
e In seruitute. Idē donec serui erant.
f Peruenerint. Scilicet parentes.
g Veniant. Aliud si liber factus seruus iterū manumittat. vt ff. vnde cog. l. is q contra. & s. de cap. di. §. quod aūt. quia est ibi, quod sibi imputetur. Sed nūquid etiam iste, qui est in l. is qui hodie succederet naturali causa inspecta: vt C. de suis & legi. hær. auth. in successione? Respō. non secundum Ioā. quia prætor naturalē causam intuebatur: & tamē nō vocabat eum vt dictū ē. Itē ecōtra. C. de suis & legi. l. ex libera. Sol. hic nouum ius. Vel i ibi loquitur, quādo nec de facto erat matrimonium. Vel ibi quo ad honores loquitur, hic quo ad successiões.
h In alterius successionem. idest, parentes liberis, & econtra excluso patrono: & hoc secundum omnes. Item libertum vnum alteri eidem fratri suo, & ita frater liberti præfertur patrono. & hoc secundū quosdam, vt hic. Sed Ioan. contra: præfert enim patronum fratri i vt ff. de bon. lib. l. liberto. ff. de suis & legi. l. intestato. in prin. & j. ti. j. §. sed nostra. versi. sin autem sine.

i Ista est communiter approbat per doct. hic.

1 Not. q in seruis quo ad matrimoniū impediendū & post manumissionē debet esse cognatio: vt d. §. illud. quia etiā dicitur esse affinitas: vt d. §. seruiles. Ang.
† q. d. seruos nō habere cognationē quod fallit quoàd matrimonia. Aegi. Pet.

2 Hęc nō est bona: qa nō apparet expressè de correctione: vt arg. l. præcipimus. in fi. C. de app.
* Aliàs si ne ex alijs qualitcūq; copulatione nati sunt ad similitudinem &c.

nam nec † vlla antiqua lege talis cognatio cōputabatur. a Sed nostra cōstitutiōe, quā pro iure patronatus fecimus (quod ius vsq; ad nostra tempora b satis obscurū, atq; nube plenum, & vndique confusum fuerat) & hoc humanitate suggerēte cōcessimus, vt siquis in seruili constitutus cōsortio, liberum, vel liberos habuerit, siue ex libera, siue ex seruilis cōditionis muliere: vel ecōtrà, serua mulier ex libero, vel seruo habuerit liberos cuiuscunque sexus: & ad libertatē his c peruenieētibus, ij, qui ex seruili ventre nati sunt, libertatē meruerint: vel dum mulieres liberæ erant, ipsi d in seruitute e eos habuerint, & postea ad libertatē peruenerint; f vt hi oēs ad successionē patris, vel matris veniāt, g patronatus iure in hac parte sopito. Hos enim liberos non solum in suorū parētū successionē, sed etiā alterū in alterius successionem h mutuā vocauimus, ex illa lege i specialiter eos vocantes: siue soli inueniantur, qui in seruitute nati, & postea manumissi sunt: siue vnà cum alijs, q post libertatem parentū concepti sunt, siue ex eodē patre, siue ex eadē matre, siue ex alijs * nuptijs ad similitudinem eorum, qui ex iustis nuptijs procreati sunt.

*Cùm de intestatorum successiōe agitur, liberorū prima habēda est ratio: quos etiā, si gradus sint remotioris quoscunq; ascendentes, & cognatos quam summis pximiores excludūt.*

Repetitis k itaque omnibus, quæ iam tradidimus, l apparet, nō semper eos, qui parem gradū cognationis obtinēt, pariter vocari: eoque amplius, ne eum quidē, qui proximior sit cognatus, semper potiorem esse. Cùm enim prima causa sit suorum hęredum, & eorū, quos inter suos hæredes enumerauimus: m apparet pronepotem, vel abnepotem defuncti potiorē esse, quàm fratrem, aut patrem, matremq; defuncti: cùm alioqui pater quidem, & mater (vt suprà quoque tradidimus) primum gradum cognationis obtineant, frater verò secundum, pronepos autem tertio gradu sit cognationis, & abnepos quarto. Nec interest in potestate moriētis fuerit, n an non: quòd vel emancipatus, vel ex emācipato, aut ex fœmineo sexu o propagatus est.

*Nouissimo tamē iure, agnationis & cognationis sublato discrimine, omnes simul æquo iure succedunt: ita tamen, vt eorū prior habenda sit ratio, qui sunt gradu proximiores.*

Amotis p quoque suis hæredibus, & quos inter suos hæredes vocari diximus, adgnatus, qui integrū ius habet q adgnationis, etiam si longissimo gradu sit, plerunque r potior habetur, quàm proximior cognatus. Nam patrui nepos, s vel

k Ex illa lege. Scilicet supradictaGræca. Accur.
k Repetitis. Hic §. communis est ad omnes titul. s. hoc libr. iij. positos. & idem in sequ. proxi. §. Sic & aliàs. s. de suc. co. §. vlti. & ad Orfi. §. fin.
l Tradidimus. A principio tertij libri.
m Enumerauimus. Vt curiæ datos & emancipatos. vt s. de hæred. quæ ab intesta. §. j. & §. quibus connumerari. & §. emancipati.
n Fuerit. Hoc subdiuiditur.
o Ex fœmineo sexu. Qui tamen cum diminutione tertiæ partis succedit huius legis tempore. s. de hære. quæ ab intesta. §. item vetustas. versi. diui. hodie sine diminutione: vt in Authē. de trien. & sem. §. nec non col. j.
p Amotis. Idest, cessantibus suis. Fallit adhuc hæc regula, qui prior est in gradu &c. vt eod. §. toties. Accur.
q Integrū ius habet. Idest capite minutus non est. sic s. de suc. cog. j. respō. I hn. nā secus esset, si esset capite minut⁹: quia illæ successiones, quæ veniunt ex leg. xij. tab. pereunt p min. ca. di. vt s. ad senatuscon. Orfic. §. sciendum.
r Plerunque. Propter fratrem, & sororem emācipatos. vt j. e. ibi, exceptis. Item propter quosdam cognatos, quā uocantur vt agnati: vt s. de legit. agna. succe. §. hoc etiā. Itē propter patrem, qui filium emācipauit: vt s. de legit. agna. suc. §. fin.
s Nepos. Qui est in v. gradu agnationis.

a Pronepos. Qui est in sexto gradu agnationis.
b Auunculo, vel materteræ. Qui sunt in tertio gradu cognationis.
c Præfert. In successione eius, q tales habet agnatos.
d Toties. No. regulam bonã, vt cõmun. de success. l. auunculo. § & C. vnde lib. l. ij. Et ad eius euidẽtiã nota tres esse ordines succedẽdi. s. inferiores & superiores, & ex latere venientes: vt in Auth. de hę. ab intes. in princ. coll. ix. Primò descendẽtes in infinitum vocant' vt c. de hęr. quæ ab inte. §. j. & in Auth. de hære. ab inte. §. j. col. ix. His cessantibus vocãtur ascẽdẽtes. primo pater, & mater, secũdo auus, & auia, & sic deinceps: sic tñ vt fratres ex vtroque parente defuncto cõiuncti, cũ his superioribus vocent': licet quidã dicant cũ patre, & matre tãtum eos vocari & alios superiores per fratres excludi. & pro nobis est multũ in Authẽ. de hęred. ab inte. §. si verò cum ascendentibus. coll. ix. & ff. de suis & legi. l. ij. §. hæreditas. Superioribus cessantibus: primo frater ex vtroque parente, & soror, & eorum filij. Secũdo ex altero tantũ, & eorũ filij. Tertio hæc regula obtinet, vt qui prior est in gradu &c. vt hic, & in Authẽ. de hær. ab inte. §. si reliquũ. & §. si vero neq; frater. & in Authen. vt fratrum filij. §. j. col. ix. Accur.

ADDITIO.

Dic q hodie est sublata differẽtia agnationis, & cognationis, & in d. §. j. in Auth. de hęr. ab inte. ven. col. ix. Christopho.

e Tradidimus. Vt s. §. proxim. & hoc eo. §.
f Exceptis. Excipit ab eo qđ s. dixerat, qui integrũ &c.
g Præferuntur. Vt s. de success. cog. j.

t Nota singulariter illã l. quia post nepotem qui cõcurrit cũ patruo vel auũculo quia q prior est in gradu potior est in iure, nec assumit psonam patris sui, patet ibi q auũculus qui est in tertio gradu præfertur fratri consobrino, qui ẽ in quarto licet glo. j. tit. j. §. multũ. in versi. quo ad quintũ gradũ. aliter dicat: sed ibi dicemus. Angel.
† Legit quidã de successio. in bonis libertorũ
* Sic ff. de bon. libert.

pronepos a auũculo, b vel materteræ præfertur. c Toties d igitẽ dicim', aut potiorẽ haberi eum, qui proximiorem gradũ cognationis obtinet, aut pariter vocari: eos, qui cognati sunt: quoties neque suorũ hęredũ, quiq; inter suos hęredes sunt: neque adgnationis iure aliquis p̃ferri debeat, secundũ ea, q̃ tradidimus: e exceptis f fratre, & sorore emãcipatis, qui ad successionẽ fratrum, vel sororum vocantur: qui etsi capite deminuti sunt, tamen præferuntur, g ceteris vlterioris gradus adgnatis.

## TITVLVS VIII.

## DE SVCCESSIONE † libertorum. *

*Olim patron' habebat ex lege duodecim tabularũ ius i bonis. liberti solũ ab intestato, nullo suo hærede relicto. Acc.*




Vnc h de libertorũ bonis videamus. Olim i itaq; licebat liberto patronum suũ impunè k testamẽto p̃terire. Nã ita demũ l lex duodecim tabularũ ad hęreditatem liberti vocabat patronũ, si intestatus mortu' esset libertus, hęrede suo nullo relicto. Itaq; intestato mortuo liberto, si is suũ hęredẽ m reliqsset: patrono nihil n i bonis eius iuris erat. Et si qui dẽ ex naturalib. o liberis aliquẽ suũ hęredẽ reliqsset, nulla videbatur querela. p Si verò adoptiuus filius fuisset, apertè iniquũ erat, nihil iuris patrono superesse.

*Prætorio iure patronus in liberti bonis dimidiã habebat, nõ solũ hærede instituto, sed etiã ab intestato relicto filio adoptiuo. Ipsum tamẽ patronũ excludebãt liberi, siue essent in p̃tãte, siue emancipati, siue etiã in adoptionẽ dati: dũ modo si instituti essent, aut p̃teriti, bonorum possessionem petijssent. Areti.*

Qua de causa postea q p̃toris edicto hęc iuris iniqtas r emẽdata est. Siue enim faciebat testm̃ libertus, s iubebat ita testari, vt patrono partẽ dimidiã t bonorũ suorũ relinqueret: & si aut nihil, aut minus parte dimidia reliquerat: dabat patrono cõtra tabulas testamenti partis dimidię bonorũ possessio v Siue intestatus moriebat, suo † hęrede relicto filio adoptiuo: dabat ęquè patrono contra hunc suũ hęredem partis dimidiæ bonorũ possessio. Prodesse aũt liberto solebant x ad excludendum patronũ y naturales z liberi, nõ solum quos in potestate mortis tempore habebat, sed etiam emancipati, & in adoptionem dati: a si modò aliqua ex parte scripti hæredes erant, aut præteriti contra tabulas bonorum possessionem ex edicto prætorio petierant. nã exhæredati

de primo nõ erat dubiũ: vt s. ibi, itaque intestato &c.
y Ad excludendum patronum. Scilicet in totum.
z Naturales. Et legitimi.
a In adoptionem dati. Si instituti erant: vt sequitur.

Diuisio.



Vnc de libertorũ. Totus iste ti. diuiditur in tres partes. Primo circa successionem libertorum ponit duplex ius antiquum. Secundo ponit statutum circa successionẽ: & quòd vsque ad quartũ gradũ agnati patronorũ succedũt liberto. Tertio ponit aliam nouã constitutionẽ circa personas & genera libertorũ. Secunda ibi, Sed nostra. Tertia ibi, Sed hæc. Acc.
h Nunc quia hoc vsque de bonis ingenuorum dixit.
i Olim. Scilicet. l. xij. tabu. & hoc est primũ ius. quatuor enim sunt: vt hic, & j. §. j. & §. postea. & §. sed nostra.
k Impunè. Idest sine timore testamenti rumpendi. Accur.
l Itaque demum. Et non aliter.
m Hæredẽ. Naturalẽ, vel adoptiuũ, vt j. innuit.
n Nihil. Id est nullum ius. scđm Ioan.
o Ex naturalibus. Ad differentiam adoptiuorum.
p Querela. Id est non poterat patronus cõqueri. Accur.
q Qua de causa postea. Secundum ius.
r Iuris iniquitas. Dic vt s. ad se. cons. Tert. in princi.
s Libertus. Nullũ filiũ habẽs legitimũ & naturalẽ: vt j. eo. §. prodesse.
t Dimidiã. Nisi in castris sint bona qsita: vt ff. de bo. lib. l. iij. §. patronus. Acc.
u Bonorum possessio. Vnde legi. j. de bo. poss. §. cumque.
x Solebant. Hoc iure prætorio. Nam itaque intestato &c.

† Et sic adoptiu' est suus hæres. sic s. eo. vers. si verò. & s. de hær. quæ ab intesta. defer. §. j. Aegi. Per.

Cõtinuatio. DE SVCCESSIONE LIBERTORVM. *Supra de successione ingenuorũ visum est. Et quia in bonis libertorum est dare successionẽ: ideo de his subdit. Vnde nota quod dicis hic Acc. de successiõe libertorum, passiuè accipi. qualiter succedatur eis: non actiuè, i. qualiter ipsi succedant alijs.*

aliãs

alias nec contra tab. datur eis: vt ff. de contra tab. l. nō putauit, §. in adoptio.

a Repellebāt. Quia pro mortuis habētur: vt ff. de cō iun. cū emā. li. l. j. §. sed & si patruus. ; nec a iure ciuili respiciūt: vt i Aut. de hę. & fal. §. exhęredatos. co. j.

dis. Sed nūquid ecōtra moriēte filio, qui est libertus præponitur pater patrono? Rñd. sic: vt ī. titu. j. de ser. cog. in fi. j. respon.

ADDITIO. No. q sicut patronus excludit per filios liberti, ita etiā per parentes liberti. & idem no. glo. ī. titu. j. in fin. in ver. alterius. Ang.

nullo modo repellebāt a patronum.

*Per legē Papiā patronus vocabatur ad successionē liberti, vnà cū filijs ipsius liberti pro virili: nisi tres vel plures fuissent liberi, vel libertus minus cētū aur. habuisset in bonis: siue decesserit intestatus, siue condito testamento. Aret.*

Postea b verò lege Papia adaucta sunt iura patronorum, qui locupletiores libertos habebāt. Cautū c est enim, vt ex bonis eius, q sestertiū centū miliū pr̃imoniū reliquerat, † & pauciores, quā tres liberos habebat, siue is testō facto, siue intestatus mortuus erat, virilis pars patrono deberet. d Itaq; cū vnū quidē filiū, filiāve hæredē reliquerat libertus: perinde pars dimidia debebatur patrono, ac si is sine vllo filio, filiave intestatus decessisset. Cum verò duos, duasve hęredes reliquerat, tertia pars debat prono: si tres reliquerat, repellebat patronus.

*Abiecto antiquo iure, hoc vsi mur. liberto minori cētenario .i. cuius facultates minores sunt aureis cētū, & pterito patrono, liberū testādi ius sit: ei tamē intestato nulla sobole relicta patronus succedit: quòd si maior sit cētenario, & testatus fuerit patronūq; pterierit tūc si careat liberis, vel eos exhæredes fecerit, patronis p contra tabulas bonorum possessionem quadrantē oneribus liberum, aut illius supplemētum, si quid forsan ei relictū fuerit consequetur.*

Sed nr̃a cōstitutio, e quā pro omni, notiōe f Græca lingua cōpendioso tractatu habito cōposuimus, g ita hmōi cām definiuit vt siquidē libertus, vel liberta minores cētenarijs sint .i. minus centū aureis habeāt substantiā, (sic eñ h legis Papiæ summā interpretati sumus: vt p mille sestertijs, vnus aureus cōputetur) nullū locum i habeat patronus in eorū successiōe: si tñ testm̃ fecerint. k Sinautē intestati decesserint, nullo liberorū relicto: tunc patronatus ius (quod erat ex lege duodecim tabularū) integrū reseruauit. l Cū de rò maiores centenarijs sint: si hr̃des, vel bonorū m possessores liberos habeāt, n siue vnū, siue plures cuiuscūq; sexus, vel gradus: ad eos o successiōes parentū deduximus, patronis omnib. modis, p vnà cū sua progenie semotis. Sinautē sine liberis decesserint: si quidē intestati, ad omnē hęreditatē patronos patronasq; vocauimus. q Siverò testamētū quidē fecerint, r patronos aūt aut patronas pterierint, cū nullos liberos haberent, vel habentes, eos exhæredauerint, vel mater, siue auus s maternus eos pterierint, ita q nō possint t argui inofficiosa eorū testamēta: tūc ex nostra constitutione v per bonorū possessionē contra tabulas non dimidiam, vt antea, x sed tertiam partem bonorum liberti cōsequantur: y vel quod deest eis, ex constitutione z nostra repleatur, a siquando minus tertia parte bonorum suorū libertus, vel liberta eis

b Postea. Tertium ius.

c Cautum. Scilicet lege Papia. & malè: vt & aliàs. C. de cadu. tol. in princ. Ac.

d Deberetur. Ex lege Papia.

e Sed nostra. Quartum ius.

f Omniū notione. Aliàs omni natiōe: aliàs oium notitia.

g Composuimus. Et huius, vt credo, habet mētio in multis locis: vt ī. titu. j. de ser. co. in prin. & ī. de leg. ag. suc. §. fi.

h Sic enim. interpositio est.

i Nullū locum. Et in hoc non corrigit lex Papia. Et nota, q prodest paupertas filio liberti. sic & aliàs C. de episco. & cle. l. siquis ad declinandam. §. sinautē. in glos. pauperior.

ADDITIO. No. q paupertas prodest: sed a tali pdesse libera nos Dñe. de quo in l. cum nō facile. in glos. fi. ff. si cui plusquā per legē Falci. & in l. si quis ad declinādam. §. j. C. de epi. & cler. & in auth. cui relictū. C. de in. vi. tol. An.

k Fecerint. Scilicet isti liberti minores centenarijs.

l Reseruauit. Scilicet nr̃a constitutio. s. vt in totum succedat. vt ī. co. in princ.

g Existimauit. Scilicet, prætor. & idem in qualibet pœnali in eo, quod peruenit ad delinquentē: vt ff. de vi & vi ar. l j. in prin. & ff. de do. l. Sabinus.

Nō aūt oēs. CASVS Expediuit iam dhs iustin. primā partē ti. modo incipit tractare de secūda parte. dicēs. Non aūt oēs &c. vnde quærunt, verū oēs actiōes dantur hæredibus, & in hæredes? & rñ. q nō. Certissima est enim regula iuris, quæ dicit ex maleficio actiones in hæredes nō cōpetere: huiusmodi sunt actio furti, vi bo. rap. iniuriarū. damni iniuriæ, quod intelligi. non conte. cōtra defunctum: etiā si ad hæredes furtum peruenerit, per maleficiū. & possem cū isto §. cōiungere illū §. pœnales actiones &c. dicēdo, q pœnales act. descendētes ex maleficio lite. cont. cū defuncto compet vel dant̃ hæredib. eorū, q maleficium passi sunt excepta actiōe iniuriarū, & siqua alia similis in-

h Non autem. Hic ponit diuisionē, q aliæ sunt trāsitoriæ. aliæ nō: sed superior fuit, q aliæ erant perpetuæ, aliæ non: vt s. eo. in prin.

i Ipso iure. Scilicet, ciuili.

k Dari solent. Scilicet iure prætorio. Accur.

l Ex maleficijs, s. priuatis, vt subijcit in exemplis: & subaudi, vel quasi maleficijs: vt s. de obli. ex quasi deli. §. fi. † Quid in publicis de quibus tractat̃ de publi. iud. Respō. idem, & plus: quia etiā lite contestata non transeunt contra hæredes: vt ff. de accu. l. ex iudiciorum. nisi in quinq; casibus. Primus est leg. Iul. maie. in duobus capitulis tantū eius legis: vt ff. ad le. Iul. maie. l. fi. Secūdus est crimen hęresis: vt C. de Apostat. l. ij. & l. apostatarum. in fi. Tertius est crimen repetundarū. Quartus est de residuis. Quintus peculatus crimen: vt ff. ad legem Iul. pec. l. fin.

m Non competere. Nisi lis fuerit cōte. vt j. eo. pœnales. & ff. de act. l. ex iudiciorū in fi. Itē nisi aliqd ad hæredē peruenerit, tūc. n. tenet̃: vt ff. de cal. l. i hæredē & ff. qđ met. cau. l. videamus. In duob⁹ tñ casib⁹ est cōtra: vt in act. vi bo. ra. q nō dat̃ i hæredē, licet ad hęredē aliquid puenerit: sed furtiua dat̃ condictio: vt ff. vi bo. rap. l. ij. §. fi. Itē in interdicto vñ vi: qđ nō dat̃ in hæredē: sed i factū actio: vt ff. de vi & vi ar. l. ij. §. fi.

n Damni iniuriæ. Legis Aquiliæ actio.

o Sed hæredibus. Id est, hæredibus eorum, qui passi sunt hæc maleficia.

p Iniuriarum actione. Nam hæc non datur hæredi, nisi lis contestetur: hoc ideo, quia nō est in bonis nostris ante lit. contest. vt ff. de iniur. l. iniuriarum. ij. & l. iniuriarum. j. in prin. in glo. ij. Est & alia ratio: quia nihil mihi de patrimonio abest, nec reo adest: vt ff d col. bo. l. cum emancipati. §. emancipatus. Sunt & aliç similes ei, vt subijcit in qbus nec actori aliquid de pa

cus si cōmittendo vt l. iiij. §. fi. ff. d dā. infect. vel dic vt ibi per Bart. & Ang.

• Huc in serto, q de iure cano. & i de listis, & in contractib⁹ siue ad hæredem quid peruenerit, siue non peruenerit, siue cū defuncto sueuit lis contest. siue minimē, sem per hæres tenetur in solidum. xvj. quęst. vij. ca. si epm. & xij qō. ij. ca. epos. vbi glossa hāc decisionē ponit. & d sepul. c. fi. & I nn. ca. ex literis. de rap. vn de infert hæredem vsurarij defuncti ad restitutionē vsurarū tenerī: vt in c. tua nos. d vsur. & not. in ca. de vsur. li. vj.

Actiones ex maleficio I duob⁹ casibus trāseūt in hæredes.

Iniuriarū actio non datur hæredi ratione dupliei.

Iniuriarū actio aliquas habet similes conuenientias:

† Ex contractu aūt pœnales actiones etiā in hæredem dātur l. vlt. ff. de nautico fœnore.

Actionis duplex diuisio.

† Dic q est verum ī quasi delicto omittendo cōmisso, se-

inueniatur. a Aliquando tamen etiam ex contractu b actio c cōtra hæredem non competit: veluti cùm testator dolosè d versatus sit, & ad hæredem e eius nihil ex eo dolo peruenit. Pœnales autem actiones, quas supra diximus, f si ab ipsis principalibus personis fuerint contestatæ: g & hęredibus dantur, h & contra hæredes transeunt. i

*Si pēdente adhuc iudicio reus satisfecerit, ab obseruatione iudicij absoluendus est.*

Superest, k vt admoneamus, quòd si ante rē iudicatam is, cum quo actum est, satisfaciat actori: officio iudicis conuenit eum absoluere: l licet in ea causa fuisset iudicij accipiendi tempore, vt damnari deberet: & hoc est, qđ antea vulgò dicebatur, omnia iudicia absolutoria esse.

TITVLVS XIII.

DE EXCEPTIOnibus.

*Institutę idcirco fuerunt exceptiones, vt q ipso iure obnoxij sūt, iniquas petitoris actiones excludant: quod exemplis aperitur.*



Equitur, vt de exceptionibus dispiciamus. Cō

trimonio abest, nec reo aliquid adest: vnde idē iuris est, quod & in ista. vt est actio in factū, quæ datur contra libertū vocantē patronū in ius sine venia, in L. autem vel in filiū vocantē patrē. vt j. de pœ. teme. li. §. fi. & ff. de in ius voc. l. pe. Idē in popularibus actionibus: vt si quis habeat positum, vel suspensum: vt ff. de his, qui deiec. vel effude. l. si vero. §. quæ aūt. Quidam dicūt idē de actione in factū de calumniatoribus: vt ff. de ca. l. hæc actio. Sed certè ibi alia est ratio: quia habet cōdictionē ob turpē cau. vt ibi dicit. Itē quia abest ibi aliquid actori, & adest aliqd reo: vnde non est similis s. dict.

a Inueniatur. Hic continuatur ille §. qui est j. eod. §. pœnales.

b Etiam ex contractu. Non solum ex delicto. Accur.

c Actio. s. de dolo nata propter dolum adhibitū in contrahendo. Nā si dedit dolus causam cōtractui, nō agit actione ex contractu, cum nullus sit: sed de dolo, vt hic. & ff. de do. l. eleganter. in prin. Si enim esset incidens: ageretur actione ex eo contractu, vt purgaret dolus: vt ff. de act. emp. l. Iulianus. §. si venditor. & daretur in hæredes: vt ff de act. & obli. l. ex contractibus. Vel pone casum, q dolus fuit incidens vel superueniens: & remanet cōtractus: & nō agitur contra hæredē nisi peruenerit aliquid ad eū: vt in actione depositi, quæ datur in duplū contra eū, qui dolū cōmisit in deposito causa tumultus, vel incendij, vel ruinæ, vel naufragij: sed in hæredē non dat in duplum ex dolo defuncti, licet in simplum detur: vt ff. depo. l. j. Item qualis est actio in factum, quæ datur cōtra agrimensorē: non autē aduersus hæredē: vt ff. si mē. fal. mo. §. di. l. iij. pe. Itē in actione ex stipulatu iudicio sisti, in eo, q erat cōuentus iniuriarum: vt ff. si quis cau. l. si eum. §. iniuriarum. Idem est in actione tributoria: vt ff. de tri. l. illud. §. fin. & de his casibus loquitur hic §. cū dixit ex contractu in hæredē non dari quandoq;. Aliàs autem ex contractu agitur contra hæredem, & de dolo defuncti regulariter: vt ff. de act. & obli. l. ex contractibus. & l. ex depositi. quæ sunt huic contrariæ. & hanc specialitatem, si velis tenere primam opinionem denotat hæc litera cum dicit. Aliquando tamen &c.

d Dolosè. Dolo dante causam cōtractui. Vel dic incidenti, vel superuenienti, vt modo diximus. Accursi.

e Ad hæredem. Sed si superuenisset actio in factum perpetuo contra hæredem, & contra defunctū daret: vt ff. de dolo l. itaque. Sed de dolo olim intra annum vtilem, hodie intra biennium continuū datur: vt C. de dol. l. fin.

f Diximus. s. eo. § nos autem omnes. Accur.

g Contestatæ. Imò vt dentur hæredi, sola præparatio sufficit: vt ff. de inof. test. l. posthumus. §. fi. lo. Vel sine præparatione datur querela hæredi hodie.

h Dantur. Nisi in duobus casibus. Primus, cū agitur ad operas contra libertū, & moritur patronus extraneo hærede relicto: ad quem non transeunt operæ, et-

iam lite cōtest. vt ff. de ope. lib. l. si operarū iudicio. Secundus in patre repetēte dotē filiæ, quæ a viro diuerterat, si decedat pater extraneo hærede relicto, etiam lite contest. vt C. de rei vxor. actio. l. vnica. §. videamus.

ADDITIO. Nā eo ipso q mater moritur, vel aliter filia efficitur sui iuris, statim actio cōsolidatur in filiam: vt d. §. videamus. licet pater fuerit litē cōtestatus: & sic propter hoc non facit transitum in suū hęredem. & sic est speciale in dote: quia est proprium patrimonium filiæ: vt l. iij. §. sed verū. in fi. ff. de min. & facit l. Pomponius Philadelphus. ff. famil. erciscun. Ange.

i Transeunt. Nisi in duobus casibus. Primus in actione de dolo. C. de do. l. fi. Secūdus in retractatione alicuius in seruitutē vel libertinitatē, qui per collusionē pronunciatus fuerat igenuus: vt ff. ne de statu defunct. l. j. §. sed interdum.

Superest. CASVS. Oīa, quæ iam dixi a prin. tit. vsque nunc, in duobus consistunt, s. in vita. & transitu actionum. Modo vult dicere de officio iudicis. & parum deficit, quod non posuit hunc totū tit. de of. iud. sed residuum seruat vsq; ad tit. specialem de of. iu. Dicit ergo Iusti. Volo, q vos sciatis, q si ille qui conuenitur, ante condemnationē satisfaciat, off. iu. cōuenit eum absoluere, licet erat talis, qui debebat condemnari. Et licet istud iudiciū de sui natura debebat esse condemnatoriū, per solutionē tamen ante cōdemnationē factā fit absolutorium. & hoc est, quod vulgo dicitur, omnia iudicia esse absolutoria. Franc.

k Superest. Hæc de vita, & transitu actionum, secūdum quod in titulo promisit, dicta sunt: nunc de iudicis officio dicit: quod cum exponere debeat, iam paucā, vt modicum respires, deliberat. nam conceptū sermonem quis retinere potest? quia igit iam concepit in animo tractare de offic. iud. quomodo potent tacere, quin dicat aliquid hic?

l Absoluere. Scilicet ab obseruatione iudicij. nam principalis causa est sublata solutione. vt s. quib. mo. tol. obli. in prin. Acc.

DE EXCEPTIONIBVS.

*Quia exceptio tenet vicē actionis: vt ff. de excep. l. j. ideo post actiones ponit de exceptionib. Vel qa de armis actorum vidimus, & de reorum armis videndum est: ideo dicit. vt sequitur. Accur.*

Equitur. Totus iste titu. diuidit in quinq; partes principales. Primo cōtinuat ad præcedentia titu. ū. Secūdo ponit cām quare fuerunt exceptiones inuentæ. Tertio id demonstrat per exempla, tam in actionibus realibus, quam in personalibus. Quarto ponit duplicē, vel potius triplicē diuisionē exceptionū. Quinto id exemplificat. Secūda ibi Cōparatæ sunt. Tertia ibi. Verbi gratia. Quarta ibi. in §. appellant, vel potius in §. alio qui. ex quā multis. Quinta ibi, Perpetuæ, & peremptoriæ.

Dolus aliquādo dat causam cōtractui, aliquādo incidit in cōtractū.

Actio depositi dat in duplū i quatuor casibus, nō tamen in hęredem.

Actiones ex contractu descēdētes quę non dant hęredes.

Operæ liberto impositæ nō trāseūt ad heredē extraneum.

Cōtinuat dicta dicenda.

Cōtinuatio.

Ois. a. cōtrouersia. cōtrat ex intentione actoris, & depulsione rei. Hic quęritur cont causæ status. de qua re vide Quintiliana nū li. iij. ca. vj.

Diuisio.

Casus

paratæ [a] autem sunt exceptiones defendendorũ eorũ [b] gratia, cum quibus agitur. Sæpe enim accidit, vt licet ipsa persecutio, qua actor experitur, iusta sit: [c] tamen iniqua sit aduersus eum, cum quo agitur. Verbi gratia, si metu coactus, aut dolo inductus, [d] aut errore lapsus, stipulanti Titio promisisti [e] quod non debueras promittere: palàm ē, iure ciuili te obligatum esse: [f] & actio, qua intenditur dare te oportere, efficax est: [g] sed iniquum [h] est te cōdemnari. Ideoq; datur tibi exceptio, Quod metus causa: [i] aut Doli [k] mali, aut in factum, [l] composita ad impugnandam actionem.

*Qui futuræ numerationis spe mutuũ recepisse scriptis fassus fuit, exceptione non numeratæ pecuniæ tutus est.*

Idem iuris est, siquis quasi credendi causa pecuniã a te stipulatus fuerit, neque numerauerit. Nam eam pecuniam a te petere posse eum, certum est. dare enim te oportet, cùm ex stipulatione tenearis. Sed quia iniquum est eo nomine te condemnari: placet exceptione pecuniæ non numeratæ te defendi debere. Cuius tēpora nos (sm quod iam superiorib' libris scriptũ est [m]) constitutione [n] nostra coarctauimus.

*Si debitori creditor nō petere pactus fuerit, ex pacto præcedens obligatio perimitur, sed pacti conuenti exceptio aduersus creditorē agentem paratur.*

Præterea debitor, si pactus fuerit cum creditore, ne a se pecunia peteretur, [o] nihilominus obligatus manet: quia pacto conuento obligationes non omnino [p] dissoluũtur: qua de causa efficax est aduersus eum actio, quam actor intendit, si apparet [q] eũ dare oportere. Sed quia iniquum est contra pactionē eum condemnari: defenditur per exceptionem pacti conuenti.

*Qui iureiurādo delato se nihil debere asseruit, ipso iure liberatus nō est, sed exceptione iurisiurandi munitus; æquè siquis in rem cōueniens, rē petitã suã esse iurauerit, nō propterea actor dñs esse desinit, verum exceptio iurisiurādi sibi postea vēdicanti obstabit.*

CASVS. Viso de actionibus, sequitur (dicit Iust.) vt de exceptionibus videamus. Et domine Iust. pro Deo instruatis non cōpetenter materiã de exceptionibus. Frater, dicit ipse, scire debes, quòd inuentæ sunt, seu institutæ exceptiones ad defensiones reorũ: sunt enim arma reorum. Frequenter enim cōtingit, q actio cōpetēs actori, prima facie iusta videt: iniquum tñ esset reũ condemnare. vtputa, si metu coactus, aliquid promisit: & ideo datur reo contra actorem exceptio de dolo, vel exceptio, qđ metus cau. Omnis enim exceptio adinuenta fuit ad actionem impugnandã. h.d. Fran. de Arct.

[a] Cōparatæ. Aliàs inuentæ. Accursi.

[b] Eorum. Scilicet reorum. Nam ipsi sunt, cum quib' agitur: vt ff. de iureiu. l. iij. in prin. & in §. cũ.

[c] Iusta sit. Prima facie.

[d] Dolo inductus. Hoc est in stricti iuris iudicijs. in bonæ fidei autem iudicijs ipso iure non tenet contractus. ff. de do. l. & elegãter. in prin. Accur.

ADDITIO. Hoc verum in odium dolosi, sed in sui præiudicium tenet cōtractus: & ex eo potest conueniri, nisi lex resistat actus: quia tũ ex neutra parte datur actio: vt est glo. in l. a diuo Pio. ff. de rit. nup. in glo. ij. & Bald. in l. j. C. plus val. quod agi. Angel.

[e] Promisisti. Credens te debere, cum non deberes: vt hic, & ff. de except. do. l. iij. §. circa.

[f] Obligatũ esse. s. inspectu iuris rigore: de æquitate obligatus non es: vt ff. de h. cau. l. vel obligatus est. §. obligatũ. & ff. de ver. sig. l. si creditor. quæ sunt cōtra.

[g] Efficax est. Scilicet, in sui substantia. Nam ciuiliter, & naturaliter est obligatus, & purè: sed non est efficax, quantum ad opem exactionis. Vel dic, efficax est inspecto genere. nam prima facie condemnandus videtur: sed ispecta qualitate, quia fit dolo facta, vel metu, vel simili causa impediat, est inefficax. & ita expone in sequentibus.

[h] Iniquum. No. q contra iniquitatem, & sic econtra ex æquitate datur reo exce. ll. l. qui æquitate. ff. de do. ma. exce. Angel.

[i] Metus causa. Hoc quãdo metu fuit cōpulsus.

[k] Doli. Hoc quando inductus fuit per dolum.

[l] In factum. Redde singula singulis, propositis casibus, scđm Ioã. Sed nōne hoc tertio casu, s. qñ per errorē promisit, dat doli exceptio? Certè sic: vt ff. de do. ma. exc. l. ij. §. circa. Quare dic, q hæc actio i factũ est proponenda in subsidium doli exceptionis, s. contra patronum & parentem. cōtra quos turpes exceptiones non opponũtur: vt ff. de do. ma. exce. l. apud Celsum. §. aduersus. & ita hic accipitur. Accur.

Idem iuris. CASVS. Iam dixi vobis vnũ exemplum, in quo videtur æquum prima facie, vt actor debeat obtinere, iniquum tamen inspecta persona rei: quia competenti exceptione potest se defendere. Et de hoc eodē recito vobis hic aliud exēplum, scilicet de eo, qui causa credendi pecuniam, stipulatus est pecuniam sibi reddi: & postea pecuniã non numerauit. Vnde si agat stipulator, competit promissori exceptio non numeratæ pecuniæ. h.d. Franc. de Aret.

[m] Scriptum est. s. de li. obli.

[n] Cōstitutione. Vt C. de non numerata pecunia. l. in contractibus.

Præterea si debitor. CASVS. Iam vidistis duo exempla in quibus prima facie æquum videt. q actor debeat obtinere: iniquum tamen videt inspecta persona rei: qui competenti exce. se defendere potest. Modo ponit tertium exemplum, puta cum creditor fecerit debitori pactum de non petendo, sicut patet in litera.

[o] Peteretur. No. q pactum de non petendo tria operatur. Nam tollit naturalē ipso iure: vt ff. de so. l. Stichum. §. naturalis. Item elidit ciuilē: vt in hoc §. Itē obligat naturaliter paciscentem non petere. Nam & aliàs quis est obligatus naturaliter aliquid nō facere: vt non facere furtũ: vt s. de obli. quæ ex deli. nas. §. j.

[p] Non omnino. Quia non ciuilis, sed naturalis tantum: vt ff. de sol. l. Stichum. §. naturalis. In casibus tamen ēt ipso iure vtrunque tollit pactum: vt in maleficijs factis, siquis paciscatur, ne agat. Item in pignore remisso per pactum: vt ff. eo. l. si tibi. §. quædam actiones. & §. de pignore.

[q] Si apparet. Oratio posita loco actionis, scđm P. sed secundum Ioã. cōtra: vt diximus s. de act. §. sic itaque.

Sed sm Ange. iste text. non facit ad ppositũ: qa loquitur qñ stipulatio fit sine causa, hic vero secus.

Quis autē metus in hoc requiratur, habes ex l. metum. cũ multis alijs seq. ff. qđ met. causa. nēpe q sit vel mortis vel corporis cruciatus. Et adde q si post metum cessantē soluat quis, non possit repetere, quoniam solutio illa vt spōte facta pcludit viã tum actioni, cũ metus exceptioni. Secus tamē foret si solutionis tēpore metus durasset, qui pmissionis tempore fuit. vt l. ij. & ibidē p Barto. C. quod me. cau.

Pactum de non petēdo tres habet effectus.

Nota q quod qui remittit actiones ex maleficio, nō videt remittere dãnũ vel interesse, vt p Din. Bar. Bald. & Angel. in §. quædã. vt i gl. alleg. vbi etiam vide, an per remissionē iniuriarũ factam I foro pœnitētiali, tollantur istæ actiones ex maleficijs.

Atque

Aequè, si debitor creditore deferente iurauerit, nihil se dare oportere: adhuc obligat[us] permanet. sed quia iniquū est, a de periurio quęri: defenditur per exceptionē iurisiurandi. In ijs quoque actionibus, quibus in rē agitur, æquè necessariæ sunt exceptiones: veluti, si petitore deferente possessor iurauerit, eam rem suam esse, b & nihilominus petitor eandem rem vindicet. Licet enim verum sit, quod intendit: id est, rem eius esse, iniquū tamen est possessorē condemnari.

*Absolutio rei cōuēti primæuam obligationē minimè tollit: absolutio tū rei iudicatæ exceptionem adquirit.*

Item si in iudicio tecū actum fuerit, c siue in rem, siue in personam: † nihilominus obligatio durat, d & iō ipso iure de eadē re postea aduersus te agi potest: sed debes per exceptionem rei iudicatę adiuuari.

*Hæc prior est exceptionū diuisio. ut quędam ciuiles sint, quędam prætoria.*

Hæc exempli causa retulisse sufficiat. Aliòqui quam ex multis varijsq; causis exceptiones necessariæ sint, ex latioribus Digestorū, seu Pandectarum libris intelligi pōt. Quarū quædam ex legibus, e vel ex ijs, q̄ legis vicē obtinēt, f vel ex ipsius prætoris iurisdictione g substantiā capiunt.

*Iam adest posterior exceptionum sectio: ut quędā perpetuæ, & peremptoriæ sint, quædam temporales, & dilatoriæ: perpetuæ, & peremptoriæ sunt, quę & semp locū habēt & causam principalē perimūt: dilatoriæ verò sunt, quæ ad tempus nocent, & actionem in tempus differre solent, vt exceptio pacti ne intra certum tempus petatur, & similes: quæ olim ante tempus agenti oppositæ, actionem omnino cōsumebāt: hodie verò duplum induciarum debitori tribuunt. itē finito tempore non antea actor audiendus est, quàm expensas litis refuderit.*

Appellantur autem exceptiones, aliæ perpetuæ & peremptorię, alię temporales & dilatorię.

Aequè si debitor. CASVS. Vidistis istis exempla in quibus prima facie videtur æquū, q actor deberet obtinere, iniquum tamen videtur suspecta persona rei: quia cōpetenti except. se defendere potest. Hic ponit quartum exemplum de eodē: puta in excep. iurisiurādi, cum iuramentū delatum fuerit debitori a vero creditore: & ipse se nihil debere iurauerit: si agat actor contra reum, qui iurauerit: defendere se potest reus per exceptionem iurisiurandi. & sum in versi. In iis quoq; actionib[us] &c. In superioribus habuistis, qualiter exceptiones opponuntur contra actiones personales. Modo intēdit tractare de exceptionibus, quæ opponuntur cōtra eos, qui agūt actionibus realibus: vt si rē aliquā meam vendicem, dicēs rē meam esse, & verum dico: quia res mea est. tamen iniquū esset, quòd ipse reus, qui iurauit, cōdemnetur cōtra stylum sui iuramenti. h. d. Franc.

Iuramentum cōtra leges non est seruandum.

a Iniquū est. Hic no. simile. ff. de in li. iu. l. fina. & ff. de iureiuran. l. nam postea. §. iureiurando dato. & ff. de dona. l. nam sufficit. hoc tamen fallit, quoties est contra leges iuramentū: quia nō seruatur sacramentū: vt in Authen. sacra. nō solū. §. non enim, si quis. col. v. quæ est C. de nupt. Authen. quod eis. & ff. de iur. pat. l. adigere. C. de le. & consti. l. non dubium. in fin. Item quando veritas aliàs per testimonium pōt inueniri: vt C. de reb. cred. l. fi. Item quando defertur sacramētum a iudice: vt ff. de iureiu. l. admonēdi. aliàs autem obtinet, quod hic dicitur.

† Hanc comparationem in genere cōstare sed in speciali vtriusque cōditiōe multū interesse discriminis, docet elegāter hoc loco Franc. Bald. quē omnino videas.

b Rem suam esse. Distinguitur tamē vtrū iuret suā rem esse, vel petitoris nō esse: quia si iuret suā esse, dat sibi actio. & exceptio sed si iuret petitoris nō esse: nascitur sibi exceptio cōtra petitorem tantū. vt ff. de iureiur. l. sed & si possessori. j. & ij. rñ. ibi, non enim.

Iuro rem meā esse, & iuro tuam nō esse, differunt.

Itē si in iudicio. CASVS. Adhuc pter exceptiones illas, de quibus supra dictū est, quædā alia est exceptio, per quā pōt reus se tueri. veluti, si verus debitor per sniam iudicis fuerit absolutus sententialiter. Licet enim per imperitiam verus debitor absoluat, naturaliter tamen manet debitor. sed contra creditorem agētem poterit se tueri, excep. rei iu. & hoc dicit. Sed quid est, quod hic dicitur, quòd ex sola naturali obligatione possit agi? Frater. dicit Iusti. ex sola naturali a principio nō agitur: sed quando naturalis & ciuilis fuerint coniunctæ à principio, si tollatur vna ipsarū, ipso iure ex altera potest agi, licet agenti obstet exceptio. Franc.

c Actum fuerit. Subaudi, & fueris absolutus: sicut hic innuit.

ADDITIO. Intelligas istum text. cum ista glo. q reus fuit absolutus: vt j. patet. Ang.

d Obligatio durat. Scilicet, si primo erat obligatus. vnde si soluat, nō repetit cum debitū soluat: vt ff. de condi. inde. l. Iulianus. & l. iudex. Et caue tibi: quia per iusiurādū, & per pactum naturalis tollitur obligatio, & remanet ciuilis, vt ff. de iureiu. l. fin. in princip. & ff. de solut. l. Stichum aut Pamphilum. §. naturalis. Sed per sententiam tollitur ciuilis, & remanet naturalis: vt ff. de condi. inde. l. Iulianus. Sed cum actionem inducat res iudicata, vbi nulla omnino erat: vt C. de reb. credi. l. actori. quare nō tollit vbi est? R. si. res iudicata de iure ciuili est: & ideo tollit. & inducit ea, quæ sunt de iure ciuili: & ita obligationem ciuilem tollit: & actionem (quæ est de iure ciuili) inducit: vt ff. de origine iuris. l. ij. §. deinde ex his. Ea autem, quæ sunt iuris naturalis, nō tollit: vt obligationem naturalem: vt argu. I. de legiti. agn. tu. §. fi.

Obligatio naturalis tollitur p pactum. sed ciuilis p sententiā.

Sententia est de iure ciuili.

ADDITIO. Istā glo. intellige de iuramento voluntario, & sic delato a parte parti: non autem de necessario: quia illud habet eandem vim, sicut res iudi. vt l. ij. ff. de iureiur.

e Ex legibus. Vt nequis cōueniatur, nisi coram suo iudice: vt C. de excep. l. fi.

f Legis vicem obtinent. Vt in senatuscō sultis: vt I. tit. j. in princ. sicut & exceptio Macedoniani, & Velleiani: vt ff. ad Mace. & Velleia. per totum tit. Accur.

g Prætoris iurisdictione. Vt de dolo malo, & metus causa: vt ff. de except. dol. per totum. Item pacti: vt ff. de pact. l. iurisgentium. §. prætor ait. Accur.

Appellatur. Diuiditur principaliter in tres partes. Primo ponit duplicē distinctionē exceptionum: quia quædā sunt perpetuæ, & quædā tēporales: item quædam sunt peremptoriæ, & quædā dilatoriæ. Secundo ponit exemplū cuiuslibet. Tertio ponit quā pœnam olim patiebatur, & quā hodie patitur, qui pendēte dilatiōe legali, vel lata ab hoie, añ dilationē finitā egerit. Seda ibi, Perpetuæ, & perēptoriæ. Tertia ibi, Alioqui.

Diuisio.

Casus

CASVS. Supra vidistis multa de exceptionib. adhuc aũt circa nãm excep. scire debetis, quod quaedam exceptiones dicunt perpetuae, & peremptoriae: videlicet illae quae semper agentib. obstant, & semper rem perimunt de qua agitur, sicut est exemplum de excep. doli mali. & de excep. pacti cõuenti, qñ conuenit, ne omnino pecunia peteretur. i. sine tpis praefinitione. & istud est quod semper dicunt canonistae, ecclesiam debere semper restitui. & sum in versic. Temporales. Tu vidisti exemplum de exceptionibus peremptorijs, modo videamus exẽplum de temporalibus dilatorijs, quae & tempore nocent: veputa si sit pactum factum de non petendo vsque ad tempus (& hic habes aliquid de materia plus petitionis.) Si enim aliquis creditor debitori suo fecerit pactum de non petendo vsque ad quinquennium, propterea actionem suam non perdit, sed intra quinquennium olim suam causam perdebat: nec amplius agere poterat: sed non vult dominus Iustinia. quod hoc hodie ita strictè procedat, sed vult in casu isto, quod locum habeat constitutio Zenoniana, de qua facta est supra mentio de act. §. sed haec quidem, scilicet quòd debeant induciae duplicari: & post quinquenium duplicatum adhuc non auditur nisi omnes expensas, quas reus in litem fecerit, eo quod praematurè eum conuenerit, reo soluat, & hoc ideo constitutum est: vt tali poena perterriti actores, tempora litium doceantur obseruare.

Perpetuae & perẽptoriae sunt, quae semper a agentib. obstant, & semper rem, de qua agitur, perimũt: qualis est exceptio doli mali, & quod Metus cã factũ est, & Pacti cõuẽti, cũ ita cõuẽnerit, ne oino pecunia peteret. Tpales atq; dilatoriae sunt, quae ad tempus nocent, & temporis dilationẽ tribuũt: qualis est pacti cõuenti, b cùm ita conuenerit, Ne intra certum tps ageret, veluti intra quinquẽniũ. Nã finito eo tpe, nõ impedit actor rem exequi. Ergo ij, quibus intra certũ tps agere volentib. obijcit exceptio aut pacti cõuenti, c aut alia similis: d differre debent actionẽ, & post tẽpus agere. Ideo.n. & dilatoriae istae exceptiones appellantur. Aliòqui si intra tempus egerint, obiectaq; sit exceptio: neq; eo iudicio quicquam consequebantur, pp exceptionem: neq; post tempus olim agere poterãt, cùm temerè rem in iudicium deducebant, & consumebant: qua ratione rem amittebant. e

*Hodie, si actor plus petat tempore, fine pendente dilatione, reo induciae duplicant, & idem reo actor in expensis factis in causa damnabit, antè quarum refectionem super principali negotio audientia denegabitur. Ares.*

Hodie autem non ita strictè hoc procedere volumus, sed eum, qui ante tempus vel pactionis, vel obligationis litem inferre ausus sit, Zenonianae constitutioni f subiacere censemus: quam sacratissimus legislator de ijs, qui tempore plus petierint, protulit: vt & inducias, quas ipse actor sponte indulserit, vel quas natura actionis continet, g si cõtẽpserit, in duplum h habeãt ij, qui talem iniuriam i passi sint: & post eas finitas nõ aliter litẽ suscipiant, nisi omnes expensas litis acceperint: vt actores tali

a Semper. id est, sine praefinitione tpis: vt ff. de do. excep. l. purè. §. fi. ita tñ, si ante litem opponant: vt C. sent. rescin. non pos. l. peremptorias. nisi in septẽ casibus, in quibus etiam opponi possunt post sententiam: vt ratione aetatis: vt C. sen. rescin. non pos. l. peremptorias. & ff. de mi. l. minor. xxv. an. omissam. Item miles: vt C. de iu. & fa. igno. l. j. Item in Macedoniano & Velleiano: vt ff. ad Maced. l. tametsi. Item in donatore, qui opponit vt conueniatur inquantum facere potest, etiam post sententiam: vt ff. de re iudic. l. Nesennius. §. fina. Item exceptio falsi procuratoris: vt C. de procur. l. licet. Secus si rõne personae procuratoris opponatur exceptio: vt quia sit miles, vel mulier. quia talis exceptio est dilatoria, vt j. §. praeterea. Item vbicunq; dicerem nullum fuisse iudicium, vt quia sit venalis sentẽtia, vel falsis testibus, vel instrumentis, iudicata: vt C. quando prouoc. non est nec. l. venales, vel cum iudex sit nõ suus: vt C. si à nõ comp. iu. per totum. Item si iniquè a iudice cõpulsus, est eo tpe, quo compelli non debuit: vt ff. de fe. l. j. Sed dilatoria pponitur ante litem contestatã: sed pbatur, postquã actor monstrauerit, quod asseruerat: vt C. de prob. l. exceptionem. & C. de excep. l. siquidem. Secus in exceptione fori: quia ante litem contestatam opponi & pbari debet secũdum quosdam: vt ff. eo. l. pen. Sed qd de exceptione non numeratae pecuniae, nunquid est perpetua vel temporalis? Rñd. quidã anomalam eam esse. Nos dicimus, quòd est temporalis biennij scilicet, vel triginta dierum: vt s. de lib. obl. §. fin. & C. de non nu. pec. l. in contractibus. §. j. & §. super caeteris. Sed in hoc potest dici anomala: quòd cum alias probet, qui excipit, hic tamen non probat: vt C. de nõ nu. pec. l. si ex cautione tua. Item quare in exceptione nõ numeratae dotis? & eodẽ mõ solue: vt C. de dot. cau. nõ nu. l. fi. & auth. ibi posita. Itẽ qd de ea, quae opponitur vt quis cõueniatur inquantũ facere põt? Rñ. eam esse tpalẽ: quia psumo, quod aliqua acquiret: & sic postea poterit soluere: vt C. ar. tu. l. si defunctus. Nã non repetitur quod solutum: licet facere non possit commodè: vt ff. de condict. indeb. l. nam & maritus, quod heres si esset perpetua, cum sit fauorabilis: vt ff. de condic. indeb. l. qui exceptionem. Et circa hoc vide quod no. in l. j. C. de iur. & fac. igno.

b Pacti conuenti. Scilicet exceptio.

c Pacti conuenti. Scilicet vsq; ad quinquennium.

d Alia similis. Veluti si quis stipulet id, quod in vtero est, vel fructus futuros: vel domum certo loco aedificari, vel cum Romae esset, Ephesi dari stipulatus est: vt ff. de ver. obli. l. interdum, secundum Azo.

e Rem amittebant. Facit s. de act. §. si quis agens. & ff. de li. le. l. non solum. §. fi. & C. de in. li. l. initas. li. x.

f Zenonianae constitutionis. Scilicet Graecae, cuius meminit s. de act. §. sed haec quidem.

g Continet. quod dic, vt modo dixi per l. interdũ. ff. de verb. obli.

h In duplũ. Sed vt quod nullã patiatur poenam: vt ff de pe. hae. l. quod si in diem. in prin. q est huic cõ. Sed dic illã corrigi. vel melius, speciale est ibi, quia ad hoc solum agebatur: vt eodem iure penes agentẽ haberetur, quo erat apud defunctum: vnde non fuit plus petitum.

i Iniuriam. Non tñ talem pp quam agere possent.

Et quot modis sẽper accipiatur Mandos. Gl. Facult. Nos qui hoc ver.

Hoc verũ intellige, quod post litem opponitur tale, ex quo apparet dictũ iudicẽ non habuisse iurisdictionẽ saltẽ in causa de qua iudicauit nec fuit facta prorogatio tacitè, vel expressè. vt latè p Ang. hic.

Alias, asseuerat. Aegi. Per. Exceptio ista dico me cõueniẽdũ in quãtũ facere possum, est tpalis.

In quo cõstituendo imitatus fuisse vt Claudium Caesarẽ q auctore Suetonio. plerũque restituit actiones ijs, qui plus petẽdo exciderãt iure agendi.

At ea huius modi poena locũ in petitiõe haeredi. non obtinebit quae generalis in eaque actione: tem ora les, & cõditionales continentur. l. qui si i diẽ. ff. de pet. haere. nisi post in specie peteret a debitore temporali vel conditionali, vt hic. quod facit ad intellectũ gl. in verbo in duplum. itẽ non videtur habere locũ in sola libelli oblatione. s. dum descenditur ad litis conte. vt apparet ex litera quae ait litem inferre, quod cũ intelligitur, dũ lis contestatur, vt i c ex parte. extra. de verbo. sig. & per Bar. in l. licẽ. C. de transa. & quod no. in l. amplius ff. rẽ rat. hab.

Talis

pœna pterriti, [a] tēpa litiū doceant̄ obſeruare.

*Exceptionum tertium genus eſt, quia quædam vocatur dilatoria iudicij perſonā reſpiciens, vt exceptio incompetentis procuratoris & ſimilis. Aretinus.*

Præterea ēt ex pſona ſunt dilatoriæ exceptiones: quales ſunt pcuratoriç: veluti ſi per militem, aut mulierē [b] agere qs velit. Nā militib. neç pro patre, vel matre, [c] vel p vxore, nec ex ſacro reſcripto pcuratorio noie experiri cōcedit̄: ſuis verò negotijs ſupereſſe ſine offenſa [d] militaris diſciplinæ poſſunt.

*Exceptio infamiæ pcuratoris, q̄ antiquitus cōpetebat, hodie tāquā minus frequentata exauthoratur.*

Eas verò exceptiones, q̄ olim procuratorib. pp infamiā, vel dātis, vel ipſius pcuratoris opponebant̄, cū in iudicijs nullo mō frequentari perſpeximus, cōquieſcere [e] ſancimus: ne dum de his altercatur, ipſius negotij diſceptatio protelet̄ur.

TITVLVS XIIII.

## DE REPLICATIONIBUS.

*Quēadmodū exceptio actionem excludit, ita exceptionē replicatio, & replicationem duplicatio. rurſus triplicatio duplicationem, & deinceps vlteriores defenſiones multiplicatis nominibus, vbi opus fuerit, proponi poſſunt.*



Nterdū euenit, vt exceptio, q̄ prima facie iuſta videt̄, tñ iniquè noceat. [f] qd̄ cūm accidit, alia allegatione opus eſt, adiuuādi actoris gratia, quę replicatio vocat̄, quia per eam replicatur, atq; reſoluitur ius exceptionis: veluti cum pactus eſt aliquis cum debitore ſuo, ne ab eo pecuniā petat: deinde poſtea in contrariū pacti ſunt, id eſt, vt creditori

[a] Tali pœna perterriti. Facit C. ad legem Iul. rep. l. j. & ff. de pœ. l. capitalium. §. pe. & C. de inoffic. teſta. l. ſi quis in ſuo. in fine primi reſpon.

Præterea etiam ex perſona. CASVS. Scire debetis, q quædam exceptiones dilatoriæ ſunt, quæ quidē ex l. vel ex natura rei dantur: quædam ſunt dilatoriæ, quæ ex perſona dantur: veluti ſi aliquis per mulierem agere velit. Mulier enim nō pōt eſſe procurator, niſi pro patre: ſimiliter miles non poteſt eſſe procurator patris, vel matris, vel alicuius alteri⁹, etiam ſi hoc per reſcriptum Imperiale ſibi fuerit indultū, quod intelligo, niſi in reſcripto inſeratur clauſula, Hoc non obſtante &c. p cauſa tamen ſua, vel iure ſuo, ſiue offenſa diſciplinæ ſuæ, bene poteſt eſſe procurator & agere. Et illud verbum ita intellexerunt quidam, q miles ſuis proprijs negotijs intereſſe poteſt, ſi p hoc non impediatur officiū diſciplinę ſuę: aliter non. de hoc plene habes in gloſ. Franc.

[b] Mulierem. Quæ pro alio agere nō poteſt, niſi pro parentibus, ſi morbus aut ætas eos impediat: nec ſit qui eorū nomine agat: vt ff. de procurat. l. fœminas. Accur.

ADDITIO. Mater tamen non admitteretur pro filio minore etiam ad defendendum: niſi in cauſa appellationis: & eſt ratio, quia eſt maioris præiudicij, quam principalis. Ang.

[c] Nec p patre, vel matre. Niſi p eorum libertate: vt ff. de lib. cau. l. iij. quæ eſt contra. ſecundum Ioan. ADDITIO. Dic q in iſto caſu dicitur defendere cauſam propriam pro ſuo intereſſe: vt l. j. ij. iij. & iiij. ff. de lib. cau. facit l. non tantum. ff. de appel.

[d] Sine offenſa. i. hoc fit ſine offenſa diſciplinæ. non autem ſic intelligitur, vt hoc non poſſit fieri, ſi diſciplina. i. exercitium militare offendatur. ſed ſiue offenſa datur ſiue non, præſumitur non offendi: vt hic, & C. de procur. l. qui ſtipendia.

Eas verò exceptiones. CASVS. Iſte §. tota die ſ iudicio frequentatur ad probandum q infamis poteſt eſſe procurator, quamuis non poſſit eſſe aduocatus. & rōnem diuerſitatis reddunt quidam: quia pcuratio eſt tantum onus: aduocatio aūt eſt onus cum honore. His prætaxatis venio ad caſum in hunc modum. Olim ita erat, q ſi tu eras pcurator Petri contra me: te potui repellere propter infamiam tuam, vel propter infamiam Petri: ſed hodie non vult lex, q illæ exceptiones infamię iudicis frequentētur: ne, dum ſuper eis altercatum fuerit, ipſius principalis negotij diſceptatio protelatur. Franc.

Procurator eē poteſt infamis non aduocatus, Fallit in Romana curia, in qua infamis nō pōt eē pcurator. Mandoſ. in 8. qō 4. Reg. cā cel. nu. 7. vide eundem in pſa. 31. Regu. nu. 2 vbi inuenit in dolotos, & prauos pcuratores.

[e] Conquieſcere. Sed ꝯ. ff. de poſtu. l. j. §. ſecundo loco. & in § hoc edicto. Solu. ibi de maxima infamia: hic de parua. Vel illud de aduocato, q emolumentū tm̄ habet: hic in pcuratore, qui tantū habet onus.

Aduocatº lucrū: procurator onus habet.

DE REPLICATIONIBUS.

*Quia exceptio p replicationem eliditur, ideo p cōſequens de replicatione dicit, vt infra eo. in prin. & ff. de except. l. ij. §. replicatio.*

Cōtinuatio.



Nterdū. Totº iſte tit. diuiditur i duas partes principaliter. Primo ponit̄ de replicatione, q pdeſt actori, & quæ non. Secundo, quæ exceptiones competētes reo principali proſunt fideiuſſori, & quæ non proſunt. Secunda, ibi, Exceptiones autem.

Diuiſio.

CASVS. In ſuperiorib. dictum eſt, quia illud, quod videtur iuſtum prima facie ex parte actoris, videtur iniquum inſpecta perſona rei petētis ſe defendere per exceptionem legitimam, & ad ſimilitudinē illius ſcire debes naturā replicationis. Sępius. n. contingit, q reus prima facie habeat exceptionem: ſed forſan actor habet replicationem contra ſuam exceptionem: quia iniquum eſſet q ſua exceptio poſſet nocere actori, cum exceptionem rei per ſul replicationem poſſit elidere. & de hoc ponit hic exemplum, faciendo mentionem eius, quod dicit̄ in §. pactus ne peteret. & ſum in verſic. rurſus interdum &c. Supra habuiſtis, q replicatio datur proprio actori contra exceptionem rei. Sed qūq; contingit, q replicatio actoris aliqn̄ prima facie videtur iuſta, ſed inſpecta rei perſona, qui ſe per duplicationem competentem poteſt defendere, videtur iniuſta. Iniquum enim eſſet q actoris replicatio ei noceret. & propterea datur ipſi reo contra replicationem actoris duplicatio, & ſic vlterius poteſt varietas negotiorum illa nomina multiplicare. Contra enim duplicationem rei datur actori triplicatio, & contra triplicationem actoris datur reo contra actorem quadruplicatio. Tunc enim plerunque infringit ſuum propoſitum præcedens. & ſi naturam iſtarum omnium act. plenè velitis videre: hoc ex latioribus Digeſtorum voluminibus facere poteritis. ff. de excep. l. ij. Franc.

[f] Noceat. id eſt, non proſit, vel dic propriè, ſcilicet actori. Accur.

Conue-

a Conuenit. Id est, ita fuit conuentum.
b Excludi. Scilicet per exceptionem, Accur.
c Noceat. Id est, non prosit. Accur.
d Ea. Scilicet duplicatio. Accur.
e Digestorum. Vt ff. de excep. l. ij.
f Exceptiones.

CASVS. Iste §. deberet poni in fi. præcedentis ti. hic tñ satis conuenienter ponit: quia omnes replicatiões exceptiones dicitur. Dicit enim Iusti. i isto §. ꝙ omnis exceptio, q̃ cõpetit alicui reo, debet competere, & eiꝰ fideiussori. Parũ enim, vel nihil ipsi reo ꝓdesset, nisi suo fideiussori competeret, qui recursum haberet contra eum, & sum i ver. Sane exceptiones &c. Dixi vobis supra, ꝙ exceptio, quę competit reo, cõpetit & eius fideiussori. Hoc aũt fallit in vno casu, s. qñ debitor cesserit bonis. Hæc enim exceptio fideiussoribꝰ nõ prodest. Illi eñ qui alios ꝓ reo obligant, hoc maximè prospiciunt, quòd si reus principalis fuerit facultatibus suis lapsus: possint a fideiussoribus totũ suũ debitum consequi. h. d. Francis.

f Exceptiones. Videtur ꝙ hic §. deberet esse in fi. superioris tit. Sed certè cum & replicatio sit exceptio, bene ponitur hic generaliter, tam ad exceptiões, quã ad replicatiões pertinens. Accur.

g Fideiussoribus. Appellatiõe fideiussoris omnẽ accessorẽ accipe: siue sit mãdator, siue fideiussor, siue alius: ex eo dictus fideiussor: ꝙ pro alio fidem suam adstrinxerit. Et nota, ꝙ dicit, plerũq;: quia exceptio reo cõpetens gratia suæ personę: vt qa sit minor, fideiussori non cõpetit: vt ff. de mino. l. in causæ. j. in prin. & ff. de exce. l. exceptiones. ij. in fi. l Itẽ si est dãnatus in omnibus bonis suis ratiõe sui delicti: vt C. de fideius. l. j. vel si cessit bonis: vnde ꝑsonaliter ei subuenit, ne in plus cõueniat, quã in quã tum facere potest: vt s. de act. §. fi. & j. eo. in fi. Itẽ vbicũq; quis inquantum facere põt, cõdẽnatur. nã fideiussori nõ dat exceptio: i vt ff. pro so. l. verũ. §. j. & ff. sol. ma. l. alia. Vbi aũt exceptiões cohærẽt rei, & non personæ: vt pacti cõuenti. & rei iudicatæ, fideiussoribus competunt: vt hic, ẽt inuito reo: vt C. de excep. l. defensiones. & ff. de except. l. omnes.

Fideiussor est nomen generale: & dicit à fide.

Exceptiones reo cõpetentes, gratia personæ, fideiussori nõ cõpetũt, sed bene si rei cohæreant.

petere liceat: si creditor agat, & excipiat debitor: vt ita demum condemnetur, si non conuenerit, ne eam pecuniã creditor petat: nocet ei exceptio. Cõuenit a enim ita. Nanq; nihilominus hoc verum manet, licet postea in cõtrariũ pacti sint. Sed qa iniquũ est creditorem excludi: b replicatio ei dabitur ex posteriore pacto conuento. Rursus interdũ euenit, vt replicatio, q̃ prima facie iusta est, iniquè noceat, c qđ cùm accidit, alia allegatiõe opus est, adiuuandi rei gratia: quæ duplicatio vocatur. Et, si rursus ea d prima facie iusta videat, sed propter aliquã causam actori iniquè noceat: rursus alia allegatione opus est, qua actor adiuuetur: q̃ dicit triplicatio. Quarum omniũ exceptionũ vsum interdum vlterius, quã diximus, varietas negotiorum introduxit, quas omnes apertius ex Digestorum e latiore volumine facilè est cognoscere.

*In rem defensiones debitori cõpetentes (vt pacti de nõ petendo) fideiussoribus etiam cõpetunt: quia si quid fideiussores pro reo soluerint, id actione mandati ab eo repetunt: exceptiones verò in personã, (vt cessiones bonorum, & id genus aliæ) ad fideiussores non porriguntur.*

Exceptiones f autem, quibus debitor defenditur, plerunq; accõmodari solẽt ẽt fideiussoribus g eius, & rectè: quia qđ ab ijs h petit, id ab ipso debitore peti videt: quia mandati iudicio redditurus est eis quod ij pro eo soluerint. Qua ratione, i & si de nõ petenda pecunia pactus qs k cũ reo fuerit: placuit ꝑinde succurrendum esse per exceptionem pacti conuenti illis quoque, l q pro eo obligati sunt, ac si etiam cum ipsis pactus esset, ne ab eis ea pecunia peteretur. Sanè quædam exceptiones non solent his accommodari. Ecce enim, si debitor bonis suis cesserit, & cum eo creditor experiatur: defendit per exceptioné, m si bõis * cesserit. Sed hęc exceptio fideiussoribus nõ datur: ideo scilicet, quia qui alios pro debitore, obligat, hoc maximè n prospicit, vt cũ facultatibus lapsus fuerit debitor, possit ab ijs, quos pro eo obligauit, suum consequi.

TITVLVS XV.

DE INTERDICTIS.

*Interdicta olim nil aliud erãt, nisi certę cõceptiões verborũ latæ a ꝑtore interdictũ interponense, cùm inter duos de possessione agebãt. Areti.*



Equitur, vt dispiciamus de interdictis, seu actionibus, o q̃

i Vt ff. de re iu si ca. l. & si fideiussor. in princ. nisi fideiussor vt defensor conueniat, tunc enim vt desẽsori, non vt fideiussori datur.

ADDITIO. Dic vt in l. pe. & in l. cũ mãdatori. C. de non nu. pecu.

h Ab ijs. s. fideiussoribus.
i Qua rõne. Exemplificat. Acc.
k Quis. s. creditor. Accur.
l Illis quoque. s. fideiussoribus & similibus.
m Per exceptionẽ. Propter hũc casum dixit s. plerũque. & propter alios vt diximus.
n Maximè. Facit s. de fideius. in prin.

DE INTERDICTIS.

*Quia interdicta vicem sustinẽt, seu obtinent actionũ, ideo post actiões de interdictis proponit j. eo. in prin. Acc.* Cõtinuatio.

* Aliàs si nõ bonis.

ADDITIO. Sed iste tit. congruẽtius positꝰ fuisset an tit. de excep. vt fecit iurisconsul. i Digestis: qa ante ti. de excep. posuit illum tit. sed in hoc non est vis.



Equit. Totus iste tit. diuidit i quatuor partes. Primo ponit, ꝙ olim erant interdicta. Secundo ponit vnã diuisionẽ iterdictorũ. Tertio põit aliã diuisionẽ. Quarto ponit vnam aliam diuisionẽ interdictorũ. Secunda ibi, Summa aũt. Tertia ibi, Sequens. Quarta ibi, Tertia diuisio. Diuisio.

CASVS. Dixi Iust. dñe, bene video, ꝙ vultis tractare de interdic. quæro quæ sunt interdicta? Frater, dicit ipse, olim interdicta erant quædã solennis conceptio verborum, per quã volebat prætor aliquid fieri vel prohibebat, & maximè hoc faciebat, quando disceptabatur de possessione vel quasi. h. d. Franc.

o Actionibus. s. in factum: vt j. eo. § fi.

Conce-

pro his exercentur. Erāt autem interdicta formæ, atque conceptiones verborum, a quibus prætor, aut iubebat b aliquid fieri, aut fieri prohibebat. c Quod tunc maximè d fiebat, cùm de possessione, e aut quasi possessione, f inter aliquos contendebatur.

*Prima interdictorū diuisio est hæc, q quædam prohibitoria sunt, ut interdictū ne vis fiat ei, de mortuo inferēdo, et similia. Quædam restitutoria, ut interdictum quorum bonorum, unde vi, & id genus alia. Quædam exhibitoria, ut de libero homine exhibēdo, de liberis exhibendis, & huiusmodi.*

Summa g autem diuisio interdictorū hęc est, q aut prohibitoria sunt, aut restitutoria, h aut exhibitoria. Prohibitoria sunt, quibus prætor vetat aliquid fieri: veluti vim sine vitio possidenti, i vel mortuum inferenti, quò ei ius erit inferendi, k vel in loco sacro ædificari, l vel in flumine m publico, ripa

Interdicta & actiões olim differebant.

a Conceptiones verborum. i. dicere verba cōcepta & formata a prætore proponente interdicta. Sed secūdum hoc, quæ erat differentia olim inter interdicta & actione:, cū & actio erat formula: vt ff. de ori. iuri. l. ij. §. deinde ex his. Rñ. quidam, vt præceptor meus Azo. quod interdicta formabantur in persona volentiū ea intentare tantū loquēdo eis. vnde interdicta inter duos dicuntur reddi à prętore loquēte duob⁹. vt j. eo. §. exhibitoria & hoc etiam colligitur. ff. sub multis titulis in tractat. de interdict. sic enī dicitur, vnde vi illum deiecisti &c. vt ff. de vi & vi ar. l. j. in pri. Item vti ædes de q̄bus &c. vt ff. vti pos. l. j. in princ. & sic de alijs. Sed actiões generaliter, & in psona omnium formabantur, vt quicunq; emerit, ex empto agat, & sic de cæteris: quod colligitur ff. de ori. iur. l. ij. §. omniū. & §. de his. Vel dic breuiter differentiā talem fuisse: quia interdicta a prætoribus, sed actiones à cæteris magistratibus formabātur: vt patet ex eo q omnia interdicta sunt prætoria: vt ff. de interdict. per totum librum. Sed hodie nihil aliud est interdictum, quā actio prætoria in factum: vt j. eo. §. fi.

ADDITIO. Dic fm Io. Fab. imò est aliud: & potest agi vel interdicto, vel actiōe in factū, ad electionē actoris: vt ff. ne vis fiat ei. l. siquis missus. §. cum prætor. ff. vti pos. l. j. §. restituendæ. & not. ff. de vi & vi ar. l. j. §. fi. licet gloss. not. idem quod hic in tit. ff. eo sed Dy. reprehendit glo. & hoc est verum. Ang.

b Iubebat. Quod est in interdictis restitutorijs & exhibitorijs: vt j. eo. §. restitutoria & §. exhibitoria.

c Prohibebat. Quod facit in prohibitorijs interdictis: vt j. eo. §. prohibitoria.

d Maximè. Hoc ideo dicit: quia qñq; per interdicta, nō super possessione, sed super iure rei contenditur: vt patet in interdicto de mortuo inferēdo. vbi licet inferre: & sepulcro inædificando. vbi licet inædificare: vt ff. de mor. infe. l. j. in prin. & §. prætor ait. Itē qñdoq; proprietatis & possessionis simul: vt ff. de aqua quoti. & æsti. l. j. §. fi. & ff. eo. l. interdictorū. §. quædā. Sed nūquid alio modo, q̄ per interdicta i. de iure ciuili agitur de possessione? R. sic, vt per condictionem indebiti, vt ff. de cōdi. inde. l. idebiti. & §. sed & si nummi. Itē per triticariā: vt ff. de cōdi. tri. l. j. in fi. & l. ij. Itē per condictionem ex lege: vt C. de acquiren. poss. l. fi. in fi. & ff. de rei ven. l. fi. & C. eod. l. siquis. Accur.

Interdictis quandoque litigatur super proprietate.

Possessio potest peti sine interdictis.

e Possessione. Siue retinenda, siue recuperanda, siue adipiscenda: vt j. eo. §. sequens diuisio.

Res incorporales quasi possidentur.

f Quasi possessione. Vt cū contenditur de possessione rerum incorporalium, vt vię, & itineris, & actus, & aquæductus: vbi non est vera possessio, sed quasi: vt ff. de acqui. re. do. l. rerum. §. icorporales: sed tamē est ibi quædam quasi possessio, & de ea retinenda competūt interdicta de itinere, & actu, & via, & aqua, quando contendo me esse in quasi possessione prædictorū iurium: vt ff de iti. actuq; priua. per totum. & ff. de aqua quot. & æst. per totum. & ff. de ser. l. penul. & ff. si ser. vend. l. sicuti §. Aristo.

Summa autem. CASVS. Dixi vobis, q olim etiā interdicta quædā solennis cōceptio verborū, per quā &c. Modo volo, q sciatis primā diuisionē interdictorū: & est trimēbris. Interdicta enim aut sunt prohibitoria, aut restitutoria, aut exhibitoria. Interdicta prohibitoria appellantur ab effectu prohibitiōis. vt puta, cū aliquis sine vitio iussu iudicis vel aliquo alio legitimo modo possidet: prohibet prætor ei vim fieri. Item phibet ædificari aliquid in loco publico, vel in itinere solito. Item prohibet aliqd poni in flumine publico ripave eius, quo peius per flumē nauiget. & sum in ver. sic. Restitutoria sūt &c. Itē vidistis, quæ sunt interdicta phibitoria: modo videatis, quæ sūt restitutoria. Et dicunt restitutoria ab effectu restituendi: videlicet, cū prætor iubet interdicto alicui restitui. Verbi gratia, si ego sum bonorū poss. de iure prætorio. prætor iubet mihi restitui quicquid aliquis de hæreditate illa, vel p hærede, vel pro possessore possidet: & illud competit mihi per interdictum Quorū bonorū. Et no. q cum dicitur, q interdictū Quorū bon. est restitutorium sumitur hoc verbū restituere impropriè. s. pro eo, qđ est per se dandi: sicut & verbū reddēdi significationē per se dandi habet. Vel potes dicere, q propriè dicit hoc verbū restituere habito respectu ad personā defuncti, qui res ipsas possedit, & hæres censetur eadem persona cū persona defuncti. Sed diceret aliquis, Dñe, qualiter potest interdictū Quorū bon. esse interdictū recuperādæ possessionis: cū sit interdictū adipiscēdę? Frater, verbū restituendi sumitur impropriè, vt iā dictum ē. & sumus in ver. Exhibitoria &c. Iam vidistis, quæ sunt interdicta phibitoria & restitutoria: modo videatis, quæ sunt exhibitoria: & vocantur exhibitoria interdicta ab effectu exhibēdi: cum s. prætor iubet aliquid exhiberi mihi. Et de hoc ponūtur tria exēpla in litera, quæ satis patent in ver. sunt tñ. Scire debetis, q tā phibitoria, quā restitutoria, quā et exhibitoria interdicta vocātur: sunt tñ qui putāt q solùmodo prohibitoria interdicta debeāt dici: & q magis debeant dici decreta, q̄ interdicta. Nos autem (dicit Iust.) dicimus, q omnia debent dici interdicta: quasi inter duos dicta, non habēdo respectum ad hoc, q interdictū resonat prohibitionem. h. d. Francis.

g Summa. i. prima, non minima: quia & de duobus membris aliqua inueniuntur: vt j. eo. §. tertia.

NE aũt † circa hoc labor sine mercede nr̃is fiat pedaneis, [v] sancimus eos in vnaquaq; dicta apud eos cã, vel si diuinitus † fuerit deputata, [x] duos quidem aureos ab vtraque [y] parte in contestatione litis accipere, & duos in fine negotij, & vltra hoc nihil (quod ẽt prędecessores nr̃i definierũt) sed his contentos esse solis: priuilegijs quippe quę in deminutione sumptuũ quibusdam [z] cõcessa sũt, oĩbus integris ſm suum ordinem conseruandis. Hoc aũt [a] dicimus in litibus transcendentib. quantitatem aureorum centũ. Si enim vsque ad hoc mẽsura fuerit litium: nihil volumus exigi, quia enim ita paruæ quantitatis exactio nem facit, pro maxima parte [b] victoria sic pauperem fraudat. Et ne-

[a] Eis. s. nuncijs duobus.

[b] Quam duobus. s. nuncijs.

[c] Hos aũt. s. nuncios & exceptores.

[d] Probatos. No. ꝙ iudex debet legales nuncios habere: vt dic ĩ. de quæstore. §. maxime aliàs est piculo electoris: vt subijcit, & ĩ.de col.§.iubemus col.ix. idem est in qualibet familia cuiuscunq;, vt ff. fur. adue. nau.cau. l.j.& instit. de ob.q ex quasi delicto. §.fi.

[e] Periculo. scilicet subesse.

[f] Officiorũ i. magistri scholarum & magistri scrinij libellorũ vel sacrarũ cognitionũ, de quibus ita dr̃.C. de decu.l.vlt. lib.x. & de pri.scho per totum. lib.xij.

[g] Super eos. s.exceptores. Accur.

[h] Vel. pro etiam.

[i] Deputant. i. eligunt.

[k] Qui. s. eligentes.

[l] Curabunt. i. resarcient.

[m] Si eis. s. iudicib.

[n] Interpellatio. ppter damnũ datum ab exceptoribus. Ac.

[o] Fiat. pp damnũ datũ executoribus.

[p] Curare. s. resarciri.

[q] Si vero iudex. s. aliqs ex supradictis.

[r] Opinione. debẽt enim nuncij vsque ad finẽ causæ iudici seruire: vt hic. & C. de spor.l.j. aliàs remouẽntur, vt hic dicit, & multis afficiũtur, nam iudex illustris vsque ad vj soli dos, inferior vsque ad tres: super illustris etiam corporales pœnas poterit inferre: vt C.de spor.l.ij. Accur.

[s] Eloquentissimorum supradictorum vij.

[t] Iudicare. i. a iudicando, id est, desierit esse iudex.

[v] Pedaneis. s. quos delegamus per hãc cõstitutionẽ,

[x] Deputata. i. delegata ab Imperatore vel papa. Al.

[y] Ab vtraque. nũquid quilibet duos dabit? quidam sic, quidam quòd vnũ tm̃. primum videtur verius ex vi dictionis ab vtraq;. quæ innuit, quod quęlibet pars duos det aut. iudicibus causarũ. secus in administratore, qui nihil debet habere nisi suum salarium. & sic nõ ob. ĩ.de manda.prin §. oportet. colla.iij. & ĩ. vt iudi.sine quo. suffra.§.volumus.& ĩ.iusiurand. §. viro quoque col.j. ij.

[z] Quibusdam. s. clericis: vt C.de epi. & cle.l [illegible] §.verũ. & §. [illegible] hac [illegible] ero.quę loquitur [illegible] alijs clericis.sed [illegible] Constantinopolitanis loquitur lex illa [illegible] cum clericus in [illegible] hodie seruatur. [illegible] clericis quod dicitur ĩ. de sanct. episco. §. sportularum. Item habemus alia exempla multa in C. de fuct. & lit. expen. l.vlti. Item pauperibus: vt ĩ. de man. prin.§.deinde.& §.fit tibi.

[a] Hoc autem. quod debeant accipi prædictæ sportulæ duorum aureorum.

[b] Parte No. dispensationem debere haberi in spor. vel in sumptibus ratione paruitatis litis: vt hic, & C. de test.l.consulta.& ĩ.de mand. prin.§.fit tibi.colla. iij. &

Nuncios legales iudex habere debet.

† Tenor huius §. ponit gl. ij. in c. cũ ab omni. extra, de vita & hones. cle. & vide in d. c. ꝙ clerici delegati ad cãs, non debent exigere decimam vel aliã quotam litis. .i. ab Imperatore.

iij. & C. de pel. schol. l. ij. ibi quod est autem. lib. xij. quod est contra consuetudinem quæ seruatur in regalibus comitissæ Mathildæ.

a Neq; rńdet tacitæ obiectioni. quasi dicat iā nihil habebit iudex, si tantū sunt causæ paruæ intra centum aureos.

niosè victum videat litigasse, vt hic solim §. vt C. de iudi. l. pperandū §. finautē. nisi in duob. casibus: vt C. de episc. & cler. l. oēs. in fi. & ff. de lega. ij. l. qui solidū. §. ēt. & nisi in alio qñ victor fuit contumax: vt C. de iud. l. properandū. §. finautem ex gestis. & hoc quod dixit Irnerius, exceptionē facit a regula qua dī, victus victori &c. contumacia & iusta ignorantia. vel dic quod dicta regula ab initio sic fuit intellecta & ante hanc authen. s. si iudici sederit, quod nunquam debet sedere in animo iudicis quādo de calumnia iurant: nisi sint potius ex promissione. nā eo casu ēt si sit iuratum de calumnia, debet cōdemnari victus cū & de iusta ignorantia etiam iure veteri diceretur: vt d. l. de leg. ij. l. qui solidum. §. etiam. & de episc. & cle. l. omnes. in fi. & fm hoc bene stabit illo adiecto solo. &c. quia vnum solum adijcietur.

que a in hoc solūmodo stamus, sed ēt de proprio ipsi largimur. Volumus enim vnumquenq; eorū qui b sub isto vel his sūt pedaneorū, annis singulis a mensa tuæ c celsitudinis pcipere duas libras auri, & his esse cōtētū solis, & neq; redimi: & aurū† oīno despicere. Propterea. n. eligimus fiscum minuere, d quatenus horū e vnusquisq; cōtentus nr̄a largitate, & quaternis aureis, puras Deo & nobis f & legi custodiat manus, cogitās q̄ a priorib. legislatoribus g de his definita sunt.

CAP. X. Vt iudex rōnem expensarum examinet.

*Iudex debet rōnem expensarum examinare: & post p̄stitum iuramentum per partem super factis expensis, non potest iudex in minori quantitate condemnare. Itē iura loquentia super exsecutoribus & appellationibus, in suo loco perdurant. Ange.*

Oportet aūt † expensarū h rōnem iudices oīno examinare. Et qa hoc bene Zenonis piæ memoriæ decreuit snīa & authoritas: & nos non dedignati sumus partem ēt hoc nostrarum facere dispositionum. i Maneat ergo ēt nūc eodē schemate custoditum, illo solo k adiecto, si iusiurandū intulerit de expensis iudex victori. s. cū quātitate, q̄ visa erit ei rectè se habere: (quā taxationē vocant leges) deinde ille iurauerit: nō habere licētiā iudicē minus, quàm iuratū est, condēnare: neq; videri l clementiorē lege, q̄ hoc disponit. si tñ perspexerit neutrum sumptuū subdere rōni: & pp negotij fortè varietatē hoc ipsum decernat sua m snīa. Omnibus alijs super appellationibus, n sicuti prædiximus & excusationib, o & vt non prompte p & cū necessitate fiant litis testationes, sed habeant xx. dierum inducias, & quicquid aliud iudiciale decreuimus, in propria virtute manentibus.

CAP. XI. Vt arbitri per compromissum non per sacramētum assumant.

*Non debet eligi arbiter cū sacramenti religione, ne anceps periurium incurrat: sed pœna debet promitti. si secus factum fuerit, iudex iudicās a Deo pœnam patietur: nisi p ignorātiā esset periurus. An.*

Quia verò † multæ q̄dam nobis fiunt interpellationes, eligentibus quibusdā iudices q penitus ignorantes leges & experimentum: & pronè r iurant iudicibus se contentos, s quibus t nequaquā u quispiam quilibet cre-

b Qui. i. de numero ptorum xij. alij dicunt hoc referri ad viij. qui sunt sub quatuor maioribus. de quibus omnibus habes. s. eo. §. vetus. & fm eos hoc salarium habent tantū minores.

c Tuæ. loquitur præfecto prætorio Orientis, cui mittit hæc constitutio.

Conco. e. iudicet. s. q. 7.

d Minuere. dando duas lib. auri, & ita plus p̄statur priuatis quam fisco. vt C. de cad. tol. l. j. in fi. & fa. s. de nō alie. §. oportet enim, &c. & s. de restit. & ea quæ pa. §. j. in fi. col. iiij.

e Horū. s. iudicum.

f Nobis. sic s. de man. princ. §. oportet. & s. iusiurā. quod p̄sta. §. iuro quoque.

g Legislatorib. vt s. vt iu. sine quo. & similibus.

h Oportet aūt expensarum. factarū a partib. in testib. & aduocatis: vt diximus. s. eod. §. nullo.

i Dispositionū. nā diximus in nr̄is legibus de his expēsis: vt C. de iud. l. properandū. finautem. & instit. de pœ. teme. lit. §. autem.

k Solo [illegible] duo nova [illegible] lim non [illegible] mum [illegible] cebat [illegible] cramen [illegible] stitū [illegible] leg. ta[illegible] hodie [illegible] hic [illegible] Sed an & circa sacramentū in litē erit correctum, quod ēt post præstationē taxatur: vt ff. de in lit. iur. l. videamus. in fi. Quidam quod sic. alij dicunt aliud in sacramento in [illegible] quàm in hoc expensarū. Tu dicas quod qñ sacrame[illegible] defert rōne incertitudinis. nō posset taxari post præstationē eius: vt hic. & C. vnde vi. l. ij. qñ. sed si rōne affectionis: pōt: vt in d. l. videamus. & l. action. b. §. j. Aliud ēt nouum hic ponit, quod hodie non cōdemnat victus victori in expensis, nisi iudici videatur vi quia calū-

Cōcor. cū hoc. §. c. vlt. cū glo. super verl. taxatione i. fi. extra, de ijs quæ vi met. cau. fi. & in ca. finem litibus [illegible] l. magnæ, quæ est super verbo expensis de do & contumacia

l Neq; videri. nota mirabile verbum pro allegantibus. nā semp lex mitior est, quam iudex possit esse: vt hic, & de arbi. l. Celsus: vnde eius verbis est standum: vt ff. de exerci. leg. j. §. igit. & vbi non distinguit nec nos: vt ff. de offic. præsi. l. iij.

Lex est iudice mitior.

m Sua. dicendo, ab expēsis absoluo. vel fide alijs. quibusdam condemnauit: potest dicere, de alijs absoluo.

† Conco. e. dilecti filij. i. gl. super verbo, compromisso post med.

n Appellationib. vt s. de appel. & de ijs qui ingred. ad appell.

o Excusationibus. i. recusationibus iudicum: vt supra. de exhiben. & intro. §. primo.

p Vt non prompte. vt s. dixi. §. sancimus. Accur.

q Iudices. i. arbitros, qui similitudinem habent iudicum: vt ff. de arb. l. j.

Arbiter est instar iudicis.

r Prone. i. facile.

s Contentos. i. quòd stabunt dicto talium arbitrorum, vt s. in titulo.

t [illegible]bus. s. iudicibus.

u Nequaquam quispiam. s. sapiens homo.

Iuris

dat: deinde suaderit forsan et iudicibus quasi sibi præbere iusiurandum iuris, [a] neq; quid sit iustū, neq; eius obseruationes scientibus: & merito læsi [b] ipsi rursus volút examinari [c] negotium, obliti iurisiurandi quod iurauerunt: causa nobis subuersione [d] digna visa est. Et quia cognouimus ex rerū experimento incautū [e] hoc esse, sancimus de cetero nullum fieri oino iudicem arbitralem, & [f] cū iurisiurandi [g] cautione iudicare: ne ex hoc in piurium inuitū incidant hoies pp iudicū ignorātiā peierare cōpulsi: [h] sed oino qui iudicē, aut iudices eligunt, cū pœna eligant eos, quatenus partes adinuicē coeāt, [i] & necessitatem habeant aut cōtentę esse iudicio, aut si retractare voluerit alter, det multā, [k] & sic licentiā habeat discedere reus ab ijs, q̄ indicata sunt, & ad aliud venire auditoriū: nr̄is iudicibus si aditi fuerint, exigentibus multā: & ijs, [l] qui eam iussi sunt accipere, restitui præparantibus: † Scientibus ijs, q iudices eligūt, qa si hoc nō egerint, neq; stipulati fuerint pœnā, sed existimauerint sufficere sibi ex iureiurādo cautionē: deinde iudices [m] sic electi [n] noceant eis, si quidem ex studio, [o] a dño Deo pœnas piurij sustinebunt. [p] Si aūt ex ignorātia [q] hoc passi [r] fuerint, nihil pter iusiurādū erit eis [s] amplius: qa neq; periuriū volumus ab aliquo inferri, neq; rursus litigantes sustinere damnū magnū pp iudicantiū ignorantiā citra iurisiurandi reuerentiā pmittimus: oibus ante sancitis siue ex antiqua legislatione, siue a nobis de cōpromissarijs iudicibus, aut arbitris, extra tn̄ necessitatē iurisiurandi, in propria virtute manētibus, & nequaquam ex hac nostra lege nouandis.

CAP. XII. De appellationibus: & ne cui eas non recipere liceat.

*Nullus debet appellationē corā se interiectā reycere, nisi solus præfectus. Ang.*

NOSTROS tn̄ iudices oibus modis suscipere appellationes [t] sācimus, & nulli licētiam esse penitus hoc repellere

† Ex hoc §. est tracta auth. q̄ est sup l. ne in arbit. C. de recep. arbit. & incipit, decernit ius nouum.

† Propeяantibus.

[a] Iuris. q. d. partes iurant se seruaturos iudicium: & iudices rite se iudicaturos iurant. Azo.

[b] Læsi. dic merito læsi, quia eum sic elegerunt: vel dic læsi. & ideo merito rursus.

[c] Examinari. coram iudice ordinario.

[d] Subuersione. i. correctione. Al.

[e] Incautum. i. malè cautum.

[f] Et pro. idest. Al.

[g] Iurisiurādi. dati ab arbitro. sm̄ B. qd nō placet: imò sm̄ Io. & sm̄ H. a partib. idem tn̄ dicunt & si ab arbitro: & sic corrigit̄ hic qd̄ est in C. de arbi. l. ne in arbitris. & l. cum ante. § altera.

[h] Compulsi. causatiuè. quia aut oportebat bonū ius dimittere, aut peierare. Acc.

[i] Coeant qdam distingunt an pars non veniat ad sn̄iam audiendam: & tunc cadat i pœnā an aliàs citatus: & tunc non cadat. vt ff. de arb. l. dič. §. si quis. qd̄ reprobo: qa siue in medio, siue in principio, siue in fine non pareat, cadit in pœnam: vt hic. & ff. de arbi. l. non ex oib. & ff. si qs ius dic. non ob. l. j. in princ.

[k] Det multam. i. pœnā certā promissam. impropriè ponit̄: vt ff. de verb. sig. l. si qua pœna est. & no q̄ hęc lra vr̄ loqui in actore qui non vult parere sniæ pro reo latæ. nā soluit pœnā, & redit ad actionem suā. Sed qd si reus nō vult parere? nunquid actor & pœnam petet & rē? Vr̄ q̄ non: vt ff. de except. do. l. apud. § Labeo. & ff. de pac. l. rescriptum. §. si pacto. Sed tn̄ dico q̄: qa hæc pœna nō loco rei succedit, sed loco inobedientię factę arbitro: pdictē aūt loquunt̄: qn̄ loco rei, vt promittis codicē: & si nō pmittis, decem? quo casu non debet vtrunque, vt dixi, nisi actū est: vt ff. de transa. l. qui fidem. hæc eadem tn̄ dicas in reo: quia & pœnam petere pōt, & sui iuris defensionem non amittit. Item quod subijcit q̄ pōt ad iudicium aliud venire: hoc est verū iam finita causa coram arbitro per sententiam. Sed quid si ea pendente agat? Respon. & tunc pōt: vt ĩ. de appel. §. j. sed cadit in pœnam, quasi arbitro non pareat: vt ff de arbit. l. sed si in seruum. §. fi. & l. seq. in prin. & soluitur compromissum: vt ff. de arb. l. si quis rem.

[l] Et ijs. litigatoribus.

[m] Iudices. id est arbitros.

[n] Electi. cū iureiurādo a litigatorib. & ab ipsis dato. Al.

[o] Ex studio. s. malè iudicant.

[p] Sustinebunt. vt C. de reb. cred. & iureiurando. l. ij. & §. scenicas non solum si fideius. §. j.

[q] Ex ignorātia. s. iudicū.

[r] Passi. s. litigatores. Al.

[s] Eis. s. partib. aliās ei. s. arbitro: & tunc significatur q̄. C. de pac. l. pe. Solu. hic obstabit partibus suum delictum, ne q̄ arbitrum agant: licet faciat arbiter litem suam, qa eum elegerunt: vt ar. C. de libe. cau. l. si filium. Sed quid si pœnam stipulati sunt. & iusiuran. est prestitū? Quidam respondent q̄ non valent: vt arg. in hoc §. sed Io. q̄, qa forma tantum arbitrij, non arbitriū est prohibitū. simile ff. de condit. & demō. l. hęc scriptura. & ff de cōdi. insti. l. quæ sub cōdi. §. item. sic & in matrimonio nimia festinatio punitur, sed tn̄ valet: vt ĩ. de testi. & ea quæ pa. §. vl. Itē potest induci generale, vtile p inutile non vitiatur: vt arg. ff. de iure fisci. l. non intelligitur.

[t] Appellationes. Not. q̄ tenetur iudex recipere ap. vt hic. & ĩ. vt nulli iudi. §. illas. col. at. ix. & ff. de ap. re. l. sciendū. & C. de ap. l. iudicibus. nisi in casu, vt in præfe. pręt. orientis. cui dirigit hæc constitutio: qui accipere non tenetur ap. sed supplicationem: vt in fi. §. & C. de preci. imp. offe. l. si quis aduersus. & nisi in casibus duobus qui sunt ĩ. eod. §. audient. in fi. & nisi in quatuor casibus: vt a principe. item a senatu, & qn̄ remota app. fuit causa cōmissa, & qn̄ partes ab initio remiserunt: vt ff. a quibus ap. non li. l. j. Item non recipitur si appellat debitor principis: vt C. quorum appe. l. abstinendum. Item in iudicio momentaneæ poss. vt C. de momen. pos. l. j. Item a nominatione tutelæ, vel curæ. vt instit. de excu. tut. §. qui aūt. Itē post decem dies: vt ĩ. de app. §. j. Itē ab interloc. vt C. quorum appel. l. ante. Item ab exsecutore, nisi excedat modum: vt ff. de app. l. ab exsecutore. & C. quorum appe. l. ab exsecutore. Item quidam criminosi appellantes non audiuntur: vt C. quorum appe. l. ij. Item in altjs si intersit cito puniri: vt ff. de appe. l. constitutiones. Item raptor virginis non appellat: vt C. de rap. virg. l. j. §. si autem. Accur.

† Cōcor. gl. vnica. in c. inter cętera. extra. de ap.

Præter

a Præter tuam. s. pfecto ptorio Orientis.
b Retractationis. p supplicationem: vt tu ipse retractes. Accur.
c Cingulum. i. administrationem.
d Iudicans. i. cingulum non habens: vt sunt magistri scholarum, & illi qui sunt electi a cōsulibus vel senatu. Al.
e Leges. & secundū eas iudicet: nō aliàs: vt hic. & C. de sent. l. nemo iudex. sed qdā supplent hic, prout sibi videbit, vt diximus s. iusiur. qđ præ. §. & æquus.
f Legem. s. priorē, vt j. in medio litis non fie. sa. for.
g Si enim. reuertit ad præcedētē casum.
h Licet. nam qhq; non licet. quod dic: vt s. proxi. §. diximus. Accur.
i Appellationes. nō faciendas in certis casibus: vt s. proxi. not. vel not. vel dic circa appellationes factas, vt ille cōtra quem appellatur defendat suū ius. Accur.
k Adiacet. i. iacet vt non des auxiliū.
l Sententia. a qua est appellatū. vel sñia dicenda in causa appellationis.
m Dubiū. de iure. quo casu potest cōsulere superiorem. aut de facto: quo casu nō pōt: vt hic, & ff. de iudi. l. eum quem. §. iudicibus. aut gratia vitandi odij. & tunc nō licet: vt j. vt iudi. nō expe. sa. ius. §. iubemus. coll. ix. nam sufficit &c. vt s. de man. prin. §. patrocinia. nisi fiat quia nō habet potestatem iudicandi, licet cognouerit de causa: vt ff. de offi. pcon. l. solēt. & l. si qd. collat. iij. & C. ad leg. Corne. de fal. l. vbi.
n De his. s. dubijs.
o Iusta. concordat hic Propheta dicens in psalmo: Iustè iudicate filij hominū. Paueant igitur iudices in sententijs ferendis, ne illos absoluāt, qui sunt cōdemnādi,

m Cōco. s. e. intimasti. cū gl. vnica. ex. de appel.

re, præter [a] solam tuā eminentiam: cui hoc ab initio largitur imperium, retractationis [b] introducens auxilium.

CAP. XIII. De diuersis rescriptis ad iudices directis.

*Iustè debent iudicare iudices non obstante aliqua pragmatica sanctione, & appellationes interiectas recipere: & si de iure dubitent, principem consulere debent. Ange.*

OMNIS autem iudex siue cingulum [c] habēs, siue aliter iudicās, [d] custodiat leges, [e] & secūdum eas proferat sententias: & vel si contingat iussionem nostram ī medium, vel si sacram formam, vel si pragmaticā procedere sanctionem dicentē aliter agi, sequatur legem. [f] nos enim volumus obtinere quod nostræ volunt leges. Si enim [g] sub appellatione lis fiat, iudex quidem suscipiat modis omnibus oblatam appellationem, nihil penitus excusans, in quibus omnino licet [h] appellare. auxilium verò circa appellationes [i] omnibus adiacet: [k] per quod licet læso & queri, & mereri correctionē aut ab ijs, qui de appellatione iudicāt: aut a nobis ipsis, si ad nos sententia [l] referatur.

CAP. XIIII. De relationibus.

SI quid † autem audientes iudices putauerunt esse dubiū: [m] damus eis licentiā de his [n] nuntiare nobis, & cōsulere nos, vt discant, q̄ necessaria sunt, & ita qđ agēdū est, explicēt, & faciāt iusta [o] simul & rō-nabilia iudicia. Tua igit eminētia, q̄ placuerunt nobis & pp nr̄orū subiectorū vtilitatē gesta sūt, hic & i impiali [p] ppo-nat basilica, & ī alijs partibus nr̄ę regię ciuitatis, vt vniuersis hæc fiāt manifesta, & discant quia p oīa nobis cura ē eorū vtilitatis pariter & æquitatis. Dat. Arione. V.C. Consule.

TITVLVS XL.
Nouella 83.

VT CLERICI apud proprios episcopos primū ꝯueniant, & post hoc apud ciuiles iudices.

*Clerici debent ab episcopo sub quo sint, conueniri: & ex non scripto, & celeriter debet episcopus ferre sententiam. Sed si causæ natura sit talis propter quam episcopus decidere non possit, quia forte infirmitate grauatus: tunc iudices seculares possunt adiri: & hoc in causis merè ciuilibus: in criminalibus aūt iudex ciuilis cognoscet: & in prouincia præses, & cās intra duos menses terminabit: et si clericus pœna sit dignus, per episcopum sacerdotali dignitate spoliabitur. de ecclesiasticis verò criminibus solus episcopus debet cognoscere. Ange.*

vel eos damnent, qui sunt absoluendi. Al. quia non magis iudicant, q̄ iudicabuntur: vt C. de iudi. l. rē non nouam.
p In imperiali. s. in Lateranensi palatio.

VT CLERICI apud proprios, &c.

q  Lurimus. Et reliquo. repete, de.
r Sacerdotio. vt s. quo. episc. & oe. cleri. ad or. perd.
s Monachis. vt s. de monachis. col. j.
t Agentes. i. facientes legem de monachis: vt s. apud quos opor. cau. di. mo. & asc. per totū. colla. vj.
u Quibus. s. legibus.
x Reuerendissimis. s. alijs q̄ monachis.
y Hoc dare. s. iubemus.
z Vt si quis. subaudi, & ideo damus in hunc modum, vt si quis, &c.
a Pecuniariam largè accipe s̄m Ioan. id est, non criminalem. vt arg. ff. de verb. sig. l. pecuniæ.

Archie-

Idem August. Ioanni gloriosissimo per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconsuli ordinario, & patricio.

Psal. 57.
† Cōcor. cū princ. huius authen. c. si cleric⁹. cū glos. j. vbi bonæ cōcordantię cū. de foro cōpet. & c. cum sit. eo. tit.

 Lurimus † sacras scribentes leges, & de Deo amabilibus episcopis, & reliquo [q] omni sacerdotio, [r] necnon de reuerendissimis monachis, [s] & nuper hoc agentes, [t] in quibus [u] volumus reuerendissimos monachos apud solos ciuitatis episcopos, sub quibus sunt monasteria, conuentiones suscipere: petiti sumus a Menna Deo amabili archiepiscopo huius felicissimæ ciuitatis, & vniuersali patriarcha, reuerendissimis [x] clericis hoc dare [y] priuilegium, vt si quis [z] habet aduersus eos qualibet pecuniariam [a] causam, prius ad Deo amabilem archiepiscopum

scopum [a] pergat, sub quo constitutus est, & interpellet eum, & ex non scripto [b] iudicium mereatur. & si hoc fiat: nec inquietet eum, nec trahat ad auditoria ciuilia, neque a sacro eũ vacare faciat ministerio, [c] sed ex nõ scripto examinetur negotium sine dãnis, [d] & accipiat formam [e] forsan etiam scriptam, si hoc quoque partes voluerint & poposcerint, & liberentur alterutro certamine. Si verò aut propter causæ naturam, [f] aut propter quandam forte difficultatem [g] non fuerit possibile Deo amabili episcopo decidere negotiũ, tunc licentiam esse & ad ciuiles iudices pergere, & priuilegijs omnibus custoditis, quæ reuerendissimis clericis sacræ præstant constitutiones, & litigare, & examinationem fieri, & terminum imponi liti, & ita liberã fieri causam clarissimis iudicibus [h] secundum nostras constitutiones vel leges studentibus cum magnanimitate & velociter lites decidere, vt non propter huiusmodi causas sacris amoueantur obsequijs, & cum oporteat Deum placari, [i] & decentia sacerdotibus agi, auditorijs detineantur, & illis turbis, [k] atque inhærente tumultu litigantium animabus. [l]

Si tamen de criminibus [m] conueniantur, si quidẽ ciuilibus: hic [n] quidem competentes iudices, in prouincijs autem earum præsides sint iudices, non transcendẽte lite mẽsium duorũ spacium ex quo litis cõtestatio fit, quatenus breuis [o] imponatur causæ terminus. Illud palam est, si reum esse putauerit eum, qui conuenitur, prouinciæ præses, & pœna iudicauerit dignum: prius hunc [p] spoliari Deo amabili episcopo sacerdotali dignitate, & ita sub legum fieri manu. [q] Si verò ecclesiasticum [r] sit delictum, egens castigatione ecclesiastica & multa, Deo amabilis episcopus hoc discernat, nihil cõmunicantibus [s] clarissimis prouinciæ iudicibus. neque enim volumus talia negotia omnino scire [t] ciuiles iudices: cum oporteat talia ecclesiasticè examinari, & emẽdari animas delinquentium per ecclesiasticam multam, secundum sacras & diuinas regulas, quas etiam † nostræ sequi [u] non dedignantur leges. Si verò quędam prius contestatæ sunt lites, [x] hę maneant in ipso schemate, velocem accipientes finem: omnibus quę iã a nobis sancita sunt siue sup sanctissimis ecclesijs, siue sup Deo amabilibus episcopis, siue super clericis, siue super monachis, propriam virtutem habentibus. [y] Tua igit eminentia, quę placuerunt nobis, & per hanc sacram declarata sunt legem, per programmata propria manifesta

[a] Archiepiscopũ. si imediate archiepõ subest. aliàs sub epõ: sed executioni mandar̃ p ciuilẽ iudicem: ut j. de san. epis. §. si quis ꝯ aliquem. colla. ix.

[b] Ex non scripto. hoc est ꝯ regulã quæ est. C. de sent. ex bre. re. l. fi. Sed speciale hic & in alijs casib. quos dic vt dixi s. vt iudic. si. quo. suff. §. necessitate. col. ij. Sed hodie p conciliũ Lateranum aliter est, quia i scriptis ferenda est snia et in clericis: vt extra de proba. c. qm ꝯtra.

[c] Ministerio. vt hic. & C. de epis. & cler. l. oẽs qui vbiq;. l. princ. Imo si ꝯ fecerit, amittit etiã iure cano. vt xj. q. j. c. inolita. & idẽ ſm leges: vt C. de iur. om. iu. §l. in criminali & idẽ probat̃ per legẽ Frideric. vt j. de stat. contra li. eccle. §. j. coll. x.

[d] Sine dãnis. i. sine dispendio gestorum, sportulæ tñ prestant̃. vt j. de sã. epis. §. sportularũ. quæ est ꝯ. & sic not. ꝙ rõne psonarũ parcit̃ in expensis, vbi aliàs non parceretur. C. de sacrosanct. eccl auth. hoc ius. & s. de mã. pri. §. sic tibi.

[e] Formam. i. sniam.

[f] Causæ naturã. vt qa liberalis est: vt C. de peda. iudi. l. ij. vel qa ante fuit aduocatus eius cãe: vt C. de asses. l. fi. & ff. de iuri. om iud. l ꝑtor. vel qa est cognatus agentis actione iniuriarũ: vt ff. de iniur. l. lex Cor. vel quia ab eius snia de hoc facto fuit appellatum, vnde ipse cãm appellationis cognoscere non põt, vt C. de appel. l. eos qui. Accur.

[g] Difficultatẽ. quia infirmus. idẽ et si nõ faciat plenã iustitiã: vt j. de san. episc. §. si qs aũt ꝓ pecuniaria. colla. ix. Idem ſm ll. si renunciauerit suo priuilegio: vt C. de pact. l. penul. sed iure canonum renunciare non põt: vt extra de foro cõpe. c. si diligenti.

[h] Iudicibus. s. dictis scilicet.

[i] Placari. peruit. u. veniam pro subditis, & orãt: vt C. de sum. trini. l. inter claras. &c.

[k] Illis turbis. s. detineantur.

[l] Aĩab. s. detineant̃ in hac ciuitate Cõstãtinopo. Ac. ia. ff de arbit. l. non distinguemus. §. compromisso. & C. de epi. & cle. l. omnes qui. in prin.

[m] Si tñ de criminibus ciuilibus. q. d. nõ canonicis siue ecclesiasticis. nã de eo dicit j. proxi.

[n] Hic. id est in hac ciuitate Constantinopoli.

[o] Breuis. id est. citra vsque ad duos menses vt dixit: regulariter autem ciuiles triẽnio, criminales biennio durant: vt C. de iudi. l. properandum. & C. vt intr. cer. tempus. l. fi.

[p] Hunc. scilicet clericum.

[q] Manu. hic no. mirabile: qa absoluere potest irrequisito epi scopo: sed non condẽnare: vt hic dicitur vt & aliàs. C. vbi senat. vel cla. l. ij. §. sedendi. quòd est contra regulã, quæ dicit, nemo qui cõdemnare non potest, absoluere põt: vt ff. de reg. iur. l. nemo.

[r] Ecclesiasticum. vt de articulis fidei vel simonia: & hoc si clerico inferatur. si autẽ laico, tunc & præses cum episcopo. vt s. de man prin. §. si vero canonum. coll. iij quæ est contra. Accur.

[s] Communicantibus. i. non cognoscentibus cum episcopo de hoc crimine.

[t] Scire. no. interdici aliquid scire: vt C. de ma. & math l culpa.

[u] Sequi. cũ hoc verbo ꝯcordat s. de mona. §. fi. & vt deter. sit numerus. in fi. col. j. & expone vt dixi j. de eccl. tit. §. fi. col. ix.

[x] Lites. s. tempore huius legis.

[y] Habẽtib. sic & aliã ꝯfirmant̃ talia: vt C. de epis.

Facit ad hoc. c. Alberic⁹ cum gl. j. ex. de testibus.

Expensis qñque rõne psonæ parcitur.

Iudex qb. casib. nõ cognoscit de cã appellationis.

† Cõc. c. vlti. in fi. ex. de secũ. nup. & l c. j. ex. de oper. no. nũ. & in cle. cleri. de iudic.

festa faciat vniuersis, & in perpetuũ studeat custodiri. Dat. XV. Kalen. April. Constantinopoli. Dño Iustiniano. PP. August. Apione V. C. cons.

TITVLVS XII.
Nouella 84.

## DE CONSANGUINEIS & vterinis fratribus.

*Si fratre præmortuo super sunt fratres ex vtroque latere coniuncti: tunc consanguineis tantum vel vterinis tantum præferuntur ij, qui ex vtroque sunt coniuncti parente. Angel.*

Imperator Iustinianus Augustus Ioanni gloriosissimo per Orientẽ prætoriorum præfecto, iterum exconsuli ordinario, & patricio.



MVltis vndique natura nouitatibus vtens, a (dictum est b iã in legibus hoc sæpe procœmium, dr̃ c autem & iterum) donec illa, quæ sua d sunt operatur, e ad opus multarum nos pertrahit legum. Legitimas enim & cognatiuas successiones dicunt quidẽ nobis & f veteres, & qui ex antiquissimo iure hæc sumentes, descẽderũt vsq; ad nos, qui g plurima horum correximus. Peruenit aũt ad nos aliquid tale: Duxit h quidam vxorem, & filij ex eadẽ sunt nati: deinde moriente illa i duxit rursus aliam, k ex qua nati sunt filij ei, prioribus cõsanguinei l solum, non tñ vterini. m deinde ẽt tertium introduxit matrimoniũ: fecitq; filios ex eo. post mortem verò eius ad secundũ mulier descendit virum: ex quo alios fecit filios, ijs qui ex priore viro fuerant, vterinos n solum, non tamen consanguineos. moriente igitur matre postea mori vnum fratrum ex tertio matrimonio contigit sine filijs & sine testamento, multos fratres relinquẽtẽ, alios quidem cõsanguineos, alios aũt vterinos, alios verò simul & cõsanguineos & vterinos. Et quę quidẽ adinuenta est naturæ nouitas, talis quodammodo fuit. o Licebit aũt tali principio dato nobis, ab eo p † & alios quosdã opinari q casus tale aliqd proferre valẽtes, siue morte viri, siue morte mulieris, siue alia legitima separatione nuptijs diuersis hoc faciẽtib. Quæstio r igit illa erat, si ad mortui fratris hr̃ditatẽ oporteret oẽs vocari, & cõsanguineos, & vterinos, & simul qdẽ ꝯsanguineos, simul autẽ vterinos fratres. Quia igit † ꝯsiderãtes leges oẽs, quas ꝯgregauimus, & veteres oẽs, & nr̃as, hmõi non inuenimus emersisse qõnẽ: ꝯgruũ est eã ſerò tandẽ refrenare lege, & ꝯsiderare, qa fratribus sũt ad defunctũ alijs qdẽ cognationis iura, q̃ nos legitimis s copulauim⁹: alijs aũt hoc ipso legitima, cõicabãt. n. aliqd ei circa pr̃nã prolem, t sicut alij circa mr̃nã, v alij aũt illud purè habebant, & lege & natura iuuante se, eo q ex ijsdẽ erant, pcedẽtes matrũ finibus: eratq; eis pr̃is semen vnũ: & vndique veluti quoddã signũ eis germanitatis resplendebat. Si igit hmõi frater litibus liberare & legẽ dubitãtes voluisset: ad testamẽtũ venerat, x & suã sñiam fecerat y manifestã: & per scripturã honorati z ad hæreditatem vocarent. Quia verò hoc agere noluit, aut nõ potuit, (multæ namque sunt homini & a anxietates innumeræ, & repentinę mortes b) hæc nostra lex causam determinat. Vult aũt c hæc lex, ex vtroq; decoratos, & simul quidem cõsanguineos, simul aũt vterinos fratres, ad successionem morientis meliores d esse quàm illos, qui solum-

---

de episc. & cle. l. priuilegia. §. oẽs. Accur.

DE CONSANguineis & vterinis fratrib.

a Multis vndique naturavtẽs. qa facta mutantur fm cursũ naturæ: vt C. de vete. iur. enucle. l. ij. § sed quia & § de nõ alie. §. alienationis. in fi. §. nõ aũt ius naturæ mutat: vt institu. de iur. natu. § pen. & ad hoc fac. t. š. quib mo. natu. effi. legi. l prin. coll vj. Accur.
b Dictũ est. interpositiuo est. Accur.
c Dicitur. s. hic.
d Sua. i. donec vtiẽ nouitatibus: quod facere, suum. s. naturæ est: vt in prin.
e Operatur. s. naturaliter. Accur.
f Et. pro id est.
g Qui. scilicet nos.
h Duxit. hic est casus. quem solum ponit hæc constitutio, & soluit p at vt ĩ. eo. §. vlti. & § plurima.
i Illa. s prima.
k Aliam. s. secũdã.
l Cõsanguinei. eius viri, qui sunt nati ex eodem patre tm̃.
m Vterini. q sũt nati ex eadẽ matre tm̃.
n Vterinos. q sũt nati ex eodẽ pr̃e & mr̃e.
o Fuit. vt dictũ est.
p Ab eo. s. principio.
q Opinari. No mirabile verbum: quia pauca sapienti dicas, & multa intelligit. vnde etiam dr̃ q potissima pars est, s. principiũ, quasi processus sit facilior: vt ff. de orig. iur. l. j Accur.
r Quæstio. ex themate præmisso nũc qõnem elicit. Accur.
s Legitimis. qã vterini fratres vocantur cũ consanguineis ita tribus ad successionẽ præmortui fratris: vt C. de legi. hære. l. vlti. §. sed nec.
t Prolem. & erant consanguinei tantũ.
v Maternam & tantum vterini erant.

Sapienti pauca dicẽda sũt.

x Venerat. i. venisset.
y Fecerat. i. fecisset.
z Honorati. i. hæredes instituti, qui honorati dicuntur. Ac.
a Et. pro id est.
b Mortes. sũt enim duæ: naturalis, & ciuilis: vt deportatio, vt ff. de ꝯ tabu. l. j. in fi. Accu.
c Vult autem. solutio qõnis. Accu.
d Meliores. hic distingue: quia aut sũt vtrinque ꝯiuncti tantum, aut soli consanguinei, aut soli vterini: & his tribus casibus æqualiter admittuntur vndecumque bona veneriunt: vt ĩ. de hære. ab intest. §. si igitur defunctus. col. ix aut consanguinei tantum cum illis qui sunt vterini tantum: & tunc in bonis

Fratres ad inuicẽ vt riẽ succedunt.

† aliàs ab ea. s. quæstione.

† Ex hoc §. exẽta est auth. q est sup l. tamen quẽadmodũ. C. cõia de successio. & incipit itaq; mos tuo.

solummodo consangui-nei, aut solummodo vte-rini sunt, & [a] nos non faciat hæsitare [b] naturæ varietas: sed nos huiusmodi adinuentiones ostendimus legitimas, atque decernimus, perfectioribus distribuentes quę meliora sunt, & minores [c] exæquare eis non patientes. Plurima nanque [d] ad hoc nos inuitauerũt. Primum quidem altera nostra lex, [e] si filius moriatur filios non habens: deinde existentibus ita fortè maternis rebus, aut ex nuptiali, aut etiam ex alia causa, quæ non acquiruntur, [f] prius ex ijsdem nuptijs fratres ad hæreditatē vocari, deinde ex alijs: & post hos patrem, quod ꝓbatio erat, eò q̃ dudum talia nostra legislatio [g] concessisset. Nam si etiam patre existente suo patri, & ijs, q̃ sunt ex alijs nuptijs, præponi consanguineos & vterinos fratres contingit: consequēs est, licet pater non existat, sed fratres solummodo, [i] præponi ijs, qui ex vno parentum solummodo copulantur morienti, eos, qui similiter quidem cōsanguinei, similiter autem vterini sunt. & his cōueniēs erit illud quod dudũ [h] & in maternis, & in ijs, quæ ex nuptiali cā, aut aliter nō acquirant, [i] sancitũ est, hoc etiam in reliquis morientis rebus valere [k] atque tractari. Hæc igitur lex in isto casu data sibi occasiōe, sicuti dictũ est, posita sit. Et quia ex tribus matrimonijs hoc ꝓcessit, nouitas naturæ nihil ꝓhibet, vel si quis proponat, & in duobus solũmodo matrimonijs alios quidē esse solũ vterinos, alios aũ cōsanguineos simul & vterinos: vel si q̃s extēdi dicat matrimonia, & adhuc amplius tale aliquid fieri. Et sic in hm̃oi casib. vbi tales q̃dam introducuntur ordines fratrũ, lex habeat suā virtutē: & excludāt duplici vtētes iure eos, q̃ vno solo vti possunt. Si verò nō talis est casus, sed solummodo cōstituti sunt vterini, aut cōsanguinei, & moriatur aliq̃s fratrum: hi priorib. subiaceant legibus, [l] q̃ eorum successiones disposuerunt. Locum tñ hęc lex habeat nō solũ in hoc casu, qui q̃stionē mouit, sed ēt in ijs, q̃ postea futuri sunt. Quo circa prior a, si aut iudicis snīa, aut pactionum expedita sunt formis, habeant ꝓpriam decisionem huius legis iudicio non egentia. Tua igitur eminētia, q̃ placuerunt nobis, & ꝑ hanc sacrā manifestata sunt legē, per litteras ꝓprias declarare cunctis, & in perpetuũ obseruare festinet. Da. XV. Kal. Iun. Constātinopoli, Imperat. Domi. Iustiniano Aug.

## TITVLVS XIII.
Nouella 85.

## DE ARMIS. [m]

*Princeps arma publica fieri iubet, sed priuatos facere & vendere prohibet: cultellos autem minores fieri & vendi a priuatis permittit. Bartolus.*

Imp. Iustin. A. Basilidi gloriosis. magistro sacrorum officiorum.



MAgnum Deum & saluatorē nostrũ Iesum Christum, & eius auxiliũ sēp inuocātes, [n] studemus oēs subiectos nr̃os, quos eorũ regimē credidit nobis De⁹, illęsos & sine calumnia



---

ab vtroq; latere: & sic quæsitū a defuncto fratre dico idē, q̃ æqualiter admittunt, cū agnatio & cognatio hodie sit æqualis: vt j. de hær. ab inte. §. si verò neque fratres. secus in ijs q̃ habuit a patre tm̃ vel a matre tm̃: q̃a tunc ꝓfertur ille qui ex eo latere sibi erat coniunctus: vt C. de leg. hær. l. de emancipatis. nec dico esse correctā. d. l. de eman. ꝑ p̄dictū. §. si vero neq; fratres. licet hoc dixerit P. nā & ꝑ eādem auth. de hær. ab intest. est differentia inter eos, q̃ sunt vtrinq; coniuncti, & eos q̃ sunt ex alio tantū latere, vt in § igit. defunctus. & in oib. his cessat hæc cōstitutio, sed remanet sibi locus in tribus casibus. s. qñ sunt vtrinq; coniuncti cū consanguineis tm̃, vel qñ cū vterinis tm̃, vel qñ cū cōsanguineis tm̃. quibus tribus casib. ꝓferuntur, q̃ duplici iure vtunt. vt hic. & j. e. § si ibi, excludant &c. sic nor. q̃ duæ rōnes vincunt vnā. vt inst. de a to §. sed hodie. & C. de edic. di. Adri. toll. l. fi. ibi. potiora iura &c. nisi vna sit melior, quā duæ. vt ff. de inoff. test. l. nam & si parentibus. Accur.

Rationes duæ vincunt vnā.

† Conco. e. vl. cum glo. super verb. fumi eulus. extra de ma. & obe.

[a] Et pro id est.

[b] Hæsitare i dubitare. q. d. non sit amodo qd̃ nos dubitemus de tali varietate naturæ, qualis ista fuit. nam legitime definimus ꝑ hāc legem & dicimus quid iuris esse debeat. Accur.

[c] Minores. i. quia non tm̃ fratres dñr esse, qui sunt ex vno latere, quantū qui ex vtroque.

[d] Plurima nāque. non tñ dicit hic nisi vnū. vel dic. q̃ dicit plurima. nā primo casu proxi. secū da sō p̄dicta: q̃a duæ rationes vincere de

bet vnā: vt j. dicitꝰ.

[e] Lex: vt C. commu. de suc. l. fi. & supple quæ dicit.

[f] Acquirant. s. parētibus, quantū ad ꝓprietatem sed duntaxat quantū ad vsumfructū: vt C. de bo. quæ lib. l. quæcūque. & C. de bo. ma. l. j. Sed hodie idem est in oibus aduentitijs: vt C. de bo. quæ liber. l. cū oportet.

[g] Legislatio p̄dicta. C. cōia de succ. l fi. q̃ tñ hodie corrigit, cum pater vocet vna cū filijs. vt j. de hæ. ab intest. §. si vero cū ascendētibus.

[h] Dudum. vt C. cōmu. de succ. l. fi. & C. de bo ma. l. j.

[i] Acquirant. s. parentibus quantū ad proprietatem. Accu.

[k] Valere. nam olim hæ solæ patrib. nō acquirebantur: cætera aduētitia sic. Sed vt hic dicit, idē in oibus aduentitijs ēt seruari debet: vt diximus institu. per quas perso. no. acqu. §. hoc quoque.

[l] Legib. q̃ sunt. vt C. de legi. hære. l. de emancipatis. & C. com. de suc. l. vlti. & C. de bo. quæ lib. l. quæcunq;. & plene dixi modo. Accur.

[m] DE ARMIS.

*Hunc sic non lego: sed quędam in eo noto. Accur.*

[n] 

MAgnū. Inuocātes. No. sic j. de quæstore. in prin. Accur.

Padua-

calumnia custodire:& inhibere bella, quæ per suã cõsideratione͂ suscipientes aduersus alterutros operan͂t dolores: duplex ex hoc cõtra se suppliciũ inferentes, tam quod sibi met inferunt, quàm quod ex legibus vesaniã eorum punientibus patiuntur. [a] Volentes igitur huiusmodi mortibus homines liberare prospeximus armifacturæ opus nullũ priuatũ operari: solos autem illos arma facere, qui in publicis deputati sunt armificatorijs, aut qui dicũtur fabricensij: [b] eos autẽ, qui operan͂t arma, nulli vendere priuato. Sed neque qui in numeris custoditi sunt armifactores, quos etiam deputatos appellant, qui de fisco annonas accipiunt, permittimus operari, aut alicui vendere arma, sed solum diligentiam habere armorum milites in numero constitutos, in quibus militant. Si verò nouum aliquid faciunt [c] hoc auferri ab eis, & in sacro nostro inferri armamento, [d] adijciendum ibi repositis publicis armis. Hoc autem obseruare volumus & eos, qui in ordinibus balistariorum sunt, quos per diuersas statuimus ciuitates, ordinantes eos, & arma facere: sancientes, vt & ipsi soli publica arma in armamentis publicis vniuscuiusque ciuitatis recondita corrigant, atque renouent. Si qui verò vnum aliquid armorum instruxerint, [e] hoc similiter & ipsis [f] inter publica arma præstent, & nulli alteri penitus vendant. Hoc quoque custodiant, qui in balistarijs deputati [g] sunt periculo patrum [h] ciuitatum, sub quibus & ipsos balistarios statuimus, & publicorum armamentorum diligentiam atque custodiam constituimus: quatenus si qui uisi fuerint aut deputati, aut fabricensij vendentes arma: prouideant per loca iudices eos supplicijs subdere, insuper etiam arma ab ijs, qui ea comparant, sine precio auferre, & publico vendicare.

Hanc igitur gubernante nos Deo cogitationem per præsentem sancimus legem, in nulla ciuitate aut prouincia nostræ reipublicæ habere licentiam priuatos, aut alium quempiam arma facere, aut vendere, aut quolibet mercari modo, sed solos eos, qui inter fabricenses referuntur, hæc instruere, & deferre ad sacrum nostrum armamentum. & hoc a tua celsitudine, & qui post te susceperint cingulum, custodiri sancimus: deputantibus nobis aliquos chartulariorum, [i] qui sub tua celsitudine in scrinio sunt constituti, fabricensium periculo quinque inter eos priorum, bonam opinionem [k] habentes, & opportunos, q & eos, qui in hac felicissima ciuitate, & alijs ciuitatibus nostræ reipublicæ arma faciunt, requirentes, prohibeant priuatos, aut etiam alios quosdam citra eos, qui deputati sunt inter fabricenses, armifacturæ agere causam: & in quibuscunque compererint locis aliquos priuatos hoc audentes, hæc auferre, & fisci applicare armamento. Si autem inter operarios priuatos artifices opportunos iuenire potuerint: hos si voluerint in militijs statuere, & in descriptione [l] † nomina eorum facere, & destinare nobis descriptionem artificum, vt per sacrum nostrum rescriptum in illis statuantur locis, in quibus sunt publicæ fabricenses: quatenus ipsi operantes [m] arma, & de fisco annonas accipiant. hoc enim facto & subtiliter obseruato a prædictis personis, licentia penitus nulli dabitur, neque ciuitates inhabitantibus priuatis, neque villas incolentibus rusticis, armis vti aduersus alterutros, necesque præsumere, & ex hoc plurimos homines occidi: publicas verò perire functiones, dum terræ cultores vitam amittere metuentes, fuga propter timorem vtuntur. Oportet ergo eos, qui diriguntur a tua celsitu-

Bellum duo mala infert.

[a] Patiuntur. Not. bellum duplex malum inferre: vt hic: & ẽt tertium: quia facit homines pauperes: vt C. de cadu. tollen. in prin & j. e. §. si autem. ibi, dũ terræ cultores.

[b] Fabricensij. vel fabricẽses, qui sunt ẽt quidam habentes officiũ & necessitatẽ faciendi arma cui necessitati eorum posteritas tenetur: vt C. de fabricen l. iure. li. xj. & ad instar militum notam debẽt habere in brachijs, & aliena prædia conducere colenda non debent: vt C. de fabr. l. stigmata. & l. fi. in prin eo. lib. xj.

[c] Faciunt. hi deputati qui prohibiti sunt operari.

[d] Armamento. qđ enim aufertur ab indigno, applicatur fisco: vt ff. de iu. fisc. l. Lucius.

[e] Instruxerint. quia aliquem instruxerũt qui facere scit. Acc.

[f] Ipsis. balistarijs. vt & ipsi inter publica arma ponant. Accu.

[g] Deputati. habebant enim quosdam sibi deputatos sicut fabricenses.

[h] Patrum. i. rectorum. & no. ꝙ dr̃ pr̃. vnde sicut pater debet habere filij gubernationem sic ciuitatis rector. & sic pro opinione nr̃a qua dicimus, quòd sufficiat talẽ iurare de calum. licet P. dixerit maiorem partẽ vniuersitatis iurare: vt C. de iur. cal. l. ij. §. quod obseruari. & §. hoc ẽt. & ff. de condi. & demon. l. municipibus. & j. eo. §. si autem in fi.

Chartularij & tabelliones qui dicuntur.

[i] Chartulariorum. chartularij appellantur qui scribunt in chartula publica: q vulgo tabelliones dicuntur. & no. quòd tabelliones eligunt in huiusmodi tactus.

[k] Opinionem. vt s. de mona §. ordinationem. col. j.

[l] Descriptione. i. matriculæ scriptura.

[m] Operantes. sic s. de man. princ. in fin. tit.

† Matricula vertit Iulianus. Con.

Confes-

celsitudine ex memorato fabricensium scrinio ad prohibendos priuatos armorum factores, confessionem [a] accipere etiā per loca iudices, & subiecta eis officia, & ciuitatum defensores, & patres, quia nihil valebunt decetero horum, quæ a nobis prohibita sunt, aliquid agere: sed quæ per præsentem sancita sunt legē, custodiēt, pęnam & in pecunijs [b] & in ipsum formidantes caput. Sancimus enim magnę quidem Alexandriæ iudicem negligentem [c] quæ a nobis sancita sunt, viginti auri librarū exsoluere pęnā, & cingulo cadere: & huius offm̄ silr̄ auri librarū viginti dare pœnā, & capitale subire supplicium, aliarum vero prouinciarum iudices damnū quidem x. librarū auri sustinere, silr̄ aūt & ipsos casui cinguli [d] subiacere, & eorū officia. Defensores aūt, & patres ciuitatū, triū librarū auri multari pęna, & in capite sustinere periculū, si quod tale factū cōperientes [e] non punierint, aut hoc agere nolentibus nō nūciēt, sed latere pmiserit.

Vt aūt palā [f] fiant q̄ a nobis prohibita sunt a priuatis & alijs qbusdā citra eos, q in sacris nr̄is fabricensibus referunt, fieri, aut priuatis vendi arma, & hoc p p̄sentem legē significare curauimus. Prohibemus.n. priuatos operari & emere arcus, & sagittas & spathas, & enses, quæ vocare consueuerunt semispathia [g] [†] & q̄ vocant zaniæ, siue loricæ, & contos, & quolibet modo vel figura factas lanceas, [h] & q̄ apud Isauros noiant monocopia, [†] & appellatos sitinnos seu missilia: insuper & aspidas, siue scuta, & galeas, seu cassides. nō.n. ista alij cuidā instruere sinimus, pter eos, qui deputati sunt in sacris nostris fabricensibus. solos autem fieri & vendi a priuatis, & priuatis vendi permittimus cultellos minores, [i] quibus nullus in plijs vtit. Præsentem igit legē gn̄alē tua [k] celsitudo in hac proponat regia ciuitate, necnon & p alias ciuitates nr̄æ reipublicæ, vt oēs agnoscentes, q̄ placuerunt nobis, hæc obseruent. Denuntiauimus aūt futuris p̄esse hmōi custodię chartularij ex memorato fabricēsiū scrinio: qa ex negligētia non solū pecuniarias sustinebunt pęnas, sed ēt ī corpore supplicia patient, & militia cadent. insuper nec ipsum vlterius pmitti a nobis scriniū in hmōi adesse solicitudine, [l] sed alijs cōmitti fabricensiū curā. Quæ igit placuerunt nobis, & p hanc legē declarata sunt, tua celsitudo, & q post te ī cingulo fuerint, operi terminōq; tradere festinent: indignationē nr̄am & ipsi metuentes, nisi rē sic vtilem reipublicæ custodierint.

Nouel. 86. Vt differentes iudices, & 87. De donatione mortis causa facta a Decurion. hic desunt: sed illa reperietur inferius collatione nona, constitutione. 10. altera vero collatione 10. constitu. 27.

TITVLVS XIIII.
Nouella 88.

## DE DEPOSITO, ET DEnunciationibus inquilinorum, & suspendenda administratione panum.

*Non valet denuntiatio ne reddatur depositum, vel ne alimenta de publica annona eroganda præstentur, vel ne soluatur pensio domus locatæ. & qui talem denunciationem fecerit, punitur ad interesse creditoribus, in quo quandoque venire poterit totum depositum. Accursius.*

Imperator Iustinianus Augustus Ioanni gloriosissimo per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconsuli, & patricio.



Item nuper audientibus nobis (hoc quod in imperio publicè sedētes multotiēs agimus) orta est aliqua quęstio, quam resoluimus statim. huiusmodi vero dicētes ꝯtingere multa: cōi & gn̄ali lege definire, hoc iustum esse arbitrati sumus. Si.n. qs ab aliquo capiat aurū, aut res aliquas depositi cā in qbusdam [n] ꝯditionibus, deinde illi agant: [o] necessitatē habeat

Authen. P 3 omne

[a] Confessionem. i. scripturam in qua cōfitetur.
[b] Pecunijs. hoc est quod dicimus ī ære & persona.
[c] Negligentem. ī. de mona. in fi. col. j.
[d] Cinguli. i. dignitatis amissione.
[e] Comperientes. ī. scenicas no. so. & C. ad leg. Iul. de vi pub. l. vlti. in fi.
[f] Palam. quasi diceret, prohibuit arma sic in genere fieri vel vendi. nūc specificat. & no. q alibi largius sumunt arma ēt pro lapide: vt institu. de pub. iudic. §. item lex Cornelia.
[g] Semispathia. i. illa arma. Accur.
[h] Lanceas. Not. quędam sunt, quæ vncinum quoddā habent ad capiendos hoīes, q̄ romphez vocant: vt ff. de vi & vi arma. l. iij. in prin. Accur.
[i] Minores. aptos ad pennarum temperationem, vel panū incisionem, fm Al. ex his potest colligi statutum de nō portandis armis per ciuitatem aliquam.
[k] Tua. loquitur magistro officiorū: vt innuit in principio cōstitutionis eiusdē. Al.
[l] Sollicitudine. No. q si tabellio delinqt in officio, non debet amodo posse hoc officium exercere. Acc.

DE DEPOSITO, & denunciationib. &c.



[n] Item nuper. In qbusdam. id ē, sub quibusdam conditionibus. Accur.
[o] Agant. i. deponentes impleant cōditiones quas implere debent.

imple-

Tabellio delinquēs ab offō repelli dēt.

[†] Paramería legendū, vt in Grçco, & Iuliani epitome, quasi femori applicitos enses. Cōtius.

[†] μονο-κόπια. legitur in Grçco. Cōtius. Vide Alcia. li. dispun. 3. c. 20.

[•] σιβύν-νους. i. missibilia.

omne restituere aurũ, aut res conditionibus semel impletis [a] & nulla omnino licentia sit aliquibus extrinsecus [b] interdictionibus † vti, & retinere [c] depositi restitutionem: dum & alia multa priuilegia tã a præcedentibus legislatoribus, q̃ a nobisipsis data sunt. [d] licentia enim est prohibenti redditionem, eum quidem cui creditum est depositum, non molestare: eũ verò de rebus, quæ in quæstione sunt, qui aurum, aut res aliquas accepturus [e] est, litem sortiri, & iustitiam & legem promereri. sed ne per hanc causam dãnis magnis subijciat eum, qui interdictionẽ suscepit, & compellatur aut defensiones expetere, [f] aut res habere, & non possit voluntariè cũ deponente benigne agere. quòd si tale aliquid egerit, (omnino enim oportet non sola delictorum nos contentos esse prohibitione: sed etiam timorem inferre iustum transgressoribus) siue pditionem contigerit rerum aut pecuniarum fieri, & hoc probetur, [g] siue alium quemcũque casum fortuitum: ipsum respicere, qui contestationem dixerit. Insuper etiam ex quo facta est huiusmodi cõtestatio, [h] vsuras pecuniarum, vsque ad tertiam [i] centesimæ agnoscere prohibentẽ accipere propria: non solum si aurũ fuerit quod depositum est, restitui vero prohibitum: sed & si aliæ res [k] sint: vt hoc timore [l] stultorum simul & peruersorum malignè versandi, [m] † in depositionibus homines cessent.

## CAP. II. De his qui denuntiant ne ciuiles annonæ vel pensiones soluantur.

uisione [a] secundum nostram constitutionẽ, quã ob hoc posuimus: quam in omnibus, quæ in ea [b] continentur, firmam esse per hãc legem sancimus. Si autem & in diuisione [c] ipse subscripserit, [d] & clara omnia p subscriptionem suam fecerit, sit & hoc ratũ: quoniam & hoc iã nostra legislatione [e] continetur. Palam verò est, quia talibus casibus valebit hęc lex, quoscunque postea moueri contigerit. Quæ igitur placuerunt nobis, & per hãc sacram declarata sunt legem, tua gloria cognoscens, omnibus faciat manifesta: vt nullũ lateant, quæ rectè & prouidẽter pro nostris subiectis sancita sunt. Datum Kalen. Ianuarij Constantinop. domini Iustiniani PP. A imperij anno xiiij. Basilio V.C.Cos.

a Diuisione. nec.n. aliquẽ instituit vel exhędauit. sed tres singulares vnicuiq; assignat: sicut in codicillis solet fieri. vnde neque ɔsequẽtia iicard. vt ꝫ. neq; testib. est opus: dũ cñ de scriptura & subscriptiõe, vel p testes duos vel per confessionem partiũ constet. Accu.

b Quæ in ea. consti. q est de trien & se. §. illud & §. q̃d sæpe. coll. ȝ. non dicit q̃d extraneis possit relinqui.

c In diuisione. facta alijs, vt consonet supradictis. Azo.

d Subscripserit. f. solus, vel cum filijs. P.

e Legislatione. ꝫ. de trien. & semis. collat. ȝ. §. & illud.

DE RESTITVtionibus.

*Sed quæ est differẽtia inter hũc titulũ, et supra de resti. & ea q̃ pa. col. iiij. et illũ infra de re. fideic. & nõe fa. col. ix. Respon. in isto fit restitutio ĩ morte testatoris, itẽ rerũ q̃ supersunt: ĩ superiori fit statim, vel pro ut voluit post testõr. Item oĩum excepta quarta, ut colligit hæc differentia duplex ĩfra eo. §. nobis. in prin. inferior aũt de resti. fideicõ. dicit de quodam testõ & codicillo ĩ quo singularia fuerũt relicta legata, et per fideic. fuit rogat⁹q habuit, ut non alienet: non principaliter de restituendo, sed si alienet, ad aliquem pertinentiãs, ut ĩ rub. ibi patet. Azo.*

Corruptè ĩ Sec. l gertana legit Bilistamo. Cõti.

# TITVLVS IIII.

## DE RESTITVtionibus.

*Hęres rogatus restituere quicquid de hęreditate superest tempore mortis, de tribus partibus hæreditatis sibi relictę põt facere quod vult: quartam autem immi nutam debet relinquere: nisi in certis casibus hic expressis Item ab hæredibus debet præstari satisdatio de fideicom. portione reddenda, nisi a testatore fuerit remissa. Bar.*

Imperator Iustinianus Augustus Basso magnificentiss. comiti deuotiss. domesticorũ, locum tenenti Ioannis gloriosissi. sacrorũ prætorio præfecti.



Egotiũ audiuimus p testamento dubitato, quod [f] etiã interpretari iustũ [g] existimauimus, & lege cõprehendere certissima: hoc quod nostrę consuetudinis est, in negotijs mortis ex legibus optimis accipere occasiones. Filios enim quidam suos instituens hæredes, dein de alterutris eos filijs nõ existentibus substituere volens, iussit, si contigerit aliquem eius filiorũ, & hæredem † futurũ, sine filijs humanam solue re vitã: post exceptionẽ horũ, quę ex lege deben tur ei, ex eis [h] quę ab eo [i] relinquebantur ei rebus, reliquas omnes res, & iura quęcunque apud eũ in tẽpore mortis inuenirentur, venire, & restitui ex his superstiti, aut eius filijs, si etiam ipse moreretur: omni cessante inter eos propter memoratam substitutionẽ cautione & fideiussione in his, eo moriente, [k] & vno quidem eius filiorum & hęredum filios habente, alio verò manente sine filijs, prohibet eum, qui sine filijs est, is qui filios habet, vti [l] rebus, vtpote eas deterẽte. † at ille vtens verbis testamenti, quia quicquid inueniretur in tempore mortis apud eum, hoc eum restituere iussit, secundum hoc vult schema licentiam habere vti rebus sicut voluerit nulla prohibitione de eorum gubernatione illata ei. Nos igitur sumentes ex hoc occasionem, existimauimus oportere & antiquam definitionem, [m] & deinceps discretionem hanc quidem definire, hanc autem puram hominibus reponere, & propterea lege causam comprehendere, vt discant homines omnem legis ordinem cum quo competit talia & discere, & iudicare. Nouimus igitur apud Papinianum sapientissimum dictum in decimonono libro eius quæstionum, vbi permittit alienationes in tali casu: illud solum velut ex studio in ænigmate [o] proponens, vt tunc oporteret prohiberi alienationes, cum ad soluendum [p] fideicommissum, ex studio, qui hoc oneratus [q] est, ad alienationem venit. & tanquam philosophatus inter imperatores Marcus tali quodam proposito casu, viri boni arbitratum videri

† Aliàs hędum.

† Aliàs, deterẽte. malimus tẽ in accusatiuo vtrũuis legere.

f Negotiũ. Q̃d s. negotium, vel testamentum.

g Iustum. aliàs in libro Azo. dignum.

h Ex eis. aliàs et his.

i Ab eo. s. testãte, Ac.

k Eo moriente. i. eo patre mortuo.

l Non vti. i lib. Azo. non est non. & idem est sensus.

m Deterente. a detero, deteris. vnde vestes detritæ, id est deterioratæ.

n Definitionem. q̃ definitio ꝫ. ponit̃ sm Papiniani dictũ: q̃d sensũ inuenies instit. de fideic. hære. §. sed quia. & ff. ad Trebel. l. Titius.

o In ænigmate. i. in obscuritate: quia nõ põt sciri q̃n fecit cã interuertendi fideic. vel non.

p Ad soluendũ. i. annihilandum. Accur.

q Oneratus. s. fideicommisso. Al.

Tali-

inesse talibus a verbis disposuit. b Nobis ergo rectè visum est hanc ita disponere legislationem, vt si quidem vniuersaliter aliquis dicat restitutionem fideicommissi: hæc tenere quæ in talibus decreta sunt, & à nobis iam sancita. c Si vero tale fideicōmissū, quale subiacet: d & ea quæ inueniuntur seu remanent in tempore mortis, testator submittat sola in fideicommissum, tunc indefinitè dictum prioribus, e sub quadam legitima deducere diuisione & ordine. f Si qs enim hoc aut ēt aliqd aliud tale dixerit: sancimus vsque ad Falcidiam solùm suæ institutionis necessitatem habere seruare eum qui oneratus est fideicommissi restitutione, & nō posse aliquid penitus g ex illa minuere sufficiens existens: h sed hęredi quidem supersint tres partes: illi autem quartę solius relinquatur ratio. Non enim concedimus ei qui grauatus est, etiā donationibus vti aliquibus, & forsan ex studio (quod Papinianus dicebat) interuertendi fideicōmissi causa, vt etiam quarta minuatur institutionis eius: sed hoc omnino relinquere fideicō missum: aliis omnibus in eius positis potestate, & licentiam habere eū his sicut voluerit vti, quēadmodum perfectis dominis competit. Si vero & ipsam quartam i is qui grauatus est, contingat, necessarium est perscrutari causam secūdum quam hoc egit, & si quidem aut dotem voluerit dare, k aut sponsaliciam l largitatem, aliam non habens m substantiam: oportet ei hoc permitti agere, hoc videlicet quod nostra continetur iam lege: in qua ei omnino non negauimus talem deminutionem Si vero & in captiuorum redemptionem, (hāc enim excipim⁹, n & dicamus o Deo causam) & hoc licentiam eum habere facere, & minuere etiam quartam pietatis ratione: qđ omnium nobis preciosius vr̄. Si verò ɔtigerit, neq; ipm hr̄e ex aliq b⁹causis vn̄ faciat p ex pēsas: ex tali restitutione etiā has facere damus ei licētiam (hoc quod & testator permisit) quod relinquetur, omnino hoc volens ad restitutionem trahi, & quasi aliquis dicat ex hoc, qđ remaneret, ei restitutionem fieri. Si aūt nulla talis subiacet occasio: necessitatem habere oino quartam partem proprię institutionis seruare, & tali q & alijs r restitutionem donare. Si tamen aliquid expenderit habens vnde supplementū faciat: ex illo suppleri quartam, & per nullam s causam hanc minui. Si verò contigerit t quartā, & non habeat u ad supplementum aliam substantiam tunc damus ei & contra emptores, aut aliter accipientes res, in rem, x & hypothecas. y ex authoritate huius legis, vt liceat complere sibi fideicommissum ex rerum vindicatione: hoc quod in legatis iam dedimus z & ex constitutione in rem ei donantes, & fideicommissi persecutionem. Vnde & cautionem fideicommissarius dabit non minus quartam seruare: nisi

a Talibus verbis. s. quæ tpe mortis inuenirentur: vt s. eo. tit.

b Disposuit. verum interuertendi causa fideicōmissi fecerit, vel non: vt ff. ad Trebellia. l. Titius rogatus & ff. de vsur. l. iij. §. nonnumquam.

c Sancita sunt. vt s. de testi. & ea quæ pa. §. j.

d Subiacet. i. quale est in casu nostro.

e Prioribus. i. a prioribus. s. Papiniano & Marco. Accur.

f Et ordine s. visum est disponere.

g Penitus. aliàs amplius.

h Existens. i. si ipse diues est per se. aliàs secus: vt j. eo. § si vero cōtigerit & sic no. ꝗ tres partes sibi assumit, & hanc quartam solā restituit fideicommissario sed qñ de tota restituenda rogatur, tūc quartam sibi, tres partes fideicommissario det: vt C. ad Trebel l. j.

i Ipsam quartam. quā debet restituere. & dic ɔtingat. i. tāgat.

k Dare. s. pro filia, vel nepte, quā necesse habet dotare: vel dic reddere alicui vtrūq; enim esse pōt. Sed si dos data desinat esse dos, vt soluto matrimonio, nunquid redit in causam restitutionis? Rñ nō, arg. ff. ad Trebel. l. hęredibus. § fi. & l. mulier. § fi. & eodem modo tñ. si hoc idē quæratur in illa constitutione. s. de testi. §. quāobrem. collat. iiij. nā & ibi pro dote demi nui de restitutione p mittit.

l Sponsalitiā. i. dona pp nuptias.

m Non habens. ido neam. s. ad dotem, si nē ad donationē, spōsalitiæ largitatis. Ac.

n Excipimus. qñ. s. non habent aliunde forte, vt s. dixi. Item nunquid ecclesiæ simili modo dari poterit res huiusmodi? Rñ. non, cum hoc nō sit specialiter dictū, argu. s. neque virum quod ex dote. §. fi. in fi. ista colla. Item no. ꝗ aliqua pro captiuis alienant, q̄ aliàs non alienarentur. sic j. de eccle. tit. §. interdicimus. colla. ix. & C. de sacrosan ecc. l. sancimus. in fi. Itē in præcedenti dicto not. ꝗ ob dotem fit alienatio, quæ aliàs nō fieret: vt s. de restitu. §. quāobrem. Accur.

o Dicamus. i. dedicamus.

p Faciat. ad sui sustentationē, vel egentem sobolē, vt in nouel. Azo. Et sic no. ob impensas ꝑmitti, qđ aliàs non heret, vt ff. de petitio hær. l. hēr.

q Ex tali occasione. qualis dicta est. Azo.

r Et alijs similibus. q. d. prædictis modis poterit donare⁹, non aliàs.

s Per nullam. dissimilem prædictis.

t Contigerit. i. tetigerit.

u Nō habeat. s nūc. habebat tñ tūc cum cōsumpsit. alioquin contra. Azo.

x In rem. vtilem, ēt non restituta hǣditate, quia fideicōmissa rio in alienatis dico eam non esse necessariam. Azo.

y Hypothecas. in rebus, quæ fideicōmisso non continent, & fuerunt defuncti, nā rei meæ non habeo hypothecam: vt ff. de pig. actio. l. si rem alienā. Vel dic vtile dominium nō repellit hypo. vt C. đ iure dot. l. in rebus. directè cōtra. Accur.

z Dedimus. vt C. cōmunia de leg. l. j.

Captiuitas aliqñ habet fauorem.

Impēsarū rōne permitti, qđ aliàs nō.

Conjecte.

nisi & ipsam testator, sicut in pronunciato nobis facto, prohibuit. cum enim ipse testator oem non fideiussionem solum sed etiã cautionẽ relaxauerit: nos aliter disponere, non est morientis conijcere [a] voluntatem.

Hæc igitur sit causis decisio, ipsi [b] quæ præbuit quæstionem, & alijs oibus, in quibus pendere contigerit casus testamentorum quidem factorum, & testatorum quippe defunctorũ: nondum aũt tali locũ accipiente fideicõmisso, sed adhuc eo qui grauatus est, superstite. Et hæc dicimus non in filijs solũ, sed etiã in alijs cognatis & extraneis agere, in quib. oino tale fideicõmissum relinqui contigerit. Tua igitur gloria oibus hæc manifesta faciat nostris subiectis, vt sciant quemadmodum cõpetat & viuere eos, & mori, & testari, & fideicõmissa relinquere, & alia agere quæ in talibus sunt sancita. Da. Kalen. Feb. CP. Domi. Iusti. PP. Aug. anno. XIIII. Basilio. V. C. Cons.

## TITVLVS V.

Nouella 109.

## DE PRIVILEGIIS dotis hæreticis mulieribus non præstandis.

*Hæretici non possunt ad aliquam dignitatẽ vocari: & qui sint hæretici, hac lege notantur. Item mulier hæretica in sua dote nullum habet priuilegium prælationis, vel aliud, nisi ad orthodoxam fidẽ peruenerit. Ang.*

Imp. Iustinia. A. Ioanni gloriosissimo Orientalium prætoriorum præfecto, iterum exconsuli ordinario & patricio.



[Vn]Nam nobis esse in oĩ nr̃æ reip. & imperij vita, in Deo spem credimus: sciẽtes quia hæc nobis & aiæ & iperij dat salutẽ. vnde & legislationes nr̃as inde pendere cõpetit. & in eam respicere: & hoc eis principium esse, & medium, & terminũ. Sicut igitur vniuersi qui ante nos iperantes, & maxime Leo piæ memoriæ, & Iustinus piæ memoriæ noster pater, [c] in suis cõstitutionib. hereticis oibus interdixerunt: vt neque vlla ipsi participarent militia, neq; quodlibet in publicis curis participiũ [d] haberent vti [e] ne occasione militiarũ & publicorũ collegiorũ, sanctæ Dei catholicæ & apostolicæ ecclesiæ mẽbra viderent vastare: ita & nos [f] ipsis hoc egim[us], nr̃is cõstitutióib. hoc roborãtes. Hæreticos verò: & illi dixerunt, & nos dicimus eos, qui diuersarũ sunt hæresum, quibus coniungimus & cõnumeramus, & qui Nestorij Iudaicam sequuntur uesaniam, & Eutychianistas, & Acephalos qui Dioscori & Seueri mala secta languẽt, [g] & Manichæi, & Apollinaris renouantiũ impietatem: & ad hoc oẽs, qui non sunt mẽbrum sanctæ Dei [h] catholicæ & apostolicæ ecclesiæ, in qua omnes concorditer sanctissimi episcopi, & totius orbis terrarũ patriarchæ & Hesperiæ, & Romæ, & huius regiæ ciuitatis, & Alexandriæ & Theopoleos, & Hierosolymorum, & omnes, qui sub eis constituti sunt sanctissimi episcopi, apostolicam prædicant fidem atque traditionem. Igitur sacram communionem in catholica ecclesia non percipiẽtes a Deo amabilibus sacerdotibus, hæreticos iustè vocamus. Nam licet nomen Christianorum sibimet imposuerint: [i] veruntamẽ a Christianorũ se fide & cõmunione separant, Dei iudicio semetipsos subdi cognoscentes. Quæ igitur de hereticis prolata sunt lege, omnibus sunt manifesta. Nos aũt volentes orthodoxã amplectentes [k] fidẽ & eã defendentes, habere [l] aliquod amplius priuilegiũ ijs, qui alienãt semetipsos a Dei ouili, (quoniam neque iustum est æqualibus cum orthodoxis hæreticos dignos [m] fieri priuilegijs) propterea & nunc ad præsentem respeximus legẽ. Quia .n. dedimus [n] priuilegiũ mulieribus dotium, vt etiã prioribus creditoribus præponantur, & meliorẽ ordinẽ eas habere & nec a tempore [o] superatas: in donationib. aũt propter nuptias secundum tempora per quę fiunt, hypothecas habere, [p] oibus in plenti facimus manifestum per hanc sacram nr̃am legem,

Auth. [f 2] quia

[a] Conijcere. i. sentire. sed est contra facere, & ideo non est faciendũ, vt hic, & C. vt in pos. leg. l. in ipsis. & l. cum Artemidoram. Accur.

[d] Ipsi. hoc est, ipsi. [e] causæ quæ probuit, &c.

DE PRIVILEgijs dotis, &c.

[a] Nam. Noster pater. No. Iustinianum filiũ Iustini. quod dic vt inst. de do. §. est & aliud.

[d] Participium. nã nec aduocati, vt C. de post. l. nemo. vel in foro. Item neque defensores ciuitatũ, vt C. de epis. audiẽ. l. iubemus. Itẽ neq; in aliqua dignitate, vt C. de Iudæis le. si.

[e] Vti. pro vt.

[f] Et nos. hic accipe sicut, supra positũ. & supple, sicuti ipsi fecerunt: ita nos.

[g] Languent. i. languendo sequuntur & morantur in secta Dioscori.

[h] Sanctæ Dei. No. eẽ hæreticũ, qui non est ecclesiæ mẽbrũ. & facit ad hanc cõstitutionẽ in decretis, xv. q. vij. ca. vlti. & C. de hæret. & Mani. l. j. & iiij. q. j. c. ij.

Hæreticus quis sit.

[i] Imposuerint. No. parũ esse habere nomen, nisi etiã factum habeatur: cum noia debeant esse cõsonantia rebus: vt insti. de dona. §. est & aliud.

Nomen facto deficiente parũ prodest.

[k] Amplectentes. accusatiui casus.

[l] Habere. nam in hoc priuilegium nõ habet, vt s. de æqua. doris. §. his consequens. & C. qui pot. in pign. l. vlt. Accu.

[m] Dignos. immo oĩa priuilegia orthodoxis præstita, hæreticis denegantur, vt C. de hæreticis. l. j.

[n] Quia enim dedimus. vt C. qui pot. in pig. l. vlti.

[o] A tempore. l. ab ijs, qui antea contraxerunt.

[p] Habere. nam in his

his priuilegiis non habent: vt ꝭ. de æquali.do.§. his consequens.&C.qui po. in pig.ha.l.vlt.

a Factis & ita parcitur eis si volunt pœnitere. ¹ Sed cõtra.C.de apost.l.ij. qui in fi. Sol. aut illud speciale est in apostatis, aut hæc corrigit. Vel ibi de ijs, qui iam fuerunt catholici, & apostatauerunt: hic de ijs qui nunquã nostrã fidẽ prius cognouerunt, quib.est parcẽdũ a principe: vt C. de hær.l.iiij.i fi. Itẽ a Deo: vt C. de sum. tri.& fide catho.l.fi. circa fi. Itẽ cõtra. §. vt cleri. q re. & cõ. col.v.i me.cõst. sed ibi nõ suscipiuntur clerici redeuntes: quia grauaretur ecclesia in expẽsis pro surrogatis & reuertentibus: vt ibi dicit. Itẽ not. quod nisi pœniteãt, etiam a patribus hæredes non fiũt: vt ꝭ. vt cum de appe.cogno.§. generalem.col.ix.Accur.

¹ Conco. c.j. iusta gl.super bo humi liato.pro pe fi. extra q cle. vel vo.v bi df.de. licti veniã pœnitentibus non negamus.

† priuentur.

DE NAVTIcis vsuris.

b Ouim⁹. Hanc legem quidam nõ habent.& non legit.

c HAEC CONstitutio.&c.

*Scilicet q est sup. vt eccle Ro.secuncundum l c.vt legit in nouel.nam dicit illã generaliter loq in oibus ecclesiis. & ideo generaliter corrigi.Sed nos intelligimus eam tm de Romana ecclesia,& aliis ei suppositis.vnde dicas hic fieri mentionem de ea q est C.de sac.eccle l si.super ait, vt eccl. Roma.&c. colla.ij remanet in firmitate sua. & hoc probatur i iure canonico: vt extra de præscrip. c. vigilanti.*

quia & hoc priuilegiũ,& tacitas hypothecas, & oia alia q mulierib. oibus in diuersis priuilegiis a nris legib. data sunt, illis damus solis, quatenus his fruant,& vtant,q diligẽtiã habẽt rectã,& adorãdã nrãm fidẽ tenere, (catholicæ dicimus & apostolicæ ecclesiæ) & participare in eius salutari cõione. Quæ.n. separãt se a sancta Dei catholica & apostolica ecclesia, & sacrosanctã in ea cõionẽ pcipere nõ patiunt a Deo amabilib.sacerdotib.nolumus oino talibus frui priuilegiis.Si.n.se separãt a Dei munerib.& a sacra cõione alienas faciũt: multo potius & nos non eas dignas fieri priuilegiis, neque ex nris legib. frui permittimus continẽtia: sed sint eis inaggressibilia oino ex legib. beneficia: & oi priuilegio ex nris cõstitutionib eis dato priuabũtur. † Licebit aũt eis melioris snĩæ factis, a & rectã veramq; amplectentibus fidẽ,& hac semp contentas,stabilib.pfrui munerib.& priuilegiis.his in oi ditione valentib. atq; seruãdis: principaliter quidẽ a Deo amabilib.epis& sacerdotib. deinde a nris administratorib.& iudicibus,siue sint maiores,siue minores, & insup a tua celsitudine, apud quã & præsentem facimus legẽ. Vnde cõpetens est, & iudices apud quos aliquę mouebunt cõtra mulieres causę,aut a mulierib. q̃dã priuilegia sibi vindicare, ad volentibus ¹respicere psentis nrę legis subtilitatẽ.& si non inuenerint eas orthodoxæ fidei existentes,& pcipientes sacrosanctã & adorabilẽ cõionem in sanctissima catholica ecclesia & apostolica a venerandissimis eius sacerdotibus non permittere frui ex nostris constitutionib.priuilegiis. Quæ igitur placuerunt nobis, & p hanc sacrã declarata sũt legẽ, tua celsitudo cognoscẽs,causis apud eam motis seruare, & operi effectuiq; tradere curet,& p solẽnia edicta & pcepta pria oibus faciat manifesta & in hac felicissima ciuitate, & in puinciis: vt cognoscãt oẽs quãta & q nobis cura est & veræ circa dñm Chrũm verũ Deũ fidei,& nrorũ subiectorũ salutis.D. II.Ka.Maij Cõstã.Dn.Iusti.PP.Augu.ann. XIIII.Basilio V.C.Cons.

Quod

TITVLVS VI.
Nouella 110.

## DE NAVTICIS VSVRIS.

Imp.Iustinia.Aug. Ioanni gloriosissimo Orientaliũ prætoriorum præfecto, iterum exconsuli ordinario & patricio.



Ouimus b ex denũciatiõe tuæ celsitudinis, legẽ fecisse iã nos de traiectitiis pecuniis,q mani festa facta est foro tuo. Sed qm postea aditionib. nobis factis, pcepim⁹ legẽ illã n valere,rescindi eã sperã tes ex foro tuo: cognouim⁹ aũt eã & i qbus libet puinciis iã insinuatã: ppterea sancim⁹ talem legẽ oino vacare: & si cõtigerit ẽt p puincias eã destinari,nec ibi valere:sed inualidã eẽ. Sicq; n volumus cãm pcedere,tã quã si nec scripta fuisset memorata lex:sed sm de talib.positas leges nobis negotia & ęstimatiõe & snĩa potiant. Quæ igit placuerũt nobis,& p hãc sacrã declarata sunt legẽ,tua celsitudo operi effectuiq; tradere festinet. Dat.VI.Kalen.Maij.CP.Domi.Iusti. PP.Aug.Bilisa.V.C.Cons.

TITVLVS VII.
Nouella 111.

HAEC CONSTITVTIO c INnouat constitutionem quæ præscriptionem centum annorum venerabilibus locis dederat.

*Quas actiones triginta annorum excludit præscriptio: si loco religioso competunt, quadraginta annis tantum excluduntur: vsucapionibus triennii & quadriennii saluis manentibus. Aug.*

Impe.

Cōcor. a ceterū, cum gl. j. extra de iur. cald. vbi hæc verba reci tantur & in proœ. decre. in glo. super verbo, noua litigia. circa fin. ibi, & qd' medica menta.

a Vod medicamē ta. lura. Vt enim morbo per medicinam quis liberatur, sic & negotium per ius. & sicut quando que mala datur medicina, quæ creditur bona, & hoc dudum postea apparet, & alia est necessaria tūc medicina: ita & lex quandoque fit mala quæ creditur bóna: & cum post apparet, est necessaria noua lex. & hoc dicitur hic. Accur.

b Vulnerum. vt vulnus male curatum iterū patefit: sic præscriptio centum annorum quæ videbatur pacificata, iterū tractabatur: & nō poterat ad finē perduci inopia probationum: quia vix inueniebatur aliquis centum annorum qui probare posset: & hanc necessitatem reduxit ad quadraginta annos. Accur.

c Suffragari. Not. fidē testium posse perire. sic ff. de Carbonia. edic. l. iij. §. dux. & j. de temp. nō so. pec. in prin.

d Angustia. idest, non occurrunt ea quæ nostra largitate veniunt, cum ex memoria perit. licet alij aliter exponāt hoc. Accur.

e In alijs. puta quadriēnij, vt C. de quadrien. præ. l. fi. & plene dices j. de ecc. tit. §. pro temporalibus. col. ix.

f Constitutio dicas semper fieri mentionem de illa constitutione. l. vt inter diuinum. C. de sacrosan. eccle. licet Ioan. aliter dixerit, vt dixi in rubrica. Accur.

g Octo lustrorum. lustrum vocat quinquenniū quod octies iteratum. xl. complet annos, qui enim tantum tacu. obycit ei sanctio.

DE LITIGIOSIS, & decima parte &c.

Imperator Iustinianus Augustus Theodoto Orientalium prætoriorum præfecto.

Præfatio hæc deest in Scrimgeriana editione. Contius.



Vod medicamenta † morbis, hoc exhibent iura a negotijs. vñ contigit, vt nonunquā à iudicio discordet effectus: & qd' credebat cōiectura ,pdesse, experimēto inueniat inutile. ,pbat igit hoc p̄sentis ēt necessitas sanctionis, ī qua priuilegiū ex religioso ,pposito sacrosanctis ecclesijs dei & monasterijs, alijsq; religiosis locis ,pstōne nostra nuper indultum, necessaria correctione distinguimus. Dudū siqui dē iusseramus ad centū illis annos exceptionis ,ppagari curricula, per cuius licētiā sanctionis negotia qdē multa cōmota sunt, & velut antiquorum vulnerū b obductę patuerunt iterū cicatrices: sed eorū sanitas prouenire nō potuit, probationū. s. difficultatibus impedita: qm̄ per tm̄ sæculi magis q̄ tpis spacium, nec documētis integritas, nec actis fides, nec ætas valet testibus suffragari. c Vnde quia largitati nostræ causarū non occurrit angustia: d cū rōne simul ac religione tractantes p̄dictū priuilegiū vsque ad possibilē modū deducere experimēto retraximus, & iubemus in negotijs, q̄ ante hac xxx. annorū remouebat exceptio, nūc venerabilib. ecclesijs, monasterijs, & xenodochijs, necnon orphanotrophijs, & brephotrophijs, & ptochotrophijs xxxx. ann. ,ptelatio cōferatur: salua. s. circa alias personas & causas virtute quā ī p tricennalis sibi p̄scriptio vindicabat: qm̄ hanc x. ann. adiectionē solis (vt dictū est) religiosis locis, eorumq; iuri vel cō tractib. indulgemus: vt sopitæ hoc tpis spacio tam p̄sonales q̄ hypothecariæ actiones in perpetuū cōquiescant: nihil penitus alijs exceptionib. derogātes, sed tam in alijs, e triennio vim roburq; tenentibus. in illis namq; (vt dictū est) negotijs religiosos con tractus memorato xl. annorū priuilegio volumus perfrui, in quibus eis centū annorū ,progatiuā constitutio f nostra contulerat. Si quas planè causas ante hanc nostrā cōstitutionem ab ecclesijs cæterisq; sacris locis vbicunq; cōmotas, iudicialis snia aut transactionū cōuentio terminauit, nolumus refricari, sed in reliquū illis hanc obijci sanctionē, quas añhac sopitas octo lustrorū g silētio moueri hactenus, aut motas terminari non cōtigit. Illustris igit & magnifica auctoritas tua, quæ per hanc gnālē legē nostra statuit æternitas, edictis propositis ad omnium notitiā faciat peruenire. Da. Kal. Iunijs. Constant. imperij Dn. Iusti. perpetuo Aug. † an. xv. Basilio V. C. Cons.

TITVLVS VIII.

Nouella 112.

DE LITIGIOSIS, ET DE DEcima parte litis ab actore cauere la præstanda.

*Res litigiosa efficitur mobilis & immobilis, cum inter possessorem & petitorem de eius dominio causa mouetur per iudicialem conuentionē, aut principi p̄cibus oblatis, & reo cognitis. Ang.*

Imperat. Iustinianus Augu. Theodoto Orientalium prætoriorum præfecto.

PRAEFATIO.



Vlta qdē de litigiosis tam antiqua legislatorū prudētia, h q̄ imperialis dispositio i ,pmulgauit. sed in p̄senti qdē iudices a nr̄a clemētia petierūt, vt dubietatē discernamus, quæ adhuc pro hm̄ōi causis in iudicijs cōmouetur, & leges necnon constitutiones super his positas aprius explanemus: vt iā manifestissimū sit, quas res vocari litigiosas oporteat:

CAP. I. Quæ res litigiosa sit.

Ideoq; sācimus litigiosā dici & itell gi rē

h Vlta qdē. Prudentia. vt j. eo per totum.

i Dispositio. vt C. eo. per totum.

† Græcè ita subscriptum ē in Scrigeriana editione. Cont.

a Et possidentem. sic ergo de corporali tm̄. P. tm̄ dixit idem de incorporali, id est de actione personali. quod satis pōt dici ſm vetera iura: vt C. eo. l. ij & l. fi. sed per hanc vr̄ ɔ̄trium. & ſm hoc non pōt opponi de eo quod est. C. ne lice. po. l. j & i, vbi cessa actio potitiori, amittit: qa ibi est incorporalis.

mobilem & immobilē, seseq; mouentem, de cuius dominio causa inter petitorē & possidentē [a] mouetur, [b] aut per iudiciariam conuentionē, aut per preces [†] principi oblatas, & insinuatas iudici, ac per eū aduersario interpellatoris cognitas. in his enim casibus etiam pręteritam constitutionem [c] mansuetudinis nostrę per hāc volumus obtinere: [d] in qua scientes & ignorantes emptores discernimus. [e] & hoc adijciendū esse perspeximus, [f] vt si lite de re litigiosa pendente pulsatum contigerit ab hac luce recedere, hęredes autē eius velle diuisionem rerum facere, sine aliquo obstaculo liceat eis hoc agere. Quando enim res litigiosę per successionē ad hæredes perueniunt, nō debet alienatio intelligi earum inter cohęredes diuisio. [g] Et hoc aūt pręsenti nostra lege decernimus, vt si contigerit vnum pro tali causa litigantem, [h] ab humano cōsortio recedentem, per vltimā voluntatem res aliquas de quibus dn̄ij dubitatio vertitur, legati noīe cuicūq; relinquere: si quidē hæres iudicialis sentētia dn̄s earū fuerit demonstratus, tūc legatarius qđ relictum est, modis oībus consequatur. [i] Si verò hæres in iudicio victus extiterit, non habeat legatarius licētiam aliam rem pro eodem legato hæredem exigere: quoniam sciēs testator rem litigiosam esse, litis euētū legatario dereliqt. [k] Vnde damus licentiam legatario (si hoc prodesse sibi putauerit) litis participem fieri: [l] vt ne aliquam forte negligentiam seu proditionē hæredi possit obijcere. Ab hoc [m] aūt litigiosi vocabulo hypothecas separari decernimus, & in his hanc distinctionē tenere: vt si quidem speciales res mobiles, vel immobiles, aut se mouentes nominatim fuerint hypothecæ suppositæ, liceat quidem debitori eas, cui & quando [n] voluerit vendere: sic tamen, vt ex precio earū vsque ad debiti quantitatem satisfaciat creditori. Si autem hoc debitor non fecerit: damus licentiam creditori, qui rem venditam suppositam habet, eandem rem vindicare, [o] donec ei satis pro debito fiat: [p] Hoc autem præcipimus obseruari, si non forte ante, aut per generalē, aut per specialem nominatim hypothecam eadem res alijs fuerit creditoribus [q] obligata. Tunc enim secundum sacrarum nostrarum legum tenorem, temporum priuilegia vnicuique creditorum seruari decernimus. Ex quo iā claret, quòd generales hypothecas multo magis litigiosi vocabulo volumus contineri: sed earum actiones secundum veterum

† Cōcor. gl. vnica ſ. h. in c. relatū. ex. de offi. de lega. vbi dī ꝙ sicut per libelli oblationē res efficit̃ litigiosa, ita ꝑ citationem ꝑpetuat̃ iurisdictio delegati.

b Mouetur. non est necesse, ꝙ lis cōtestet̃ statim enim restringit̃, cū dī, iudiciaria cognitione &c. libellū ergo dari necesse est, sed non litē cōtestari: licet multi contradicant. Item simplex interdictio non facit rem litigiosam: vt C. eo. l. j. & tt. eo l. j. Accur.

c Constitutionem. positam. C. eo. l. fi.

d Obtinere. i. intelligi.

e Discernimus. vt sciens emptor re careat, & precium det fisco, non vt lucro cedat alienantis: imo ipse det tantūdem. si sit emptor ignorans: ꝑciū rehabeat, si soluit tātum, qđ sit eius tertia: vt C. e. l. fi. Ac.

f Perspeximus. s. per eandem l. fina. C. eo. circa fi.

g Diuisio. quędam enim fiunt cū vniuersitate, q̄ aliās non fierent: vt ff. de acquir. re. do. l. quædā. & idē dicas in dotis causa, & donat. ꝑꝑ nupr. & transact. & legatis, & fideicō. vt C. eo l. fi. §. fin. in fi & j. proxi. §.

h Litigantē. actorē, vel reum.

i Consequatur. quid si hęs agere non vult? Rn̄d. cōpellit eū legatarius: vt ff. de leg. j. l. si sic. §. fi. Et not. de hoc triplex ius. nā in re veteri agebat hęs, & in oēm euentū legatario tenebatur: vt C. eo. l. iij. & hoc ante Iusti. per Iustinia. vero agebat legatarius suo periculo: vt C. eo. l. fi. in fin. hodie vero agit hęs, sed periculo legatarij, vt hic subijcit: & ſm hoc dictę ll. corriguntur hic in hoc. Accur.

k Dereliquit. hoc n. ꝑsumimus, nec ɔ̄trij probationem recipimus. Accur.

l Fieri. sic & dominus cum procuratore: vt ff. de procura. l. Paulus. & sic legatarius cum eo qui cōuenitur querela, vt ff. de inoffic testamen. l. si suspecta. & ff. de appel. l. si perlusorio. Accursius.

m Ab hoc. aliās ad hæc. aliā ad hoc. & quælibet est bona littera.

n Et qñ. ēt pendente lite tam super hypothecaria: nam & hoc hic dicere intendit. Sed nunquid tenetur actione in factū debitor, qui alinat causa mutandi iudicij? Rn̄. sic. vt ff. de alie. iudi. mu. cau. fa. l. j. & licet ille tit. locū habeat antequā sit res litigiosa, tamē multo magis post habet locum, vt arg. ff. de pecu. l. si postea. Sed alij intelligunt hunc §. vt si agat̃ rei vin. contra aliquem, non ideo prohibeat̃ rem obligare, licet ꝓhibeatur eam aliās alienare.

o Vindicare. per hypothecariam, debitore scilicet possidente, qui nondum tradiderat eam emptori, vt s. de fideius. § sed neque ad res, quæ est ɔ̄. ſm Ir. vel forte emptore etiam possidente. & ita hic corrigit̃ quod s. de fideiussore dī. & hoc ſm Bul. Vel tertio dic excussis tm̄ primitus bonis debitoris, & mandatoris, & fideiussoris, & spōsoris, vt s. de fideiuſ. §. sed neque. collat. j. ſm Al. quod verum videtur. Vel hoc locum habet quando agit creditor', vt ex ipso pignore sibi satisf fiat. vel aliud in tacito pignore, vt hic: cū hoc ſm leges veteres erat, vt ff. de iure fiſ. l. Moschis. & dixi s. in prędicto ɔ̄trio. Acc.

p Fiat vt C. de pign. l. debitorem. & ff. de distra. pigno. l. si creditor. §. fi. & facit. ff. de pign. act. l. quāuis.

q Creditoribus. qui possideant, vel petāt.

Ali-

rum

rum legũ constituta examinari, & inde vim præcipimus obtinere Et hæc q dem de litigiosis & speciali necnon generali hypotheca disposuimus, vt iã nulla de ijs in iudicijs dubitatio generetur, sed secundum distinctionẽ huiusmodi certamina terminentur.

CAP. II. De cautione, quæ ante reorum citationem præstari debet ab actore.

AD excludendas autem calumniosè mouentium intentiones, & exsecutorum fraudes: aliud inuenit prouidentia nostra remedium. Sancimus enim omnes iudices, si quando aliquos teneri, [a] vel vel amoueri[i] voluerint, hanc conditionem in suis interlocutiònibus[b] adijcer, vt ñ aliter ꝑuẽt iõales libelli pulsatis porrigãtur aut sportulæ executorib. deñ, nisi prius & i libello actor ꝑ se aut ꝑ tabularios subictipserit: & actis [c] interuenietib. fideiussoré idoneum periculo cõpetentis officij [d] præstiterit[e] confitentem, ꝙ vsque ad finem litis permaneat, [f] & suas intentiones, aut per se, aut per legitimum procuratorem exerceat: & si postea fuerit approbatus iniustè litem mouisse: sumptuum & expensarum [g] nomine decimam [h] partem eius quantitatis, quæ in libello continetur, pulsato restituat. Si autem dixerit non valere fideiussorem dare: tunc apud iudicem, [a] quo causa examinanda est, sanctis propositis euangelijs per sacramentum hoc ipsum [i] affirmet, & sic iuratoriam cautionem † exponat, & per eam hęc, quæ superius dicta sunt, profiteatur. [k] Si verò non hæc omnia, quæ prædiximus, secundum antè latum modum processerint: nullatenus pulsatum responsum facere executori concedimus. Nam si citra memoratam dispositionem aut aliquis iudicum, aut officium eius, vel quilibet exsecutor negotij aliquẽ conuenire præsumpserit: iudex quidem & officium eius denarum [l] librarum auri pœnam sustinebit: ipse autẽ exsecutor negotij & confiscationem suæ substantiæ patietur, & exilio quinquennali damnabitur: pœna videlicet ex hac lege competente, periculo viri magnifici pro tempore comitis Orientis rerum priuatarum exigenda, & nostri fisci iuribus inferenda. Omne autem dispendium, quod pulsatus ex hac conuentione præter tenorem nostræ legis factum perpessus fuerit, ex petitoris substantia pulsato relarciatur periculo iudicis, cuius ab exsecutore detentus est, [m] necnon & officij quod eius iussionibus obsecundat: vt vndique nostro imperio superna maiestate ac diuinitate crediti, pro sua indemnitate lætentur. Causas verò, † quæ ex consensu [n] vtriusque

[a] Aliquos teneri. Cum in præsentia fiat. Accu.

[b] Interlocutionibus. i. præceptis: nam oẽ præceptũ iudicis, quod facit ad cãm finiendam, est interlocutio: vt ff. de arbi. l. qualem. in fi.

[c] Et actis. i. scriptura inde facta auctore iudice. Sed nunquid ex hac. s. scriptura orit̃ actio reo? R. si. non: sed vt iudicis officium in exigenda decima interueniat: licet stipulatio non fuerit apposita, ſm Azo. si aũt sit apposita, acq̃ritur vtilis ẽt ex stipulatione executoribus: vt ff. rem pup. sal. fo. l. iiij. in prin.

[d] Officij. i. officialium, vt ponatur ministerium pro administrantibus. Accur.

[e] Præstiterit. Sed cui? R. si. executoribus. nam ex eorum pacto habebit reus vtilem actionem, vt mõ dixi, vel ipsi cõuento sine dubio.

[f] Permaneat. s. actor. Sed contra. C. de appel. l. eos, in fi. nam nullus cauet de prouocatione appellationis exercenda: vt ibi dicit. Sed dicas illud, corrigi per istud, ſm Azo. Vel illud in appellationis causa, hoc in principali.

[g] Expensarũ. Not. quòd qui iniuste litem mouet, ad expensas tenetur: vt hic, & C de episc. & cler. leg. omnes. in fina. & supra. de exhiben. §. quia vero. & C. de iudi. l. properandum. §. si vero. Accu.

[h] Decimã. Dicũt quidam, ꝙ hæc decima non excedit vltra xxxvj. aur. vt s. de de execu §. j. col. vij. Alij dicunt quod excedere potest, & illa auth. ante contestationẽ loquitur, hæc post. & sic hæc differt ab illa, nec altera est superflua. Tu dic ꝙ illa sit propter incipiendam cãm. hæc propter finiendam. Sed quæ cautio prius fieri? R. si. illa. tum quia est in ordine huius libri prior, tum qa respicit principium, qđ prius esse debet: vt arg. C. de no. cod. fa. §. si Item in cõtinue hæc post illã? R. ñ. sic. Vel dic ſm Io. illa ante receptionem libelli. hæc post: licet antequam reo detur. Item quid si plus expendit, quam decimã? R. si. totum sibi restituitur, si hoc iurat: vt argu. s. de exhibẽ. §. quia vero. col. v. & j. eo. §. omnem. & ff. de iudic. l. eum. & C. de iud. l. properãdũ. §. si vero. Sed vñ ꝙ hæc decima nullo modo sit prȩstanda: vt insti. de pœ. te. liti. §. hæc aũt. quæ est contra. Solu illa corrigitur, vt hic. Itẽ qđ subijcit quãtitatis, large accipe & ꝓ specie, vt ff de leg. j. l. quisquis. Et sic no. hic quod ẽt in actione personali debet actor dicere rem certam in libello: vt hic, & ff. de rei ven. l. si in rem. §. & si vestimenta. & ff. de dolo. le. Item exigit. & ff. de iureiur. l. prætor. in prin.

[i] Hoc ipsum. s. fideiussoré se dare non posse, qđ subijcit, & ꝙ duo iurant, sic & j. vt nul. iu. §. si vero crimen. & C. de assess. to. l. j. §. omnes. & ff. qui satisda. cogan. l. de die. §. si. & facit ad §. j. de san. epis. §. nulli. co. ix. & s. de nupt. §. q vero. in h. §. coll. iiij.

[k] Profiteatur. s. ꝙ vsque ad fi. litis permaneat. Accu.

[l] Denarũ i decem & decẽ: vt ff. de lega j. l. si quis testamẽto §. Titio.

[m] Detentus est. i. citatus re & verbo.

[n] Ex consensu. i. arbitrio ſm quosdã. nam ibi non præstatur prædicta cautio ſm eos. Sed contra. ff. de arbit. lege prima. dic ergo ibi, vt remittatur partium consensu. nam cõsensu partium de iure

† admonem legẽ dum ὑπομνήσεις.

Contius. Expensis multat, iniustè mouens litem.

† Facit ad idem. c per vestras. iuncta gl. su ꝑ versi. põt. extra de do. inter vi. & vxo.

Libellus ẽt in ꝑsonali actione rẽ certũ cõtinere debet.

† Facit ad nunc text. gl. j. in c. cũ dilecti. post med. ibi, item satisdatio. extra de arb. ti. vbi dr̃ ꝙ coram arbitro non ꝓ̃statur satisdatio, sed sufficit pœnæ ꝓmissio.

iure interdũ relaxaẽ, vt argu. ff. de ferijs. l. j. j. respon.

a Constitutionibus. q. d. siue huius constitutionis auxilio, ex quo partibus placet.

b Omnem sup. ad omnem &c.

c Legem. vt C. vt nemo inuit. agere vel accu.

vel non fertur definitiua, sed de rebus absentis satisfit. Item nota, consuetudinarium esse tres dari potius quàm plures vel pauciores, siue maioris temporis siue minoris in iure inueniaẽ, vt ĩ vt sponsal largitas. §. ad hoc coll. ix. & C. quõ & qñ iu. l. consentaneum.

vtriusque partis in iudicio mouentur, a pœna huius constitutionis liberas esse decernimus: & sicut alijs nostris continetur constitutionibus, [a] terminari.

CAP. III. Vt post annum & tria edicta in actorem contumacem sententia feratur.

*Actor, qui actionem in iudicio propositam post litem cõtestatam prosequi differt, tribus iudi. i triis edictis citatur: post quæ si adhuc venire recusat, index post annum sibi indultum sententiam profert. Barto.*

OMNEM [b] verò † causarum finem volentes celeriter peruenire, illorum malignitatibus obuiamus, q tantummodo proponunt actiones, nolunt autem vsque ad finem exercere iudicium[f], dicentes legem [c] esse, quæ decernit neminem actiones suas exercere nolentem compelli. Et hãc igitur prauitatem extinguere festinantes, iubemus memoratæ legis auxilio non eos vti, qui contra aliquem suas proposuerint actiones, siue per iudiciariam conuentionẽ, siue per preces principi oblatas, & iudici insinuatas, &per eum ad sciẽtiã aduersarij deductas, vel sub legitimi iudicis cœptas examine. Iniustè enim agere recusat, qui paratus aduersarium suũ ad iudicium vocauit: cũ excusatio hęc pulsato magis quàm actori conueniat. Quamobrem [d] sancimus actorem cœptum negotium vsque ad finem litis exercere. [e] Si verò causam prosequi distulerit: damus pulsato licentiam, iudicem apud quem lis cœpta est, postulandi: vt ab eodem iudice actor ad iudicium [f] aut per se aut per legitimum procuratorem venire moneatur: & si hoc minimè fecerit, propositis tribus vocetur [g] edictis: vnaquaque cautione [h] † nõ minus quàm triginta † dierum spacio concludẽda. Iubemus enim ordinarios iudices non solum præconum [i] vocibus, sed etiam edictis propositis quamcunque litigatorum partem absentem in iudicium vocare. Vocem enim pręconũ pauci possunt, qui præsentes inueniuntur, audire: edicta verò per multos dies sic posita possunt penè omnes agnoscere. Alijs autem omnibus iudicib, qui per imperialem iussionem causas examinãt, ex præsenti lege permittimus [k] partes quæ in iudicio non permanent, propositis edictis [l] vocare, ne causæ infinitæ permaneãt. Si verò apud iudicem initium [m] lis non acceperit, sed tantũ conuentionali libello [n] quicunq; pulsatus [o] est,

d Quamobrem. nunc incipit. & primo qñ lis iam contestata est: postea qñ nõ est ↄtestata: vt ĩ. eod. §. si vero in fin.

e Exercere. Not q qui semel voluit, prosequi cogiẽ, vt C. ad Velle. l. fin. in fi. & ff. man. l. si mandauero § fina.

f Iudicium. aliàs negotium.

g Vocetur. vt veniat a i cãm, vt C. q accu. non pos. l. iij.

h Cautione. i. dilatione: sic dicta, quia ad cautelam datur, vt possit ad peremptorium perueniri, & sic ad sententiam, vt ff. de iudic. le. ad peremptorium. & qđ dicit xxx. dierũ, dic q olim erãt x. vt ff. e. l. p interualla. & C. de iud. l. ꝓperandũ. §. j. Sed illæ corrigun tur p istã auth. Istud etiam idem spatiũ credimus augeri in reo. nam non debet &c. vt ff. de re. iu. l. nõ dẽt ff. de fer. l. fi. ẽm Io. sed dico grauari actorem, vt definitiua contra eum feratur, & ante lit contest. vt ĩ eo. §. si verò. & non dico in reo absente ante litẽ contest. sed si agatur realiter, in possel. rei petitæ mitteẽ actor, vt C. de præscrip. triginta an. l. si quis. si quis. si personaliter, pro mensura debiti, vt ŝ. de exhib. §. si verò &c. multa enim conceduntur reo, q actori non concedũtur. vt C. de tempo. in integ. restitu. l. pe tendæ. & ff. de fer. l. fi. sed omne quod licet actori &c. vt dictum est. & est ratio: quia durius debet adstringi actor qui prouocat inuitum, vt sup. prox iniustè. enim &c. Sed videtur etiam q contra reum feratur definitiua sententia ante lit. contestat. vt ŝ. vt omnes obed. iudici. §. si verò. coll. v. Sed dic ibi quasi contestat. lit. contra dominum: cum alius ei responderit,

& ĩ. vt cũ de ap. cog. §. sed hoc p̃senti. Sed q̃ro an hoc casu iudex possit hoc spaciũ minuere? Vr q nõ, vt ff. e. l. per interualla: cum sit dilatio legalis. aliud aũt si sit in iudiciali, vt C. de dila. l. j Vel dic posse minui, vt ff. de iudi. l. nonnunquã.

i Præconum. hodie p tres nuncios ad domũ missos. nec clamat præco p plateas, quia &c olim enim per edicta in albo posita, vt hic continetẽ ẽm Ioan. Sed qualiter, cum semel esset scriptum in albo, iterum scribebatur? R̃sd. forte elapsis triginta diebus delebatur, & iterũ scribebaẽ. Et not. q in hoc albo erant specialia edicta, vt de his citationibus: q̃dam generalia, vt ea quæ dicuntur p̃torum edicta, vt ff. de iuris. om. iudi. l. si quis id in prin. Acc.

k Præsenti lege pmittimus. Not. de legato principis licere citare per edicta. & sic est contra. ŝ. de exhib. § si vero quidam. ibi, nil facere valente. Sol. hic contigit in his delegatis. Alij dicunt q hæc ẽm illam distinguiẽ, vt hic lite contestata non ante liceat. Accur.

l Edictis. in albo.

m Initium. Not. initiũ litis fieri per contesta. † sic C. de plus petit. l. j. & C. de iud. l. apertissimi. & C. vbi de crimine agi opor. l. j. & faciunt ad ea quæ dixi. ff. de iuris. om. iud. l. & quia. in fi. l.

n Libello. hic derogat l. C. de eden. l. edita. quia necesse habet persistere in veteri, vt hic: nec potest mutare libellum secundum Azo. etiam ante lit. contest. sed per illam licebat vsq; ad lit. contestatam. Accur.

o Pulsatus. coram ordinario,

Prosequi cogiẽ, q semel voluit.

† Facit adhuc §. c. præterea. cũ gl. j. extra de dilat. & ex hoc §. sumiẽ authẽ. q̃ est sup l. cõsentaneũ C. quõ & qñ iudex. & icipit: q semel.

† vocatione. in scriptis.

† Facit ad hunc tex gl. 2. post pri. c. j. extra de dila.

† Cõcor. c. relatũ. cũ gl. j. extra de officio delega.

Pet

aut precib. nostræ oblatis clementiæ: iusſio nr̃a ſup hoc prolata, ſiue ſcriptis, ſiue per mandata [a] iudici fuerit intimata, & ea aduerſario ꝑ eum cognita: et ſic licebit pulſato ire ad competentem [b] iudicem, & ꝑ eum ſuũ aduerſarium ſimili modo vocare: vt ſi q̃dem ſui præſentiam actor fecerit, cã ſ̃m legum ordinem examinata finem legitimũ ſortiatur. [c] Si vero propoſitis edictis vocatus ad iudicium venire, & ſuas intẽtiones aut ꝑ ſe aut per legitimum (ſicut dictũ eſt) procuratoré proponere noluerit: tunc & aliud [d] vnius [e] anni ſpacium ei concedimus: intra quod niſi ſuam intentionẽ fuerit proſecutus, damus licẽtiam iudici, & abſente aduerſario, partis permanentis [f] allegationes ſecundũ noſtras leges examinare: & veritate [g] ſubtilius requiſita, legitimã proferre [h] ſentẽtiã.

Si verò intra ꝑdictum anni ſpacium venerit, & ſuas intentiones exercere voluerit: iubemus iudicẽ modis oĩbus expenſas vel ſumptus quos ꝑꝑ litem pulſatus permanens in iudicio ſuſtinuerit, ante oĩa exigere actorem, [i] & pulſato dare: & ſic actorẽ permanere, donec cauſa finem ſ̃m leges accipiat. Nam ſi tantummodo venerit, & expẽſis ſiue ſumptibus datis ſolum annale tempus interrumperé voluerit, & iterum a iudicio recedens, vſque ad exitũ cauſæ non permanſerit: iubemus eum poſt ꝑdictas [k] edictorum & annalis ſpacij obſeruationes ab oĩ cadere actione [l] quam ſibi competere cõtra pulſatũ exiſtimabat. Deterior [m] namq; [l] dolus eius agnoſcit, qui interruptam iterum litem deſeruit, quàm qui ſemel acceptam dereliq̃t. Legis aũt [n] priuilegio, [o] q̃ nolentibus non imponit neceſsitatem proprias actiones mouere: illis tantũmodo vti concedimus, qui nullam ſ̃m prędictos modos aduerſario mouerint q̃ſtionem. Hæc autẽ oĩa obtinere decernimus in cauſis quæ necdum vel iudiciali ſententia, vel amicabili cõuentione, vel alia iuri cognita deciſione finitæ ſunt, Theodote parẽs cariſsime, atque amãtiſsime. Illuſtris itaque & magnifica auctoritas tua præſentẽ nr̃i numinis legem in perpetuo valiturã edictis in hac regia vrbe ꝓpoſitis, & ꝓceptionib. in vniuerſis ꝓuincijs ſub tua conſtitutis iuriſdictiõe directis faciat manifeſtã: vt oẽs ea, q̃ pro vtilitate eorũ ſancimus, a ſe cuſtodiẽda cognoſcant. Dat. IIII. idus Septemb. Conſtantino. Imperij D. Iuſtiniani PP. Au. anno XV. Baſilio V.C. Coſ.

TITVLVS IX.

Nouella 116. De militibus.

VT NEQVE MILES neque fœderatus obſeruetur domus priuatæ, aut poſſeſsioni alicuius.

[a] Per mandata .ſ. ſiue ſcriptis, vt per nuncium.

[b] Competẽtem. ſ. eum qui delegauit, q̃ñ eſt delegatus a ſimplici ordinario, vel ad iudicẽ cauſæ. Azo.

[c] Sortiat. ꝑ definitiuã, q̃ñ ambæ ſunt ꝑſentes, ſi eſt lis cõteſtata aliàs fieret vt dixi ſ. eo. §. ꝑx. vt diſtinguas reus vel actor ſit abſens. Acc.

[d] Aliud. ſic crucifixus eſt Chriſtus, & alij &c. ſic. ſ. vt de fun. ſeu fu. in prin. colla. v. nec enim hic aliud ſimile ſpacium præceſſerat.

[e] Vnius. propter triplex ſpaciũ. ſ. xxx. dierum, quod eſt ei datum inter edictũ & edictum.

[f] Permanentis. in præſenti.

[g] Et veritate. vt ſi habeat actor. bonã cãm, nihilominus vincat redditis reo expenſis, vt C. de iudic. l. ſancimus. & l. properandum §. ſin autem ex geſtis. & ſ. de iud. §. oportet.

[h] Proferre. q̃ñ lis iam eſt conteſtata & cognitum de cã per probationes rei. alioquin ab obſeruatione iudicij tm̃ abſolueret reũ ſ̃m quoſdam. Tu autem breuiter mirabilia hic no. quia introducunt hic teſtes ante lit. conteſta. ſi reus vult in ſe onus ꝓbationis ſuſcipere. ſic ff. de proba. l. circa. Secundum, quia fert definitiua ſententia an lit. conteſt. ſic. n. dicit, & veritate ſubti. &c. & hoc ſ̃m M. & Ioan. Bul. contra, & contra, & dicebat legitimam ſententi- de miſsione in poſſ. & hoc q̃ñ reus probat, vt dictum eſt. aliàs ab obſeruatiõe iudicij tm̃ abſoluit reus, vt C. de iudic. l. properandum. §. j. Item tertiũ nouum not. q̃ amplia numerus dierũ, cum olim. x. hodie. xxx. ſint: vt dixi. ſ. §. proxim. Item quartum quia ante triennium finitur inſtantia licet aliàs regulariter triennio duret cauſis: vt dicet. j. ꝓxi. Quintum not. q̃ contrahitur etiam iudicium etiam actore abſente, vt poſſit definitiua dari & hoc idem erat per. l. properandum. §. ſin autem reus. ſecus vt iure veteri, vt ff. de iud. l. & poſt edictũ. & eſt argu pro hoc. ff. de regulis iur. l. nõ debet. Item ſextum not. quia cadit quis ab actione ſua propter procraſtinationes ſuas, & deluſiones huiuſmodi: vt vt j. proxi.

Sentẽtia definitiua aliq̃ñ ante litis cõteſt. fertur.

[i] Actorem. ſic C. de iudi. l. ſancimus. & ſ. de his, qui ingre ad appel. §. quia igitur. ibi, expenſis modis omnib. &c. colla. v.

[k] Prædictas. i. iterum de nouo faciẽdas. & ſic ſi bene cõpures, habes biẽniũ & ſex menſes ſ̃m Io. vel dic, q̃ loquit de prædictis: & ſic habes annum tm̃ & tres menſes. q̃cquid tñ dicas, derogatur le. ꝑperandũ. q̃ ſtatuit triennium. nã vel intra biennium & ſex menſes vel intra annũ & tres mẽſes finitur hoc iudiciũ: ſic & aliàs finitur per annũ: vt ſ. de hę & Fal. §. illud. coll. j. ſecundũ Azo.

[l] Actione. nunq̃d ipſo iure? R̃ñderi poteſt & allegari quod dixi. ſ. de inceſt nupti. §. j. Et nota hic argu. contra variantes. ſic ff. de procur. l. in cauſæ. in princ. ſed arg. contra. ff. de collatio. bon. lege, nonnunquam.

[m] Deterior. Not. deteriorẽ eſſe cõditionẽm pluries delinquentis. ſic & C. de ſer. fu. l. q̃cunq;. & ff. de re mil l. iij. §. ſi plures. & ff. de pœn. le. ſi quis aliqui ſ.

[n] Legis autem. vt C. vt nemo inuit. agere vel ac.

[o] Priuilegio. i. priuilegijs.

Conco. c. j. cũ gl. final. poſt me. extra de cenu.

VT NEQVE MILES, NEQVE FOEDERATUS obſeruetur domui. &c.

Cum

a Cum domini. Vtilitates. alias necessitates.
b Quibus. s. militibus.
c Militant. C. locati. l. vltima.
d Reb. i. vt incontinenti Barbarorũ refrenetur audacia & publicæ res augeantur: vt s. dixit.
e Eis. s. priuatis. Ac.
f Implentes. s. milites.
g Triginta dierũ. atq. contra. s. vt factæ no. consti. §. vt autẽ. col. v. Sol. vt ibi.
h Obseruauerint. i. obedierint.
i Optiones. simile. j. vt liceat matri & auiæ. §. quod autẽ. simile. C. de iure fis. l. pe. simile. ff. de bonis dãna. l. diuus. §. cum quis. Accur.
k Reuertantur. i. reuersu faciant.

VT DIVINAE iussio. &c.

l Nostræ. Corrigẽdũ. sic j. vt sta. hl. col. ix. in prin. argu. contra, qui mo. na. effi. sui. §. tribus. collat. vj.
m Nam præsenti incipit constitutio. Accursius.

*Nullus militem vel fœderatum in domo vel propria possessione retinere præsumat. contra faciens sua dignitate expellitur: & eius bona publicantur: milites militia priuantur, & etiam iudices negligẽtes decem libris auri puniuntur, & exilio traduntur.*

Imp. Iust. A. Theodoto Orientalium prætoriorum præfecto.



NVNC verò perfecte iurare nostros subiectos studentes, sancimus nullam licentiam habere pro tempore præfectos tam Orientis quam Illyrici prætoriorum, aut comitem largitionum, aut comitem priuatarum, locorum seruatores destinare in prouincias, aut ipsos prouinciarum iudices facere, & proprij cinguli loci seruatores emittere, sed neque vicarios iudices in creditis eis prouincijs loci seruatores emittere in qualibet ciuitate. c Solum vero iubemus esse loci seruatores præfecturæ in Hosdruma, † & in Mesopotamia & si necessitas vocauerit, d in alijs locis tempore expeditionis pro nutrimento eis destinato: & hoc quidem per nostram iussionem. His insuper iubemus, vt neque magistri militum, neque duces in prouincijs in quibus administrare iussi sunt, loci seruatores, aut biocolytas, aut latronum expulsores. Si vero contigerit, necessitate faciente, siue magistros militum, siue duces destinari per nostram iussionem in alijs locis: tunc fieri loci seruatores absentes, & hoc secundum nostram præceptionem. Nulli vero liceat ciuili aut militari iudici circumire prouinciam sine causa necessaria. Si vero aliqua necessitas vocauerit tale aliquid fieri: expensis proprijs ; hoc facere iubemus f tam iudices, quam competens & obediens eis officium. Neque vero angarijs, aut ijs quæ vocantur epidimiticis, g aut alio quolibet dispendio grauare nostros subiectos: neque consuetudines nominare, aut quærere, quas forsitan aliqui prædictorum in proprium lucrum iniuste adinuenerunt. Malè h enim † adinuenta, malæque consuetudines, neque ex longo tempore, neque ex longa consuetudine confirmantur: scientibus omnibus prædictis iudicibus ciuilibus & militaribus, quod si aliquid præter hoc fiat, & qui facit, si loci seruator est, viginti librarum auri inferet pœnam, & cingulo spoliabitur: & qui fieri se acquieuit, cadens propria substantia, exilio subjicietur. Ad maiorem autem nostræ dispositionis cautelam, iubemus per loca episcopos, & prouinciarum rectores, & eos qui ciuitates habitant, nullum contra præsentem nostram dispositionem suscipere biocolytam, aut latronum persecutorem. omnino enim nullum iudicum ciuilium aut militarium constitutum in prouincia habere loci seruatorem concedimus. Præcipue quidem iubemus prouinciarum rectores sic recte conuersari, aut res gubernare, vt non necessitas fiat de qualibet re debente i quæri, aut gubernari, k ad prouincias aliquem destinari. Si vero opus fuerit transmitti aliquos in prouincias occasione publicarum exactionum, aut quarumlibet emergentium querelarum, neque ordinem neque nomen habere loci seruatoris. Destinatus vero in prouinciam, nullum subiectis inferat dispendium: creditum vero sibi opus adimpleat, iudice prouinciæ eum & eius officium adiuuante. Si vero contra ipsum iudicem fortè accusatum transmittatur: tunc iubemus & prouinciale officium obedire ei. Quemadmodum enim prohibemus loci seruatores fieri: ita omne periculum iubemus habere iudices prouinciarum, & eorum officium: vt sollicitudinem faciant tam publicarum exactionum, quam locorum quietem: & vt omnis iniustitia & læsio suspendatur. In quibus vero prouincijs aut iudices, † aut exactores sunt fiscalium, & opus habuerint aliquo adiutorio: iubemus iudices prouinciarum & officia eorum omne solatium & studium eis conferre, vt sine impedimento fiscalium exactio procedat. Et omnes quæ motæ fuerint siue ciuiles siue criminales causæ, & competentes prouinciarum iudices ipsos iubemus inquirere, vt illi proprio periculo has discutiant, & legitimum finem eis imponant. Super hoc autem iubemus l prouinciarum iudices mox qui futuri sunt cingula suscipere, siue

---

a Iudicibus. reperto inuenimus.
b Legem. vt s. vt iudic. sine quoquo suffra. fiant. collat. ij.
c Ciuitate sed idem phibet: vt i. de col. ij. §. ad hoc prohibemus. Accur.
d Vocauerit alias exegerit & fuerit necessitas & utilitas. Accursius.
e Expulsores. sub audi destinent. Acc.
f Hoc fieri iubemus: vt s. de mand. princ. § illud collatio. iij.
g Epidemeticis genus est expensæ. Ac.
h Male. No male consuetudinem nõ seruandam: vt hic, & C. de vsur. l. cõ. in fine. & ff. de legi. & senatuscon. l. quod non ratione. & C. q sit long. consue. l. ij. l. fi. & in decre dist. viij c iiij & dist. ix. c. j & in noua constitutione Friderichi de statutis. § j.
i Debẽte. al. debentes i. ad quęrendũ debẽtem aliquam rem.
k Aut gubernari. i. ad gubernandum quamlibet rem. alias est in littera de qualibet re debentem: alias de qualibet re debente.
l Super hoc autẽ iubemus. fingitur ergo cautum esse: vbi non est cautũ, ut ff. de adopt. l. his verbis. & C. de rei vxo act. in prin. & ff. si cui plusquam per leg. Falci. l. j. in fi. & respon.

Rerum

† Osdroena.

Sic ep̃s tenẽ mittere pdicatores p diœcesim suã suis expensis: vt in c. inter cetera eũ gl. sup ver bo, subministrẽt extra de offi. ordi.

† Concor. c. vlt. extra de cõ sue. & c. cũ ecclesia de simo. c. cũ haberet. de eo qui du. in vxo. quam polluit p adulte.

† Leg. ẽd. vindices. de his vi de apud Nicephorum inecclesi. histo ria. Con.

sive præsentes, sive absentes sint, cautelam impendere tam præfecturæ, quàm nostris largitionibus, & comiti privatarum pro inferendis pecunijs unicuique prædictarũ dignitatum: cum & si non caveant, tanquam facientes cautelam, ita iubemus eos & eorũ officia subiacere prædictis dignitatibus. In illis vero civitatibus & provincijs nolumus iudices periclitari pro fiscalibus, & exigi, in quibus neq; scriniarij, neque iudices, neque alij quidam proprio pꝛiculo exactionẽ faciũt.

*Nullus occasione lucrorũ iniquitates & iniustitias facere debet. Item iudices ordinarij, ac etiam delegati, ac ẽt si sint delegati a principe, appellationes suscipere debent: quibus pendentibus nihil innovari debet. Bartolus.*

ET hoc pervenit ad nos, ꝙ quidam provinciarum iudices ita inique agunt occasione lucrorũ, ut neq; testamenta concedant facere, neque facta insinuare, neque nuptias aliquas facere, aut super nuptialibus donationib. monumenta componere, neque defunctorum corpora sepulturæ tradi: neque rerũ descriptionẽ [a] concedunt fieri, aut aliud quid hmôi agi aut ex gestis aut ex testimonijs. Propterea interdicimus oibus iudicibus tam civilibus quàm militaribus, & eorum officijs, aut alij cuilibet tale aliquid præsumere. Si uero quidam hmôi odibilem rem in quolibet loco nostræ reipublicæ præsumpserit agere, aut ministrare ei qui hoc pꝛsumpserit facere: iubemus huiusmodi extra cingulum factos, in exilium destinari: & de substantia eorum eveniens dispendium, læsis in duplum restitui [b] non sublato ab eis neque alio quidem ex legibus adiutorio. Omnem vero damus licentiam locorum sanctissimis episcopis, & primatibus civitatũ, hmôi præsumptiones prohibere: & studere ut hæc omnia sine impedimento & sine dispendio secundum legum virtutem procedant, & de his nobis nunciare. Illas vero q̃ secundum leges offeruntur appellationes, suscipere volumus omnino iudices, [c] & eos qui secundum nostram iussionem specialiter (quia [d] & a divinis licet appellare iudicibus) audiunt, sive maiores sive minores sint: & edere gesta sine aliqua dilatione [e] litigantibus, ut quæstio legitima de his procedat. Super hoc iubemus appellatione porrecta secundum leges, neque exactionem fieri, [f] neq; possessionem rerum transferri usq; ad definitum sup ea iudiciũ.

*Iudices debent secundum leges delinquentes punire, non alios pro alijs comprehendere, nec dãna inferre, nec pignorationes nec repræsalias facere, nec delicta vendere, pœna contra facientibus imminente. Bartolus.*

Quoniam vero † cõtingit adulteria, aut raptus mulierũ, aut homicidia, aut alia quælibet crimina in provincijs committi: iubemus provinciarũ iudices oĩa ẽm leges vindicare, & peccantes tenere, & non alios [g] † pro alijs, aut ex quibus nati sunt vicis, [h] qui crimina pꝛsumpserunt, alium ꝓ alio comprehendere, [i] aut damnũ eorũ inferre vicis: sed neque pignorationes facere propter peccantem, aut criminis vindictam proprij lucri cã inferre, aut delinquẽtium res proprium lucrum facere. Nos ẽm reos quidem ex legibus pœnas sustinere volumus: damna vero subiectis nostris, aut lucrum ex hoc iudicibus, aut eorum hominibus [k] sive officialibus fieri nullatenus cõcedimus: ut ne ꝑ rerũ desiderium inveniãtur iniuste aliquos castigantes, aut peccantes vendere. Si enim pter hęc fiat: ipse provinciæ iudex oẽ ex hoc accidens damnum læsis medebiť, & supplicijs subiectus, exilio tradeť, & cõsiliarius eis simile sustinebit supplicium, si factus a iudice cõtra leges, in scriptis consentiat. Officium vero eius, & alij qui circa hoc ꝑ lucrum proprium ei obsecundant: non solum damna læsis compellẽtur restituere sed culpabiliores eorum legalibus supplicijs subiecti, exilio tradentur.

CAP.

---

a Rerum descriptionem. puta inventarium.

b Restitui. Not. in duplum teneri illũ qui impedivit aliquid mihi relinqui. olim percipiebat qđ testator volebat, cetera fisco dabantur. ut ff. ad Trebel. l. iij. §. fi. & d. ai. ℥ ut cum de appel. cog. §. si cõiunctus. collat. viij.

c Iudices. si est recipienda appellatio, iudex eam recipere dẽt: aliàs punitur, ut hic, & ℥. de iudi. §. nostros. & C. de ap. l. quoniam. ẽt si a principe sit delegatus. & tunc ad principem appellatur, ut hic, & C. quorum appel. non re per totũ. Item si non est recipienda, non debet recipere, ut quia pꝛfectus licentiam dedit, ut ℥. ut spon. lar. §. aliud hac colla.

d Quia. interpositio est. Accur.

e Dilatione. C. de ap. l. iudicibus. contra. ibi dr̃ ꝙ intra xxx. dies debet edere, hic sine dilatiõe: unde hanc ẽm illã, & dic sive dilatione. s. maiore.

f Exactionem fieri. nam nihil est innovandum appell. pen. ut C. de appel. l. i. j. & ff. nil innova. per totum.

g Et non alios. ut C. de pœnis. l. sancimus. & ff. de pœn. l. crimen.

h Vicis. Not. contra potestatem qui punit contratam pro aliquo delinquente. Accur.

i Comprehendere. ut ℥. ut non fiant pigno. § j.

k Hominibus. ut ℥. de man. princ. §. oportet. colla iij. plene dices. j̃. eo. §. fin. Accur.

Appellare an & qñ & apud quẽ liceat.

Definitio

† Iste §. est elegantissimus, & plenus philosophiæ.

Conco. l. sancimus C. de pœnis & ca. q̃ sũt. extra de his q̃ fi. a ma. parte ca. & in gl. pen. in cap. sicut tuis, cum gl. super verbo, deprehẽsum extra de simo.

CAP. II. Vt rei criminum edictis legitimis euocentur.

*Criminosus edictis legitimis est vocandus, & eo latitante iudex legitime procedere debet. eo vero in alia prouincia degente, capiendus est: & ad locũ delicti transmittendus, vt ibi supplicium patiatur: pœna contra facientibus imminente. Barto.*

Si vero [f] qs cõprehẽsorũ criminũ latuerit, aut reliquerit ꝓuinciam illã in qua crimina deliqt: iubemus legitimis edictis a iudice euocari eum: & si non obediat, illa in eum ꝓcedere quę nr̃is legib. definita [a] sunt. Si vero cognoscat ꝙ in alia ꝓuincia degit, iubemus ꝓuincię illius iudicem in qua peccati qd hmõi cõtigerit, epistola publica vti [b] ad ꝓuincię illius iudicẽ ĩ qua delinquens ꝑsona degit: illũ vero q publicas susceperit litteras, & piculo suo & officij sui cõprehẽdere [c] hmõi, & ad iudicẽ ꝓuincię transmittere ĩ qua peccauit, supplicijs legitimis subijciendũ. Si vero q publicã epistolam susceperit, neglexerit hoc facere, aut officiũ ei° tradere, aut ĩperata neglexerit: tũc ... ipsũ iudicẽ tres auri libras, & officiũ eius alias tres pro pœna inferre iubemus. Si vero iudex aut aliqs officij eius ꝑ lucrũ hmõi ꝑsonam non cõprehẽdat, aut cõprehẽdens ñ trãsmittat, & hoc agens ꝯuincat: spolia tus cingulo, exilio tradatur.

CA. III. Vt iudex compleat quod decessori mandatum est.

*Iudex alterius iudicis successor, iussionem prædecessori suo factam adimplere debet, nisi sit contra ius vel publicam vtilitatem: quia tunc & secũda iussio expectatur. Bar.*

Et hoc vero [1] iubemus obseruari ab oĩ administratore, vt si cõtigerit in scriptis nr̃am iussionẽ fieri ad aliquẽ iudicẽ, & interea iste qescat [d] ab administratiõe: is q post illũ susceperit dignitatẽ, accipiat [e] eã, & insinuet. [f] & si qdẽ priuata est cã: & implere eã, & asseq, quẽadmodũ ad eũ ꝓmeruit rescriptũ. [g] Si vero hmõi in scriptis iussio [h] publicũ respicit, ingrat eã: & si qdẽ nõ lædat fiscus, q̃ in ea cõprehensa sunt adimpleat. Si vero ad læsionẽ est fisci, nihil sup ea oĩno agi. nũciat vero nobis primũ, vt secũda [†] nr̃a fiat de hoc iussio. Si vero & ꝓcepta cuiuslibet iudicis sint, & priusquã insinuent hęc, aut ꝑcipientẽ, [i] aut ad quẽ ꝑcepta facta sunt, cõtigerit remoueri de cingulo: sic q factus fuerit iudex, hęc suscipiat & exigat, si legitime facta sunt: si uero contra legem, aut contra publicum facta sunt hęc, pro non scriptis esse iubemus.

CA. IIII. Ne quis creditor filiũ debitoris pro debito retinere pręsumat.

*Creditor, qui filios debitoris præsumpserit pro debito retinere a debito cadit: & tantũdem dabit eis, aut parentib. eorum. & corporalibus pœnis afficietur. Barto.*

Quia vero & hmõi iniqtatẽ ĩ diuersis locis nr̃æ reipublicæ cognouimus admitti, qa creditores filios debitorũ pũmũt retinere aut in pign°, aut in seruile ministeriũ, aut in ꝯductionem: hec modis omnibus prohibemus: [k] & iubemus, vt si qs hmõi aliquid deliquerit,

---

Conueniturqs & inuitus vbi deliquit.

[†] Facit ad hunc. §. c. vlt. in glo. fi. in an. extra de so. cõpe. vbi dr ꝙ si crimen est graue: remittitur criminosus puniẽdus ad iudicẽ vbi deliquit.

[a] Definita. vt referatur, & bona eius annotentur: vt ff. de requi. re. l. ij.

[b] Vti. Not. epistola mitti: vt hic, & ĩ. de quæsto. §. damus. coll. vj. sic & cũ quæritur fugitiuus. vt ff. de fugi. l. j. § j.

[c] Cõprehendere. sic ergo inuitus ad locũ vbi deliqt, trahitur. sed vr̃, quod ita demũ ibi cõueniatur vel accuset, si ibi inueniat: vt ff. de iudi. l. hæres absens. in prin. quæ est contra Sol. speciale est in delictis ᵽmio. vt hic. & C. vbi de cri. agi oportet. l. vl. & ĩ. vt iud. sine quo. suffr. §. necessitatẽ. & idẽ vbicunq; certæ ꝑsonæ cognitio mandatur, vt præsidi: vt C. ne li. potẽ. l. j. & C. vbi quis de curia. vel cohor. leg. vlt. sed in contractibus si ibi nõ inuenitur: bona quæ ibi habet, possident: non tñ inuitus reducit, si alibi versetur, nisi habeat forum vel domicilium, vel si aliter lateat: tunc. n. põt idem quod in criminalibus dici. Azo. Vel si velis dicas: vt super contraria. l. diximus.

[d] Quiescat. vel qa finitum est eius officium, vel recessit.

[e] Accipiat. iussionem nostram. Al.

[f] Insinuet i. deducat eam in publica acta.

[g] Rescriptum. sed quo hoc hic est, & infra. pxi. cognoscit successor, cum morte mandatarij iurisdictio expiret: vt & alias mandatum: vt vt ff. de iur. s. om. iu. l. & quia. § ideoque? Rñ. hic nõn personæ, sed officio fuit facta commissio vel delegatio.

[h] Iussio. non enim fa ile contra publicam vtilitatem concedendum est rescriptum: vt ff. ne quid in loco publ. l. ij. §. si quis a principe. & c. si contra ius vel vti. pu. l. fi. & de præci. imper. offe. l. nec damnosa. ideoq; secunda iussio exigit: vt hic & ĩ. de man. prin. §. deinde. quia melius deliberatur, quãm si fit vna vice: arg. ĩ. vt cum de appella cog. §. sed hoc præsenti. col. viij.

[i] Aut præcipientem. hic vr̃ negari nõ posse iurisdictionem finiri, qñ mortuus est delegans. vt hic fuit: vt ff. de iurisdi. om. iu. l & qa. §. ideoque. nam si et in dignitate vel in officio præcepit, nõ ducat vltra tempus suæ administrationis: vt ff. de pœ. l. fi. Rñd. põt dici, quod hic ceperat delegatus & hoc innuit cũ dicit, factus fuerit iudex. Vel dic quòd successor confirmauit: vt arg. ff. de iud. l. cẽditor. §. si & §. iudices. Vel hic non fuit delegatio, sed iussio quædam. item quod subijcit, pro nõ scripto esse. s. qđ iussit princeps. vel præcepit iudex, quo sententiã sui prædecessoris infirmat: vt ff. de re iud. l. Paulus rñdit. & C. sentẽ. rescin. non pos. l. j. Rñ. authoritate legis hoc fit. Vel verius si rescindit: sed rescissum declarat: nam ipso iure non valet quod in præiudiciũ publicæ vtilitatis fit. ãd est: vt C. si cõtra ius vel vti. pu. l. fin.

[k] Prohibemus. nõ. non valere contractum super libero homine licet filio debitoris. vt C. de acti. & ob l. ob æs. & parte volente vel ignorante, vt ff. quæ res pign. ob. pos. l. si. & C. quæ res pig. obli. l. qui filios. nisi in casu quo & uendere permittitur: vt C. de pa-

[†] Concor. cum hoc tex. c. quã abbas. cũ glo. j. post princ. extra de of. delegati.

[†] Conco. c. pastoralis. cũ gl. j. post pri. extra de fi. instru.

Contractus super libero homine nõ valet.

deliquerit: non solum de bito cadat, sed tantã aliã quantitatem adijciat dan dã ei qui retentus est ab eo, aut parẽtibus a eius, & post hoc et corporalibus pœnis ipsum subdi a loci iudice: quia personã liberam pro debito præsumpserit retinere, aut locare, aut pignorare.

CAP. V. De intercessionibus mulierum.

*Si vxor crediti instrumento consentiat proprio viro in damnum suum, vel suam substantiam aut seipsam pro eo obliget: ipso iure nõ tenetur, nisi manifeste appareat pecuniam in ipsius vtilitatem fore conuersam. Bart.*

Et illud uero præuidimus ꝑ subiectorum vtilitate corrigere, vt si qua mulier crediti b instrũo cõsentiat ꝓprio viro, aut scribat, & propriã substãtiam aut seipsam obligatã faciat: iubemus nullatenus hmõi valere aut tenere, siue semel, siue mul toties c. hmõi aliquid ꝑ eadẽ re fiat: siue priuatũ, siue publicum sit debitũ: sed ita esse ac si neq; scriptũ esset: nisi manifeste ꝓbetur quia pecuniæ in ꝓpriam ipsius mulieris vtilitatem expensę d sunt.

CAP. VI. Ne mulieres in carceribus includantur.

*Mulier in causis ciuilibus nõ debet in carcere includi: in criminalibus vero comittenda est fideiussoriæ aut iuratoriæ cautioni: vel debet tradi mulieribus custodienda. Bart.*

Necessarium vero credimus & illud competenti adiutorio emẽdare, vt nulla mulier de qualibet e re includat, aut custodiatur: sed si quidem pro fiscalibus debitis aut priuatis pulsetur, secundum legem mulier aut per virum suum, f aut per se, aut per quam voluerit personam legitimè respondeat, & transigat rem. Si vero vidua sit, aut non a principio uiro coniuncta: liceat similiter mulieri aut per se, aut per quos voluerit propria iura proponere secundum legem. Eum uero qui præter hæc præsumpserit agere aliquid prædictorum, iubemus si quidem maiores iudices sint, viginti auri librarum: si vero minores sint, decẽ librarum auri pœnæ subiacere: obedientes autem eis in prædictis causis, spoliatos cingulo, pœnis subijci, & in exilium destinari. Si vero mulier post legitimam admonitionem noluerit instituere aliquem qui ꝓ ea respondeat, aut litigans addicta sit, nec sic includi aut custodiri eam, sed legitima iura in competentibus ei rebus procedere. Si vero † crimen sit quod infertur mulieri, in quo necessariũ est ipsam custodiri: si quidem fideiussorẽ personæ præstare potest, ipsi credatur. Si vero iurauerit non posse se dare fideiussorem, iuratoriam cautionem faciat de obseruatione iudicij. g Si vero grauissimum inueniatur crimen in quo accusatur, in monasterium aut in asceterium mittatur: aut mulieribus tradatur, per quas potest publicè & liberè custodiri, donec causa eius manifestetur: tunc autem illa procedant in eã, quæ legibus definita sunt. Nullam enim mulierẽ ꝓ pecunia fiscali siue priuata causa, aut pro criminali quolibet modo, aut in carcerem mitti concedimus, aut a viris custodiri: vt non per huiusmodi occasiones inueniantur circa castitatem iniuriatæ. Monastriam quidem aut ascetriam per nullam actionem trahi concedimus de proprijs monasterijs aut asceterijs. h

CAP. VII. Quæ sit mulieris adulteræ pœna.

*In crimine adulterij pœna legitima masculus puniendus est: mulier vero in monasterium mittatur.*

Si quando vero adulterij crimen ꝓbetur, iubemus illas pœnas peccantibus inferri, quas Constantinus i diuæ memoriæ disposuit: & illis similibus subijciẽdis pœnis, qui medij ministri huiusmodi impio crimini facti k sunt. De substantia vero adulteri, si habeat vxorem, dotem, & propter nuptias donationem ei saluari: aut partem ẽ nostra lege l datam, si dotalia instrumẽta non subsecuta sunt. residuam vero eius substan-

Re patribus qui filios distraxerũt. l. ij.
a Parentibus. in quorũ potestate est agentibus eius nomine. Azo. sed videtur in quadruplũ: vt ĩ. vt non li. pign. §. j. sed ibi in alio casu dicit. Azo.
b Crediti. crediti nomẽ generale est, vt ff. si cer. peta. l. j.
c Multoties. i. immo si cõsensit mul. toties, debet sic teneri: vt ĩ. vt immo. ante nup. do §. j cõtra. Solu hæc illam corrigit ſm Pla. & C. ad Vell. l. antiquæ. & l. si mulier. Sed Roma. & alij dicũt hanc loqui qñ pro marito intercessit: quia quanto citius pro eo intercedit, tanto facilius ei succurritur: ne mutuo &c. ff. de do. inter vi. & vxo. l. ij.
d Expensæ. vt de creditore ecclesiæ. ĩ. de ali. & emphy. §. si uero aut episcopo: & excipe similiter si ipsa circumuenit creditorẽ, ut C. de dist. pig. l. si iter. Item excipe alios casus quos dixi ff. ad Velle l. j. in prin.
e De qualibet. i. pro qualibet.
f Suum. vt C. de procura. l. ij. & l. maritus.
g Iudicij. forte et hoc iurat ꝙ fideiussorem dare non poterat: vt ĩ de litig. §. ad excludendum. col. viij. & no. ꝙ fauetur mulieri: ut hic, & C. de offi. di. iu. l. j. secus in mare. C. de custo. reo. l. ij. & iij. Accur.
h Asceterijs. vt ĩ. de san. episcop. §. si quando.
i Constantinus. C. de adul. l. quãuis. Accur.
k Facti. vt ĩ. de rapto. virgi. § in princip.
l Lege. vt ĩ. ut liceat matri & auiæ. §. quia vero legem dudũ. & C. de rep. l. vlt.

Mulieres fauorabiles sunt.

† Casus hui9 ter. ponit in glo super verbo, potest. in c. ꝑ vestras. extra de do. inter virum & vxo.

substantiam, si quidē sint ascendentes aut descendentes vsque ad tertium gradum, accipiant hi secundum ordines & gradus. Si vero† non sunt huiusmodi aliqui: fisco applicari hæc iubemus.

Adulteram vero mulierem competentibus vulneribus subactam, in monasterium mitti: a & si quidem intra bienniū recipere eam vir suus voluerit, pātem ei damus hoc facere, & copulari ei, nullum periculum ex hoc metuens: b & nullatenus propter ea quæ in medio tempore facta sunt, nuptias lædi. Si vero prædictum tempus trāsierit, aut vir priusquam recipiat mulierē, moriatur, tōderi eam, & monachicum habitum c accipere, & habitare in ipso monasterio in omni propriæ vitę tempore: & si quidem habeat descendentes, duas partes d accipere eos substantiæ, secundum legum ordinē diuisas, reliquam vero tertiam partē monasterio in quod mittitur, dari. Si vero descendentes non fuerint, sed ascendentes inueniantur non consentientes hmōi iniquitati: quatuor vncias e eos secundum leges diuisas accipere, octo vero vncias dari monasterio in quo includitur huiusmodi mulier. Si vero neque descendentes neq; ascendentes habeat, aut ascendentes consenserint huiusmodi iniqtati, omnem eius substantiam accipere monasterium, illi cōseruandam: vt per omnes casus viro pacta dotalibus illata instrumentis seruentur. f

*Matrimonio sine causa diuortio aut consensu soluto, delinquētes in monasteriū mittendi sunt, pœna legitima eis imminente, aut etiam eorum ministris: reconciliato antē matrimonio consensu vtriusque priusquam in monasteriū mittantur, pœna remittitur: sed altero recusante, ille solus pœna legitima punitur. Bartolus.*

Quia vero aliqui nostram legem transcendere student, in qua euidenter causas enumerauimus, ex quibus solùm repudia possunt transmitti aut a viro, aut a muliere: iubemus præter illas causas nullo modo repudia fieri, aut per consensum nuptias solui, & concedere inuicem delictis. g Si vero præter h a nobis definitas causas præsumpserint aliqui soluere matrimoniū: iubemus, si quidem descendentes habuerint siue ex ipso, siue ex alio matrimonio, substantiā eorum illis dari secundum legum ordinem, & tam virum quàm mulierem in monasterium mitti in omnibus vitæ suæ temporibus, & de singulorū facultatibus quaternas vncias monasterijs in quibus mittuntur, separari: viro nihilominus neque vsum habente datæ partis filijs: quoniam pater rerum filij in potestate positi non habet vsumfructum. i Si vero descendentes non habeant, sed ascendentes inueniantur: tertiam partem substantiæ accipere eos, si non iniquitati solutionis matrimonij consenserint: duas vero partes monasterijs in quibus vnusquisq; mittitur, separari.

a In monasteriū mitti. sed videtur alteri corpori ad puniendum non dari, vt C. de pœ. l. ne qs. quæ est cōtra. Solu. hic speciale: & illa corporibus, nō causa religionis facta intelligitur.

b Metuens. hic corriguntur omnia iura in quibus cauet vt maritus in adulterio deprehensam non detineat: vt ff. de min. l. auxiliū. §. in delictis. neque dicat aliquis ꝙ hic loquitur quādo ignorabat maritus: nam eo casu etiam iure veteri poterat retinere eam, cum suā scientiam poterat obumbrare, ut ff. de adult. l. maritus. Accur.

Cōcor. hic tex. c. tuę fraternitatis § glo. j. extra de p̄cu. & ca. gaudemus. de cōuer. cōiug. quod ca. est extractū ex hoc §. vt dicit glo. super verbo claustris.

c Habitum. nō tamen est monacha. sm Ioan. quod ex eo probat, quia pacta dotalia locū nō habent, nisi ea mortua, vt j. eo. in fi. huius §. si autem esset monacha, contrarium esset: quia pro mortua habetur: vt C. de episc. & cle. l. fin. § j.

Monachū non facit habitus.

d Duas partes. immo videtur ꝙ tantum legitimam habeant filij, vt j. de san. episco. §. si qua mulier. quæ est contra. Sol. hæc per illā corrigitur. vel hic quando inuita ingreditur, plus habent filij. ibi quando volens, minus habet scilicet tertiam, & ecclesia duas partes. & eodem modo opponitur. infra. §. proxi. & eodem modo soluitur.

e Vncias. sed cum filij loco monasterij habentur, vt j. de san episco. §. sed hoc præsenti. quare non est prima causa filiorum: vt j. de hęre. ab intesta § j. Respon. hic loquit qñ inuita intrauit, si aūt volens, monasterium præfertur ascēdentibus: vt ibi. Vel dic ꝙ tempore huius legis non præsumebat ecclesia pro filio, vnde ponor erat causa parentū, vt hic: sed hodie sic per l. contrariā. vnde secundū hoc hęc corrigitur, & parentes nihil habebunt. Vel: verius hic nō se monachauit, sed tātum totondit.

f Seruentur. patet ergo ꝙ prius nō fuit facta monacha: licet fuerit tonsa. sed nōne probato adulterio maritus etiā sine pacto dotem lucratur, ut C. de repu. l. consensu. & j. vt li. ma. & auiæ. §. qa vero plur mas? R. ñ illud corrigi secundum quosdam. Vel dic ꝙ zū est ciuiliter conuicta, maritus dotem lucrat. sed cum accusata & damnata criminaliter substantia diuiditur: vt hic. Vel hoc cum extraneus accusat, illud cum maritus.

g Delictis. i. delictum.

h Præter hæc verba cancellata sunt in quibusdā libris, & dicunt eam esse notham sed contra eos est arg. j. vt lice. ma. & auię. §. quia vero quædam. coll. viij.

i Vsumfructum. & hic est iste vnus de casibus specialibus quibus vsustru. patri non quæritur, vt dixi j. vt liceat matri & auiæ. §. j. in fine.

Consen-

separari. Si vero neq; descendētes neque ascendētes inueniant̄, & ascendētes consenserint a facto: iubemus omnem substantiam monasterijs in q̄bus missi sunt, dari: vt nō pp hunc contemptū, & Dei iudiciū contemnatur, & nr̄a lex transgrediatur. Sed & ministros talis solutionis nuptiarum, aut qui hmōi infanda instrumenta composuerint, corporalibus pœnis subijci iubemus, & in exiliū destinari. Si vero ij qui matrimonium soluere p̄sumpserunt, voluerint iterum sibi coniungi priusquam mittant̄ in monasterium: licentiam eis damus hoc facere, & p̄dictas pœnas concedimus b eis, & p̄prias habere substantias, & ita adinuicem viuere, tanquam si nihil delictū fuisset. Vno vero volente m̄rimonium reuocare, si non consentiat alia persona: contra eū qui noluerit, teneant pœnæ.

Hæc vero oīa seruari iubemus tam in regia hac ciuitate quàm in prouincijs, tam a comite priuatarū, quàm a palatinorū schola, & p̄uinciarum iudicib. & officijs eorū: scientib. q̄ si neglexerint hmōi alicuius delicti, & non oīa hæc custodierint, & exiliū & proscriptionem bonorū sustinebunt. Hęc vero iubemus seruare locorū sanctissimos episcopos: vt p̄uidentia eorum traditę personæ in monasterijs mittantur: & de rebus earum quod a nobis definitum est, monasterijs vindicetur.

*Accusatus de adulterio, & absolutus, si post eā cum eadem muliere turpiter conuersari inueniatur, vel inter eos matrimoniū esse secutum, matrimonium non valet: pœna ei mulieri imminente, nulla alia probatione exquisita. Barto.*

Si quis vero accusatus de adulterio, per proditionem iudicū, aut alio quolibet mō a legib. pœnas effugerit, & post hoc inueniat̄ cū muliere de qua accusatus est, turpiter conuersatus, c aut in matrimonium accipere eam, & hoc fiat viuēte marito, aut post eius mortem: neq; matrimonium valere iubemus: sed eum qui hoc delinquere p̄sumpserit, etsi prius profugerit, attamen licentiam damus omni iudici & comprehendere eum; & post tormenta vltimis supplicijs subijcere: nulla alia excusatione aut p̄batione facienda, & mulierem castigatam, & detrusam, monasterio immitti iubemus, & ibi manere in omne tempus propriæ vitæ: vtriusq; vero substantiam, s̄m prædictū ordinem diuidi, periculo (sicut p̄diximus) tam comitis priuatarū, quàm iudicis loci.

CAP. Vlt. De pœnarum omnium moderatione.

*Pœnæ corporales & pecuniariæ minuuntur certo modo; præterquam in crimine læsæ maiestatis. Bartolus.*

QVIA vero nos oportet humani generis infirmitatem protegere: corporales pœnas s̄m aliquas partes imminuentes, interdicimus alterutras manus aut pedes abscindi, aut hmōi quædam inferri supplicia, per quæ articuli dissoluuntur: d quia membrorum dissolutio grauior est vtriusq; manus abscisione. Propter quòd iubemus, si si quidem tale aliquid delinquatur, vnde leges mortem delinquentibus inferunt, s̄m legum virtutem sustinere eum pœnas. si vero tale fuerit crimen, quod morte dignū nō sit, aut castigetur, aut in exilium trāsmittatur. e Si vero criminis qualitas membri abscisionē exigat f fieri: vnā solā manuū abscindi. Pro furto aūt g nolumus oīno quodlibet membrum abscindi, aut mori; sed aliter eum castigari. Fures aūt vocamus qui occultè, & sine armis huiusmodi delinquunt. eos vero qui violenter aggrediunt̄, aut cum armis, aut sine armis, in domibus, aut itineribus, aut in mari pœnis eos legalibus subdi iubemus. Vt aūt † non solum corporales pœnæ, sed etiam pecuniarię mediocres fiant: sancimus eos, qui in criminibus accusantur, in quib. leges mortem aut proscriptionem h definiunt: si conuincantur, aut condemnent̄, eorū substantias non fieri lucrum iudicib. aut eorum officijs, sed neque secundum veteres leges fisco eas applicari: sed si quidem habeant descendētes & ascendentes vsque ad tertium gradum, eos habere. Si vero mulieres i habeāt, qui condemnati sunt: omnibus modis iubemus istas & dotem, & antenuptialem donationem accipere. Si vero sine dote talibus personis coniunctæ fuerint: a legibus

a Consenserint. idē in collateralib consentientib. vt C. de incest. & inutil. nup. l. si quis incestas. §. incestandi. Accu.
b Concedimus. i. remittimus. Accur.
c Turpiter conuersatus. C. de adul. l. si quis. & §. vt lice. matri & auiæ. §. is quoque. Accur.
d Articuli dissoluuntur. vt quia tam diu trahebat ei brachium donec auellebat ab armo. similiter prout sententia habet. C. de pœ. l. si quis in metallum.
e Transmittatur. repete, s̄m legum virtutem &c.
f Abscissionem exigat quod fit quandoque. vt §. de mand. prin. § coges. col. iij. & C. de ser. fugi. le. iij. Sed quam? R n̄. in qua minus pōt. arg. C. de pœn. l. penul. Alij contra.
g Pro furto autē. suspēduntur enim. vt ff. de pœ. l. capitalium. §. famosos.
h Proscriptionem. aliàs deportationē.
i Mulieres. scilicet vxores. Filios.

a Vt scilicet terreātur tali aspectu: vt dicit ibi text. & in 2. clericus. extra. de co ha. cle. & mulie.

† Ex hoc §. sumpta est auth. quæ est sup l. fi. C. de bo. dā. de qua anthē. facit mētionē c. ex litteris in gl. sup verb. maleficiū. extra de pr. vbi dr̄ q̄ pp maleficiū viri mulier non punit. vt hic l ver. si vero.

definitam partẽ de tota substantia cõdemnati eas accipere, siue filios [a] habeant, siue non. Si vero neminem prædictorum habeat qui deliquit: tunc fisco[b] sociari eius substantiam. In maiestatis verò crimine condẽnatis, veteres leges [c] seruari iubemus. D. Kal. Maij Constã. Domi. Iustin. PP. Augu. * Basil. V.C. Cons.

TITVLVS X.
Nouella 86.

VT DIFFERENTES iudices [d] audire interpellantium allegationes, cogantur ab episcopis hoc agere: & vt quando in suspicionem habuerint iudicem, pariter audiat causam & ciuitatis eps, & de cautela alia quam omnino oportet episcopum agere.

*Episcopi debent iudices ad iustitiam faciendam compellere aut per se aut per literas ad principem directas, & iudice existente suspecto, adiungi sibi debet episcopus litigator autem principem adiens priusquã adeat iudicẽ vel episcopum, est puniendus. Bartolus.*

Imp. Iustiniani Augu. edictum.

PRAEFATIO.



X quo nos Deus Romanorum præposuit imperio, omne habemus studium vniuersa agere ad vtilitatem subiectorum commissæ nobis a Deo reipublicę, & illa facere quę omni difficultate & lęsione atque contritione priuent: ne occasiõe litium, & aliorum quorundam discedere cogantur a propria patria, & in peregrinis affligi.

CAPVT I.

Propterea igitur & in pręsenti prospeximus præsens edictum ad omnes dirigere subiectos, & palam facere omnium ciuitatum & vicorum habitatoribus, quatenus si quis habuerit contentionem aduersus alium siue de pecuniaria causa, siue de sublatione rerum mobilium & immobiliũ, seseque mouentium, siue de criminalibus, prius interpellet clarissimum prouinciæ [e] iudicem, & vt ipse secundum nostras leges examinet ea quæ proponuntur, & vnicuiq; iustitiam seruet. Si vero dum aliquis adierit iudicem prouincię, non meruerit iustitiam: tũc iubemus eũ adire suũ sanctissimum episcopum, & ipsum mittere ad clarissimum prouincię iudicem, aut per se venire ad eum, & pręparare eum vt omnibus modis audiat interpellantem, & liberet eum cum omni iustitia secundum nostras leges, vt non cogatur peregre de sua patria proficisci. Si vero etiam sanctissimo Archiepiscopo compellente iudicem cum iustitia determinare interpellantium causas, iudex differat discernere negotiũ, & nõ seruet litigantibus iustitiam: iubemus sanctissimum ciuitatis illius episcopum dare ad nos litteras ei qui non meruerit quod iustum est, insinuantes quia coactus ab eo iudex distulit audire interpellantem, & iudicare inter eum, & qui ab eo conuentus est: vt hoc cognoscentes nos supplicia inferamus iudici prouinciæ qui interpellatus ab eo qui iniustitiam passus est, & coactus a sanctissimo archiepiscopo, non iudicauerit quæ in dubitationem venerunt.

Si vero contigerit quendam [f] nostrorum subiectorum in dubitationem habere iudicem, [g] iubemus sanctissimum archiepiscopum audire cum clarissimo iudice, vt ambo per amicabilem conuentum [h] dissoluant quæ dubia sunt, vt aut per annotationem scriptis factam, aut cogni-

[a] Filios, quod dic. vt s. vt liceat matri & auiæ. §. quia verò legem dudum. collat. viij.

[b] Tunc fisco. s. de incest. nupt. §. j. contra. Solu. quidam dicunt istam corrigere. Alij dicũt ibi speciale, vt esset in crimine læsæ maiestatis: vt j. co. in fi. Alij dicunt non esse contrariam. ibi enim confiscatio fit bonorum eo viuente & in ciuitate permanente, qui deliquit. vnde cũ ciuis remaneat, pœnam sentit amissionis bonorum, vbi verò de capitali crimine dãnatur: quia ei nulla est pœna confiscatio bonorũ, vt pote cũ bonis amodo non vteretur, merito cessat confiscatio. non enĩ res deliquit, sed persona: vnde persona tantum puniri debet: per confiscationem verò non punitetur: vt s. de man. princ. §. oportet.

[c] Leges. quæ sunt C. ad leg. Iul. maie. l. fi. §. pe. & l. quisquis. Accus.

[d] VT DIFFErentes iudi. &c.

Prima pars expeditur. j. eo. vsque ad §. si verò contigerit. secunda. & vt qñ &c. expeditur postea vsque in finem.

[e] EX quo. prouinciæ. hęc eadem dixit. s. de man. prin. §. sit tibi quoq; tertium. collat. iij.

[f] Si verò contigerit quendam. nunquid tam in actore, quàm in reo hic loquitur? Rñ. vt dixi. s. de execu. & ijs, qui con. & re. § fin.

[g] Iudicem. i. pside.

[h] Conuentum. qd dicemus, si lex illa nõ corrigit, quæ est. ff. de arbit. l. sed si in seruum. § si quis iudex. nunquid. totus mundus erret. nã omnes videmus partes cogi, vt in se cõpromittant. nam & arbitrium in se supplices libenter suscipiunt, dico autem non suscipiunt, vt sint arbitri, sed arbitrantes. & plus dico non arbitrium esse, non sententiam. sed transact. sicut & venditio quæ ita fit quãti Titius arbitratus fuerit: vt C. de contrahen. empt. l. vlti. & institu. de emptio. & ven. §. preciũ autem. quod ex eo potest apparere, q non totum id, quod debetur, faciunt pstari: & interdum reum aduersus quẽ nihil probatum est, aliquid præstari iubeant.

Arbiter & arbitrator differunt.

cognitionaliter a iudicetur inter litigantes, & forma det iustitiæ legibusq; conueniens: vt non cogatur nostri subiecti pp huiusmodi causas recedere à propria patria. Si qs verò existimans habere se aduersus aliquem qualibet actionem, neque clarissimum prouinciæ iudicem interpellet, neq; sanctissimum ciuitatis epm adeat, & ita veniat huc absque litteris deo amabilis epi ciuitatis: sciat qm & ipse tales sustinebit pœnas, quales futurus esset sustinere iudex si interpellatus ab eo non studuisset b ei seruare iustitiā. Hæc aūt oīa sancire perspeximus pp vtilitatem eorum qui habitant p ciuitates & vicos: ne priuati proprijs prouincijs, & ipsi in peregrinis c affligantur, & res eorum lædantur. Propterea enim iudices gratis facimus, & iusiurādum eos iubemus subire, vt vnicuique d interpellanti iustitiam seruent secūdum nostras leges. Si tamen † contigerit quēdam nostrorū subiectorum ab ipso clarissimo prouinciæ iudice lædi, iubemus eum adire sanctissimum illius ciuitatis epm: & ipsum iudicare e inter clarissimum illius prouinciæ iudicem, & eum qui f putat lædi ab eo. Et si quidem contigerit iudicē legitimè & iustè iudicari a sanctissimo epo: satisfacere eum omnibus modis ei qui interpellauit aduersus eū. Si vero refutauerit iudex hoc agere, & peruenerit ad nos ipsa lis: si quidem inuenerimus quia iuste & secūdum leges aditus à sanctissimo episcopo, ea quæ condemnatus est, non fecit: nouissimis eū supplicijs subdi præcipimus: quoniam qui debet vindicare oppressum, ipsum opprimere g reperitur. sed etiam subiectum ei officium iubemus cum omni studio administrantes clarissimis iudicibus interpellātes absoluere, nihil accipientes præter illa quæ nostris constituta sunt legibus.

CAP. II.

*Episcopus de iniustitia iudicis, & læsione subditorum iudicare debet: & læso damnum facere emendari: pœna contra facientibus imminente. Item in ciuitatibus in quibus sunt iudices, subditi adire debent defensorem qui inter eos iudicare debet. Bart.*

Si vero hæc non custodiant: h subdi iubemus supplicijs. Si tamen inuenerimus quēdam sanctissimorum episcoporum pro gratia cuiuspiam prodere iustitiam, regularem ei castigationem inferri iubemus: vt studeant cum timore dei iuste iudicare: ne non i impetrantes k iustitiam, cogantur homines relinquere proprias ciuitates atq; prouincias, & in loca quælibet alia iniqua concurrere. In ciuitatibus autem in quibus non sunt iudices, l iubemus eos qui habēt causas, adire defensorem, & ipsum discernere inter eos. Si uerò litem habentes voluerint defensorem vnà cum sanctissimo episcopo iudicare, & hoc agi præcipimus. Neque autem monachum, neque clericū, neque episcopum iubemus venire huc absque litteris sanctissimi sui patriarchæ. m Si verò hoc fecerint, sciant quia semetipsos schemate faciunt indignos. Si quis autem magisterianus, aut præfectianus, n aut cuiuscunque fortunæ existens acceperit amplius sportularum, quàm definitum est sacris constitutionibus: o iubemus omnibus modis iudicem prouinciæ periculo proprio secundum nostram legem hoc vindicare, & vindictam inferre hoc præsumentibus. Si verò non vindicauerit hoc ipse iudex, licentiam damus sanctissimo vniuscuiusque ciuitatis episcopo nunciare

Offic. Ideo nihil postea cognosces de causis: sed dicet ne qd actor petat amplius de eo qd' primitus petierat, quod secus obseruaretur si eēt arbitrium: in quo ad instar iudicij sententia daretur. Ioā. Itē quid si est iudex vnius, alterius non? Rñ. vt q valeat cōpromissum. Vel dic ſm Bul. interesse utrum sit iudex rei, & tunc non ualeat: an actoris, & tunc valeat: quia forum ex persona rei metimur, ut C. de iurisdic. omn. iu. l. iuris ordinem. Accur.

a Cognitionaliter. id est] secundum ordinem iuris. Accur.

b Si nō studuisset. ī de man. prin. §. & non permittere.

c In peregrinis. pauperes facti, pp̄ter non seruatam eis iustitiam, vel ad nos venientes pp̄ter eādem causam. Acc.

d Vnicuique. ut ī. de defen. ciui. §. iusiurandum. & ī. iusiuran. quod præ. & de iudi. §. antepen.

e Iudicare. id est cōdemnare. Accur.

f Eum qui. sed qūo hoc? duabus rationibus hoc stare non potest. Prima, quia expresse inhibetur, ut ī. ut iudic. sine quoquo suffr. §. illud. quæ est contra. Secūda, quia de maioribus est, vnde durante officio conueniri non potest, ut ff. quibus ex cau. ma. l. sed & si per p̄torem. §. ij. quæ est contra. Solu. dicas q hic de minorib. iudicibus dicitur: vt ff. de iureiu. l. nec magistratibus. quod nihil est. dic ergo q hic loquitur in furtis & similibus, in quibus eū durante officio potest cōueniri, ut pd. §. illud. in princi. Itē & ubi opprimit subiectos. quod & ibi permittitur, vt C. ad leg. iuliam repet. l. iubemus. & hoc probat in fine huius §. quoniam qui debet vindicare oppressū &c.

g Ipsam opprimere. ex hoc sumit lo. q nō habet locum nisi ubi ratione officij subiectos offendit.

h Si vero hæc non custodiant. iudices.

i Ne non. aliàs ne nos.

k Impetrantes. vel impetrantibus.

l Iudices. maximi.

m Patriarchæ. ut C. de episcopis & clericis. l. si qua per calumniam. in fin.

n Si quis aūt magisterianus aut præfectianus. nomina sunt officialium.

o Constitutionib. sic ī. ut li. iurent. §. his quoque.

Forū ex rei persona metimur.

† Facit ad hūc §. c. cū epe. cum gl. j. extra de arbit. vbi dicitur, q iste §. est in arg. q ordinarius pōt eē arbiter. de hoc ēt vide i c. litteras. in gl. j. circa medi. extra de p̄sump. vbi dicitur q iudex nō pōt cōpellere partes vt in ipsum cōpromittant: sed si partes volūt in eū cōpromittere, hoc bene possunt. Magistratus durāte officio cōueniri non pōt.

cuiuscunque sanctissimę ecclesiæ, qui in regia ciuitate degunt, aut ad beatissimos patriarchas, aut ad metropolitas a suis epis ordinati, & destinati, neque pro suis epis, neque pro causa ecclesiæ, aut ꝑ debito publico aut priuato, aliquam conuentionē sustineant, nisi mandatū habuerint a suis epis, aut œconomo, aut aliquos conueniant. Tunc enim solis [a] illis qui ab eis cōueniuntur, damus licentiam, si quam obligationem habent cōtra ecclesiam, aut contra epos eorū ꝓponere. Si verò & in quibusdā causis vel actionibus semetipsos obligatos fecerint: in tpe in quo responsa faciunt, pro his conuentiones suscipiant.

CAP. XXVI. Ne episcopi legationis tempore conueniantur.

Si verò epi [f] vel clerici pro ciuitate aut ꝓ suis ecclesijs ꝑꝑ suā legationem, aut ordinationem epi, ad regiam ciuitatem vel ad alium quemlibet locum proficiscantur: iubemus eos nullam molestiā aut importunitatē a qualibet persona sustinere: licentia existente ijs q obligatos eos putant se habere postquam ad prouinciam reuertunt, cōuenire eos, nullo in ijs q̄ se putant habere, eis faciendo præiudicio de tpalibus præscriptionibus ꝑꝑ tempus, [b] quod in tali causa protraxerint.

CAP. XXVII. Vt monachi per procuratorem se defendant: & de quantitate sportularum.

Si qn̄ aūt causa emerserit, vt admonitio, aut exsecutio inferatur pro qualibet pecuniaria causa, siue publica, siue priuata, clerico aut monacho, aut monastriæ, aut cuicūque monasterio, & maximè fœminarū: iubemus sine iniuria, & cū cōpetēti honore admonitionē fieri, non tñ monastriam aut ascetriā monasterio abstrahi: [c] sed ꝓcuratorē ab eis ordinari, q ꝓ causa rñdeat. Monachis aūt liceat, siue ꝑ se, siue ꝑ procuratorē monasterij causas agere: sciēte q hoc ꝑuaricaē iudice, vel exsecutore, q̄a & cingulo spoliabiē, & pœnā qnq; librarū auri exigeē ꝑ magnificētissimū comitē priuatarū rerū: exsecutore videlicet sup hoc verberando, & ī exiliū dirigēdo: locorū sctissimis epis prouisuris, vt nihil his cōtrarium fiat: aut si aliqd cōmittaē, memorata vltio ꝓcedat. iudicē vero vindictā differētē imponere, ad sciētiā nostram eps referat.

CAP. XXVIII. De modo sportularū in persona clericorum.

Sportularū verò noīe oēm ꝑsonā in quocunq; ecclesiastico offō cōstitutā, & ad hoc diaconissam & monachā, aut ascetriā aut monastriā ꝓ oī criminali & pecuniaria causa, cuiuscūq; quātitatis sit, siue a clerico, siue a quolibet in militia cōstituto admonitionē suscipiāt, aut in regia ciuitate, aut in ꝓuincijs qbus degūt: nec amplius quatuor siliqs [d] dare ꝑmittimus. Si verò ex nr̄a iussione aut ad iudicē, aut ad btīssimū patriarchā missus exsecutor, in alias ꝓuincias admonitionē offerat alicui memoratarū ꝑsonarū: nō vltra vnū solidū [e] accipiat. Si verò ꝓ vna eadēq; causa multas ex memoratis ꝑsonis admoneri cōtingat: [f] vnā & solā ꝑsonā ꝓ oībus sportulas dare sācimus. Eps vero ꝓ rebus ecclesiæ suæ nullā exactionē molestiāq; sustineat sportularū, si ꝓ talibus causis admoueaē exactio: actiones videlicet cōtra ecclesiā ꝓpositas œconomis [g] suscipiētib. aut illis, q in eā cām ordinati sūt.

[a] Solis. In hoc videē q debeāt omnibus respondere, vt ff de iudi. l. ij. §. omnes nū. & § sed si agant. Sol. hic nomine alieno agit legatus, ibi suo noīe. & facit ī. de exe. & ijs q con. & re §. ij. Accur.

[b] Propter tēpus. No. q vbi ius aufert agendi potestatem: temporalis præscriptio non currit: vt hic, & ff. d iudi. l. ij. § pen. & ī. vt cū de ap. cog. §. meminimus. & C. de an. except. l. j. § fi. & ff. de ti. actuq; priuato. l. j. § si quis pp. & C. de præscript. xxx. vel xl. an. l. cum notissimi. §. illud.

[c] Abstrahi. nemo debet extrahi de domo inuitus ꝑ causa ciuili: vt ff. de in ius voc. l. plerúque. & l. seq. sed huiusmōi religiosæ personę multo minus debent extrahi: vt hic, & ī. e. §. ꝓuidere. & supra apud quos opor. cau. di. mo. § præterea. idem de muliere dicitur ī. vt nulli iudi. § necessarium. Itē not. quod subijcit hic de ꝓcu. quē dicit constitui nam si quis in sua ꝓpria causa constituit, valet, vt patet ex definitione ꝓcuratoris: vt ff. de procu. l. j. Si vero sit causa monasterij, quomodo ab aliquo pōt procurator constitui, cum nemo sit dominus: imò syndici ad talia ordinantur: vt ff. quod cuiusq; vni. l. j. in fine. & l. item. §. pen. ? Rñ. impropriè hic dicitur procurator, id est syndicus. vel dic, procurator constitui potest & in causa monasterij à syndico lite cōtestata, ad instar ꝓcuratoris: vt C. de procuratoribus. l. neque & l. nulla.

Concor. ad hoc §. c. vlt. cū glo. super verbo, potuit. post princ. extra de fo. compe & gl. j. circa prin in c. pe. extra de iura. calum.

[d] Quatuor siliqs. quid est siliqua? Respon. quidam, quarta vnciæ, hoc est xlviij. pars assis: vt ff. de an. lega. l. liberto. § filium. Sed alij in prædicta. l. liberto. habēt in littera siciliquum, non siliqua. Tu dic ꝓ m loā. q est genus monetæ siliqua, qua vtuntur prouinciales: vt medalia de sancta Helena. & de hoc habetur mētio. ī. vt nul. mutu. agri. te. eius ter. §. j. colla. v. Et not. q hic corrigitur illa lex quæ maiores sportulas dicebat imponi: vt C. de episco & cleri. l. cum clericis in fi. & alia in eo titu. l. omnes qui. §. exsecutoribus.

Siliqua quid sit.

[e] Vnum solidū. & in hoc casu accipit plus, cum princeps aliunde illuc mittat iudicem: vt hic & argu. ff. de iudi. l. ij. §. legatis. ibi, vel in prouinciam destinati &c.

[f] Contingat. quia prima persona admonita decessit, itē secūda, item tertia. Azo. Vel dic q omnes canonici vnius ecclesiæ fuerunt admoniti. Accur.

[g] Oeconomis. In causa

Qui vero contra hæc exigere sportulas præsumpserit: in duplũ quod accepit exactæ personæ reddere a compellaẽ: & si quidem militat, cingulũ perdat: si vero clericus fuerit, a clero remoueatur.

CAP. XXIX. Ne clerici mulieres superinductas in proprijs domibus habeant: epi vero, nullas.

*Presbyteri & clerici in domo propria mulierem habere non debent, nisi omnem effugiant suspicionem. episcopus autem nullam mulierem secum habere debet.*

Presbyteris aũt & diaconis, & subdiaconis, & oibus in clero cõscriptis, non habẽtibus b vxores scd̃m sacros canones, interdicimus ẽt nos secundum sanctarum regularũ virtutem, mulierem aliquã in propria domo superinductam c habere: tñ citra matrẽ, aut sororẽ, aut filiam, & alias personas quæ oẽm suspicionẽ effugiũt. Si qs aũt absque hac obseruatiõe mulierẽ in sua domo habet, q̃ pót ei suspicionẽ inferre, & semel & scd̃o a suo epo aut a suis clericis admonitus ne cũ tali muliere habitaret, eijcere eã d de sua domo noluerit: aut accusatore apparẽte approbeẽ inhonestè cum muliere conuersari: tunc eps eius scd̃m ecclesiasticos canones de clero eũ amoueat, curiæ ciuitatis cuius clericus erat, tradẽdo. Epm vero nullã penitus mulierẽ habere, aut cũ ea habitare pmittim'. Si aũt ꝓbeẽ nequaquam hoc custodiẽs, epatu ꝓijciatur. ipse enim se ostendit indignum sacerdotio.

CA. XXX. De diaconissis.

Diaconissam vero nullo modo cũ viro ex quo pót inhonestæ vitæ emergere suspicio, habitare pmittimus. e Si vero † hæc non obseruet: sacerdos sub quo subiacet, admoneat eã, vt oibus modis talẽ virũ eijciat a sua domo. si vero hoc distulerit agere: ecclesiastico ministerio, & ꝓprijs emolumentis alienata, monasterio tradaẽ & ibi oĩ suæ vitæ tpe degat: rebus eius, si qdẽ filios habeat, inter se & illos scd̃m numerũ personarũ f diuidẽdis, vt cõpetentẽ ipsi mulieri partẽ monasteriũ accipiẽs, eã alat, g & regat. Si autẽ non habuerit filios: oĩs eius substãtia inter monasteriũ vbi mittiẽ, & ecclesiam, in qua prius erat constituta, æqua portione diuidatur.

CAP. XXXI. De his qui in ecclesia episcopo aut alijs clericis iniuriam inferunt.

o Iudicem qui post curiæ decurionum illorum. ad quod i. de iur. om. iu. l. e. si. & dicas hos alios, quam senatores: quia illi conueniuntur sub certis iudicibus: vt i. vbi sena. t. l. senatores, Arg. contra. i. de dec. l. omnes iudices.
p Leges. Atterere. i. atterendo infligere. P. ad quod i. de dec. l. omnes. & de pœ. le. decurionum. & ff. de dec. l. si. nisi in casu: vt i. de decur. l. quilibet.
q Seruari. s. tormétis & pœnis & similibus euitandis. Et no. duo in decurionibus, s. decuriones non torquendos: & antiqua priuilegia seruari.

Decuriones torqueri non debent.

† Co. Th. e. t. l. 4.

DE PRIVILEGIIS corporat. &c.

r Nulli. Vrbis. qui aliunde venientes, ibi domicilium constituerunt: vt i. de inco. l. ciues. & ff de sta. ho. le. in vrbe.
s Corporatis. corporatus dicitur, qui in corpore aliquo scribitur proprie: sicut quodlibet membrũ hominis corporatũ dicitur: & ciuis factus, vel incola: & sic priuilegiati, vt plebeij a tributo capitis excusent: vt j de ca. ciui. cen. l. j. & fac. j. de Alexand. pri. l. j. Accursius.
t Valere & q nunc de nouo sunt ciues per domicilium.
u In peregrina. s. loca. ad quod i. de dec. l. quidam ignauiæ.
x Solennitas. sic j. de

* Hęc cõstitutio ex 2. 3. & 4 constitutũ. cõstata e, q extat in codice Theodosiano lib. 4. ti. 2. quare ex eo loco petite iscriptiones & consules. cõmode enim hic reponi nõ poterant nisi hæc cõstitutio rursus dissoluta fuisset in tres illas

clementiæ principali velut aliquod munus offerre. pietas enĩ mea hmõi dona nõ expetit, neq; regiũ sibi offerri a priuatis cultũ requirit. a Sanè si quis posthac aliquid contra vetitũ hmõi sanctiõis effecerit, & offerenda clementiæ meæ ornamenta q vsibus regiis deputata sunt, auro gemmisq; decorata, ausus fuerit pparare, centũ librarum auri condẽnatiõe sciat se esse feriendũ: capitali quoq; subdendũ esse supplicio. Ornaméta b enim regia intra aulã meã fieri a palatinis artificibus debẽt: nõ passim in priuatis domib[9] vel officinis parari. Vnde sũma seueritate sancimus, vt qđ in cultu ornatuq; nr̃o sacrũ & adoptabile est, id facere temeritas priuata non audeat. Si qs sanè cõtra vetitũ tranquillitatis meæ aliqd fecerit, definitã superius multã ab his pofficia palatinorũ exigi, & sacris largitiõib[9] nr̃is iubem[9] inferri.

## TITVLVS XII.

## DE CLASSICIS.

I. Impp. Valẽti. & Valẽs. AA. ad Auxonio. P. P. †

Classem Seleucenam c aliasq; vniuersas d ad officium qđ magnitudini tuę obsequitur, e volum[9] ptinere: vt classicorũ numer[9] ex incẽsitis, f vel accrescẽtibus g cõpleat: & Seleucena h ad auxiliũ purgãdi i Orientis aliasq; necessitates comiti Orientis deputet. k D. Indicti. XII.

## TITVLVS. XIII.

## DE DECVRIALIBVS vrbis Romæ. l

I. Imppp. Valenti. Theo. & Arcadius AAA. ad Trifolium. P. P. †

Si qs decurialẽm de auferẽdis priuilegijs putauerit lite pulsãdũ, n ĩtelligat se curiæ ĩterpellare debere iudicẽ. o D. XIIII. K. Febru. Med. Timasio & Promoto Coss.

II. Imppp. Arc. Hono. & Theo. AAA. Exuperantio, Iulio, & cęteris decuria. †

Leges decuriales tam a supioríb[9] principibus, quã a diuo parente nr̃o cõditas, nr̃a auctoritate firmam[9]. Sigulos itaq; iudices scire volum[9], ne qs huic collegio iniurijs corporalib[9] tẽtet nõ tã atterere, p neq; ab ijs cõmodis q rõnibus apbãt, audeat separar: huic .n. collegio volum[9] antiquã priuilegiorũ progatiuã seruari. q D. VIII. Id. Iul. Romæ, Honorio, A. VI. & Aristęneto Coss.

## TITVLVS XIIII.

## DE PRIVILEGIIS corporatorum vrbis Romæ.

*Incolę vrbis Romæ gaudent priuilegijs ciuium. Itẽ ciues Romani vbicũq; morant, possunt ad ciuitatẽ retrahi. Bar.*

I. Impp. Hono. & Theo. AA. ad Alypium P. V.

Nulli sit r liberum, nulli permissum, vt nouum aliquid vrbis s incolæ in vrbe sustineant: sed in honorem æternę vrbis corporatis t indulta suffragia valere u præcipimus. Cura autem rectorũ prouinciarum, corporati vrbis Romæ, qui in peregrina y transgressi sunt, redire cogantur: vt seruire possint functionibus quas imposuit antiqua solennitas. x Dat. Prid. Id. Iul. Aquil. Tatiano & Symmacho Coss.

TITVLVS XV.

## DE PISTORIBVS.

I. Imp. Leo. A. Viuiano.



Vicũque ex mácipijs [a] comitis horreorũ, dignitaté & officiũ ambitióe, vel grã, vel pecunia, seu quolibet alio mõ [b] posthac fuerit adsecut[us]: exut[us] dignitate, quã cõtra iterdictũ nr̃æ serenitatis adept[us] est, multat[us] ẽt viginti libris auri, ad antiquũ denuo cõsortiũ collegiũq; reuocet: oẽ ẽt specialẽ bñficiũ, quocũq; mõ cõtra hãc sãctionẽ fuerit impetratũ, perut[us] congescat.

TITVLVS XVI.

## DE SVARIIS, [c] Et susceptoribus [d] vini & cæteris corporatis.

I. Imppp. Valentinianus, Theodos. & Arcad. AAA. ad Albinum. P. V. †



Orcinarij vrbis æternæ, cũpuigilẽ laboré populi Romani cõmodis exhibeãt: [e] sordidis [f] semp munerib[us] liberẽt. D. VIII. k. Sep. Romę. Timasio & Promoto Coss.

*Prætor vrbis est iudex porcariorũ, siue ipsi agant, siue cõueniantur. Barto.*

II. Imp. Arcad. & Hono. AA. Florentio P. P. [*]

Qvicũq; ex corporib[us] suariorũ, siue excipiẽdæ necessitate litis adstrict[us], siue inferẽdæ volũtate spõtanea, puocatus, [g] iudiciũ voluerit experiri: fori [h] vrbani auditorium [†] præstoletur.

TITVLVS XVII.

## DE COLLEGIATIS, [i] & chartopratis, & numularijs [k].

*Qui intrat vnũ collegium, & munera ad quæ ordinatus est, non exercet: nõ effugit munera alterius collegij, de quo exiuit: sed debet de nouo extrahi, & alius in locum eius subrogari, requisitis primatibus collegiorum. idem si decederet. Barto.*

I. Impp. Theod. & Valẽtinianus AA. Cyro P. V.



Vi sub [a] p̃textu decanorũ seu collegiatorũ, cũ id mun[us] nõ ipleát, alijs se muneri b[us] conanẽ subtrahere, eorũ fraudibus credim[us] esse obuiandum: ne quis sub specie muneris, quod minus exequiẽ, alterius muneris oneribus releueẽ: ne argentariorũ vel numulariorum munera declinenẽ ab his q dici tãtummodo collegiati vel decani festinant. Ideoq; siquis eorum sub nudæ appellationis velamine collegiatũ se vel decanũ appellat, sciat pro se alium subrogandum, q p̃dicto muneri sufficiẽs approbeẽ: subrogatione videlicet memoratorum, [l] vel eorũ q moriunẽ, primatum [m] eius qui subrogatur, admissa iudicio.

*Qui supra numerum admittuntur in collegio, non gaudent beneficio collegij. Barto.*

Quòd aũt [n] supra numerum, qui [o] in cautis breuibus continetur, nemo se quolibet patrocinio, vel cuiuslibet adsumpta potentia debeat excusare, hoc nostræ est serenitatis censere, & tuæ sublimitatis, tuique officij cautius obseruare. Hoc inter omnes æqua lance seruari pręcipimus: nullo diuinę domus patrocinio, nulla sacrosanctarum ecclesiarum reuerẽtia, nullo qualibet vel cu

---

Ꝭ. de pas. pub. l. j. Ꝭ. de agri. & cen. l. cum fatis. in prin.

DE PISTOribus.

[a] Vicunque ex mancipijs. id est pistoribus facientibus panem palatij. sic Ꝭ. de frumen. vrb. Con. l. j. hi subsunt comiti horreorum: vt hic dicit. & omni tp̃re de eis ius dicitur. vt Ꝭ. de fer. l. publicas. & conueniunẽ secundum P. sub comite rerum priu. id est procura. Cæsaris: vt Ꝭ. vbi cau. fin. l. si quis. & dominicis.

[b] Quolibet alio modo. s. illicito. vel dic generaliter eos ad nullam dignitatem adspirare. & facit ad simoniacam istã electionem Ꝭ. de episco. & cler. l. si quemquã. & ad l. Iul. repetun. l. fin. & in authen. iusiur. qđ præ. col. ij.

[c] DE SVARIIS id est porcarlis: qui custodiunt porcos ciuium in pascuis: vt infra. l. j.

[d] Susceptoribus. de his nihil in nigro. sic Ꝭ. de condu. ven. l. fi. sed de his dicitur Ꝭ. de susce. l. modios.

[e] Orcinarij. Exhibeãt. Quinicũ animal datur bastagiarijs: supra de murile. leg. quod ad præsens.

[f] Sordidis. quæ sũt Ꝭ. de excu. mu. l. maximarum. & idem de custodibus cæterorum porcorum, arg. supra ad leg. Fal. l. si. Accursius.

[g] Qvicunque. Prouocatus. actor prouocatur eo q sibi aliàs non satisfit: sic ff. de separ. l. fi.

[h] Fori. i. præfecti vrbis. Et not. q reus sequitur forum actoris contra regulam. Ꝭ. de iuris. om. iud. l. iuris ordo.

[*] Co. Th. 14. 4. 6.

[*] Al. Hilario P. V. vt C. Th. 14. 4. 8. vnde sũpta ẽ hæc cõstitutio

† Adiutorium.

[i] DE COLLEgiatis &c.

Dixit specialiter de quibusdam collegiatis: nunc generaliter. & dicunẽ a collegio, vt priuilegiati a priuilegio. & ijdem dicuntur chartopratæ: [k] quia eorum nomina scribebãtur in charta, vel matricula patriæ: quasi in patriæ charta descripti intra numerum. sed q sunt Ꝭ. numerũ, non gaudent priuilegio: vt Ꝭ. § quod autem. Vel dicuntur chartopatri, i. q gaudent in patria, secũdum Græcos. dicitur enim Græce charta apud Latinos patria. vel dic tertio vt Ꝭ. in fi. huius l. Accur.

[k] Carchopratæ teste Alc. li. j. pter. in hac ipsa dictione, & Pyrrho hic dicũtur publicæ chartę seruatores.

[a] Vi sub prætextu. hãc habes de verbo ad verbum Ꝭ. de sacrosan. eccle. l. qui sub prætextu.

[*] Iam semel posita fuit. hæc l. sub ti. de sac. san. eccl. l. q sub p̃textu.

[l] Memoratorum. i. sĩ locũ memoratorũ.

[m] Primatũ. s. q de nouo habebit primates qui eũ eligant. Py. vel dic eorum, a quibus recedit. & ad hoc Ꝭ. de aduo. di. iu. l. nemini.

[n] Quòd autem. hic accipe nemo, quod est Ꝭ. & lege suspensiue vsque illuc, sed ne &c. Accur.

[o] Qui. s. numerus continet in breuibus cautis, i. cautela scriptis facta examinatione eligendorum. & facit Ꝭ. de sacrosan. eccle. l. non plures.

Suppl.

Supplicibus. qui supplicant vt suum locum eis vendere liceat.

Venditio. emptores huius carthæ dicuntur chartopratæ, qui per chartæ emptionem à quopiā qui in charta vel in matricula est collegiatorũ, vel consulum, acquirere volunt, vt illi⁹ loco subrogent. i. vt alludant nomini. i. agant emẽdo chartam, id est locum cuique p̄ chartam adsignatum, vt patrnæ fiant corporatu: vt hic. Vel aliter vt not. in rubr.

Numero. qui numerus est vt ĩ. hac l. & iuxta capitolium regebant, vel intra capitolium &c. id est habent licentiam vt regant: & sic audiuntur in capitolio scilicet ab his qui conueniunt in capitolio, vt a populo vel a senatoribus.

iuslibet potẽtia se excusā te. Sed ne tantũ circa munera releuāda supplicib⁹ ꝯsuluisse noscamur: illud ẽt dicendũ obseruādumq; esse censemus, vt chartę vẽditio, q̃ de p̄uincijs ad corporatos supplicũ p̄ innouationem trāslata est, primæ ꝯstitutionis terminis ꝯcludaẽ: hoc est, quod in initio dispositionis ꝯstitutũ est, id in posterũ nulla addita nouatione seruet̃.

TITVLVS XVIII.

DE STVDIIS LIBERALIBUS VRBIS ROMÆ, & Constantinopolitanæ.

I. Impp. Theodosius & Valent. AA. P. V. †



Niuersos q̃ vsurpãtes sibi nomina magistrorũ, in publicis magistrationib⁹ cellulisq; collectos vndecumq; discipulos circũferre cõsueuerũt, ab ostẽtatione vulgari p̄cipimus amoueri: ita vt siqs eorũ post emissos diuinæ sanctionis affatus, q̃ p̄hibemus, atq; damnam⁹, iterũ fortè tentauerit, nõ solũ eius quã meret̃ infamiæ notã subeat, verũ ẽt pellẽdũ se ex ipsa vbi versat̃ illicitè vrbe cognoscat. Illos verò q intra plurimorũ domos eadẽ exercere priuatim studia cõsueuerũt, si ipsis tantũmodo discipulis vacare maluerit, quos intra parietes domesticos docẽt, nulla hmõi interminatione p̄hibemus. Sin aũt ex eorum numero fuerint, qui videnẽ intra Capitolij auditoriũ constituti: hi omnib. modis priuatarum ædiũ studia sibi interdicta esse cognoscant: scituri, quòd si aduersus cœlestia statuta facientes deprehensi fuerint, nil penitus ex illis priuilegijs consequantur, quæ his qui in Capitolio tantummodo docere præcepti sunt, merito deferunẽ. Habeat igitur auditorium specialiter nostrum in his primum, quos Romanæ eloquentię doctrina commẽdat, oratores quidem tres numero, grammaticos verò decem. In his etiam qui facundia grauitatis pollere noscunt, qnque numero sint sophistæ, & grammatici æquè decem. Et quoniã nõ his artibus tantũ adolescentiã gloriosam optamus institui, p̄fundioris quoque scientię atq; doctrinę memoratis magistris sociam⁹ auctores. Vnum igitur adiungi cæteris volumus, qui philosophiæ arcana rimeẽ: duos quoq; qui iuris ac legum voluntates pandant: ita vt vnicuiq; loca specialiter deputata adsignari faciat tua sublimitas: ne discipuli sibi inuicem possint obstrepere, vel magistri: neve linguarum cõfusio p̄mixta, vel vocum, aures quorundã aut mentes a studio literarum auertat. D. III. Kal. Mar. Constantinop. Theodos. A. XI. & Valentiniano Coss.

Supplicum. idest subiectorum supplicantium.

Constitutionis. aliàs dispositionis.

Constitutum est. id est q̃ onera prim⁹ & secundus agnoscat. ad qđ ĩ. de coll. dona. vel releua. l. j. & ĩ. de prę. & omnibus rebus. na. l. ij.

DE STVDIIS liberalibus &c.

In quibus duabus tantum legitimũ sit studium, non aliàs nisi ex priuilegio: vt ſ. proœ. digestorum. §. hæc autem tria. hodie imperiũ est scissum, & studiũ multis locis fit, maxime Bononiæ, quæ legalis studij obtinet monarchiam.

† Co. Th. eo. ti. l. j.

Niuersos qui. Vsurpãtes. id est frequentes vtentes leges, & sic in bona parte: vt ff. de vsuca. l. fi. Accur.

Cellulisque. id est qui volunt docere publicè vel priuatim, abstineãt ab ostẽtatione vulgari.

Ab ostentatione. id est conuersatione cum laicis.

Sanctionis. s. huius quæ &c.

Prohibemus. s. se immiscere vulgari ostentationi.

Tẽtauerit. vulgariter se ostentando.

Vrbe. s. Roma veteri, vel noua, de quibus hic dicit.

Cõsueuerunt. in cellulis: vt ĩ. p̄xi.

Prohibemus. nisi vt subijcit. item hoc in dictis duabus vrbibus. Accur.

Priuilegijs. quæ sunt ĩ. de p̄fes. l. medicos. & l. fin.

Auditorium. hoc expone vt supra.

In his. s. ciuitatibus duabus. Et not. quia p̄mittit oratores ẽt ad leges, nedũ ad alias quaslibet artes: cuius flos & tuba Romani eloquij fuit Tullius. Eloqui tuba Tulli⁹.

Numero. numerus ẽt alius statuit in maximis ciuitatib⁹: vt ff. de excu. tuto. l. si duas. §. j. & ij. sed ibi de alijs. hic de Roma & Constantinopoli ciuitatib⁹.

In his. scilicet ciuitatibus. & habeas intra grauitatis. aliàs est grammaticis, & tunc dic in his grammaticis, qui sa. lacijs sunt sapientes & dolosi, secundũ P. aliàs garrulitatis.

Decem. vitiũ scriptoris. nam & supra dixerat. sic. ĩ. de excu. ar. l. ij.

Gloriosam. Not. adolescentiam gloriosam. Item nota has artes in adolescẽtia addisci.

Auctores. id est hos qui sequuntur, vnum &c.

Qui philosophię. per hos etiam medicos potes comprehẽdere.

Duos. Not. duos. s. intra numerũ: alsecus, vt in princi. l. Item hoc in dictis duabus ciuitatibus: vt in rubrica. Et no. quòd de diuina sciẽtia nihil dicitur. Itẽ facit infra de profes. qui in vrb. Constan. l. j.

Auertat. quod scilicet euenit in his q̃ male incenti q̃nque castra ędificãt: qnq; tegulas domus numerant. & est hic ar. quòd faber non potest malleare iuxta scholas. publica enim vtilitas q̃ repleat ciuitatẽ sapientibus, Vide hoc per Marco. & alios. ĩ l. r. ff. solu. mat.

tibus, præfertur. sic ff. solu. matrimo. l. j.

DE HONORATORVM VEHICVLIS.

a  Omnes. Ciuilid. dignitatū, vel virorum. & erant honorati quidā, qui habebant priuilegia vt intrarent secretariū principis & aliorum iudic. & secundi in salutationib': vt ī. de offi. iu. l. ij. & iij. Vel ponit̄ p his q habent dignitaté sine administratione: de quib. dic vt in auth. vt or. præ. qđ in idem recidit.

b Vtantur. i. liceat eis vti, si volunt.

DE PRIVILEGIIS vrbis Cōstātinop.

c  Vrbs. s. ita lici. est ergo immunis a tributis: vt ff. de cen. l. j.

d Lætetur. vt ī. de sacrosan. eccl. l. omnium. ergo mater legum: vt in Auth. vt eccle. Ro. in princip. coll. ij. Item eius consuetudinem sequit̄: vt ī. de ve. iu. enu. l. j. §. fi. & Inst. de satisd. §. fin. Item mater fidei erit illius ciuitatis ecclesia: vt ī. de sac. san. eccl. l. decernimus.

e DE METROPOLI. Id est, metropolitana: & sic est apocopa.

f  Propter multas iustas. s. q. maximè, quia nutrix est legum: vt pœ. diges. §. hæc autem.

g Tyro. datiui casus. & est nomen ciuitatis. & erāt duæ ciuitates Tyrus & Berytus in prouincia Phœniciæ: vt ī. qui ætate l. j. quarum vna erat antè metropolitana nunc fit & alia: & dicit q nil derogatur patriæ. Et sic no. hic ar. q nil derogat̄ episcopo, si alter in eodem episcopatu eligatur episcopus. & idem in prælato. sed distingue, aut dignitas addit̄ priori: putà cū erat vnus episcopus in vna ciuitate, dicitur alius in eodem episcopatu (& idem in archiepiscopo potest dici) & fieri nō pōt. aut rei: & fieri pōt, vt hic. nec. n. erunt duo metropolitani, sed vnus: & sic duæ matres ecclesiæ: sed vnus platus, vt digami. Item & duę prouinciæ vnū præsidē: sic ī. tit. j. duæ sunt Romanæ ecclesiæ. s. Roma vetus, & noua: & tantū vnus papa, sed hæc rei collata dignitas non fit nisi ex causis: vt in prin. hui' l. sed & prouincia scinditur: & erunt duo præsides, nō vnus, sed duarū prouinciarū. sic & archiepiscopatus: vt ff. de offic. adses. l. si eadē. sed in vna esse duos metropolitas & in solidū, nō pōt eē: vt dixi ar. ff. cōmo. l. ll vt certo. §. si duob. & de duab. vna fieri vt in Auth. vt iu. sine quoquo suf. §. illud. & §. hoc autem. colla. ij.

h Illa. s. Tyrus.

i Hæc. s. Berytus.

k Et vtraq;. Tyrus & Berytus.

l Dignitate. metropolitana.

m DE CANONE frumēt. vrbis Romę. Certus canō i frumēto singulis annis mittebat̄ Romā: qđ patet, qa dicit canō. ad quod ī. de sacrosan. eccle. l. placet. & appellatione frumēti, oīa q̄ ad victū sūt necessaria, accipiunt̄, vt ī. de suscept. l. modios. & ı̄. co. l. ij. & in publicis horreis Romæ imponebāt̄ vt ī. de cōdit. in publ. horreis. l. j. & ij.

n Romæ. vtriusq;: vt ī. tit. ij. & ı̄. titu. j. in rubrica.

o Nautici. Qui portāt annonarias species, vt ī. de nauicul. l. j.

p Acta. in prouincia vnde accipiunt.

q Aspectus. subijciendo oculis. ad qđ ff. fin. regū. l. si irruptione.

r Quod eo tpe. i. similis inspectio fiat a præfecto annonæ, cui hæc lex mittitur, & de quo hic loquit̄: vel dic p præfectū vrbis.

s Si quid. Elic ita.

t a debitoribus: vt ī. de anno. & tri. l. iij.

## TITVLVS XIX.

## DE HONORATORVM vehiculis.

*Antiquitus in signum dignitatis & honoris in dignitate positi ibant in curribus seu vehiculis. Bar.*

I. Imppp. Grat. Valē. & Theo. AAA. Nebridio PP.†



Omnes honorati, seu ciuiliū[a] seu militarium vehiculis dignitatis suæ. i. carrucis, intra vrbē sacratissimi nominis semp vtant̄.[b] Dat. III. K. Febr. Cōstātinop. Hon. N. P. & Euod. Coss.

## TITVLVS XX.

## DE PRIVILEGIIS vrbis Constantinopolitanæ.[c]

I. Impp. Honorius & Theodo. AA.†



Vrbs Cōstātinopolitana nō solū iuris Italici,[c] † sed etiā ipsius Romæ veteris prærogatiua lætetur.[d]

## TITVLVS XXI.

## DE METROPOLI[e] Beryto.

*In eadē prouincia possunt esse duæ matrices ciuitates. B.*

I. Impp. Theodo. & Valentin. AA.



Propter multas iustasq;[f] causas metropolitano noīe ac dignitate ciuitatē Berytū decernim' exornādā, iam suis virtutib. coronatam. Igit̄ hæc quoq; metropolitanā hēat dignitatē. Tyro[g] nihil de iure suo deroget̄: Sit illa[h] mr̄ prouinciæ maiorū nostrorū † bñficio: hæc[i] nostro: & vtraq;[k] dignitate[l] simili perfruatur.

## TITVLVS XXII.

## DE CANONE[m] FRVmētario vrbis Romę.[n]

*Nauta debet cōfiteri se recepisse species incorruptas, quod debet approbari aspectu officialiū tēpore quo dantur, & quo restituuntur. Bar.*

I. Imppp. Valent. Valēs, & Grati. AAA. ad Iulianum P. F. Annonæ.



Nautici[o] apud psidū, aut magistratuū acta[p] cōfiteant̄ incorruptas species suscepisse, eorūq; apud quos deponit̄ ista testatio psēs aspect'[q] pbet nihil in his eē vitij: qđ eo tpe[r] quo ad sacræ vrbis portū puenit, pfecturā iugiter obseruare pceptū est. D. XVIII. Kal. Iul. Remis, Gratiano A. I. & Dagalaifo Coss.

*Annullat oīa priuilegia cōcedētia remissionē canonis. Bar.*

II. Impp. Arca. & Hon. AA. ad Senatum.†

Si qd frumēti vel hordei[s] vrbicarij canonis remissiōe indultū ē spāli bñficio: q̄ ꝯmodū publicū rescripta elicita[t] nō valeant. Da. XVII. K. Maij, Med. Cæs. & Attico Coss.

† Co. Th. li. 14. tit. 13. l. 1.

† Pars. l. 6. ī. de sacrosan. eccle.

† Quod induxerāt Valētinianus Valens & Grati. l. 1. C. Th. li. 14. ti. 13. de iure Italico vrbis Cōstā tinopolitanæ. Contius. Episcopo nihil derogat̄ altero in eius episcopatu electo.

† Id est Traiani: a quo id Paul' Tyrius orator prim' impetrauit aucto re Suida. vide Alc. lib. 4. pater. c. 15. Contius.

† Co. Th. lib. 14. ti. 15. l. 2.

† Co. Th. eo. l. 2.

* Aliàs olei.

l.iij. nec cōpenſari ſed tā cito ſolui, vt ʒ. de cōpen. l.in ea. & l.ſi velut.& ff.de admi.re.ad ciui. ptī. l. ij. §.iij. & iiij. & ſ. ʒ.de pci.imper.l.nec dānoſa.& ſi ꝯ ius vel vti.pub.l.fi.&ʒ.de piſto.l.j. & ȷ̄. l. pxi. & in Auth.vt nul.iu.§. & hoc.colla.ix.

Co.Th. e.l.5.

Hęc quoque ꝯſtit. ex 5.& 6. c. reiectis ſimulus cō ſtitutionibus coagmētata ē. extant in Co. The. li.14. tit. 15. l.vlti. §.deinceps vbi ſupra.

a Neminem. In mutando.de ſpecie in ſpecie: vt ʒ. de fabr.l.j.,vel de pſona in perſonam.

b Romæ. dic vt in rubrica.

c Impetrati.a quocunq; debitore, vel alio:vt ſit generalior q̄ ſuperior proxi.

d Vicarios.ab vſurpatione. qa ſibi retinēt qd Romā mittere, vel quod in horreis ꝯdere debent. & ſic.ʒ.de execu. mu. l. placet. ibi ciuiliter conueniuntur.

e Sācimus. niſi ab ea vſurpatione abſtineant.

DE FRVMENTO vrbis &c.

Aliàs de canone & frumēto vr.

Cum qua puidentia deferaſ. dixit ʒ.ti tu.pxi. nūc qualiter delatū expendaſ. qd enim in vna vrbe dr & in alia intellige, vt ʒ.de pri.vrb Conſtant.quinimo idem in horreis publicis aliarū ciuitatū: vt ʒ. de cō.in pu.hor.l.ij.

Co.Th. 14. 16.2.

Vide Alci. hic.

a Nulli.priuato.

b Pot annona. id eſt pro pane.

i Integer. id eſt nō minutus per hmōi præbitionem.

k Mancipibus.ſ.piſtoribus, vt ʒ.de piſto.l.j.qui panem coctum reddunt annonæ pbendū,vt hic,& ȷ̄.l. pxi. & prius vetꝰ frumentū, q̄ nouū: niſi ſit opus de nouo immiſceri veteri qd venit pp corruptionē veteris,vt ʒ.de cō. in pub.hor.l.j.

l Necnō a diuo. vbi nō habes, ſed ſa. ȷ̄.de ero. mili. an. l.

*Nullus pōt poſtulare canonis mutationē: & impetrata priuilegia,a iudice nō admittanſ:& impetrātes in duplū puniantur: & iudices q canones in proprios vſus conuertunt, puniuntur. Bar.*

III. Iidem AA. Meſſalæ. PP. †

Neminē [a] patimur in mutādo [a] canone vrbis Romæ, [b] nr̄æ clemētiæ bñficiū poſtulare,ſed ēt ea reſcripta quę quoquo mō potuerint impetrari, [c] ſuſcipi nō ſinimus. eos vero q ꝯ hæc fecerint,in duplū retinendos eſſe decernimꝰ. vicarios,[d] gnetiā cæteros iudices (niſi deinceps ab vſurpatiōe vrbicarij canonis abſtineāt) deportationis pœna detineri:primates officiorū capitali ſupplicio ſubiugari ppetua auctoritate ſancimus. [e]

TITVLVS XXIII.

DE † FRVMENTO † vrbis Conſtantinopolitanæ.

*Quod debet dari in pane, non debet ſolui in frumento. Item ex inordinata adminiſtratione creſcit cariſtia. Bar.*

I. Impp. Hono.& Theodoſ.AA.Vrſo P.V.†

Nulli [g] ne diuinę qdem domui nrę frumētum de horreis publicis ꝓ annona [h] † penitus pbeaſ:ſed integer [i] canō mācipibꝰ [k] ꝯſigneſ, annona in pane cocto domibꝰ exhibēda.ita.n.dbet canō ab inclytæ memoriæ Cōſtātino pſtitꝰ, nec nō a diuo [l] pietatis meæ auo Theodoſio auctꝰ,expēdi:qm̄ creſcit inopia, ſi frumēta q̄ ꝓannona tribuunſ, ad vſus alios deputata cognoſcunſ. cogētur [m] eis de publico ſibi emere, [n] q̄ alijs vēdere potuiſſent. Da.X.K.Aug. Conſtantinop. Theodo. A.VII. & Palladio Coſs.

*Quātitas ſtatuta ad emptionē frumēti nō pōt minui, nec ad alios vſus cōuerti: & qđ de ea fit, debet in publicū librū ſcribi: & cōtra faciētes puniunſ in duplū, & lucrū ſumit naturam ſortis. Bart.*

II. Impp.Theod. & Valentin.AA.Leontio. P.V.

Auri ſtatuta quātitas [o] ad coemptionem frumētariā [o] ppetuo ſit dedicata: nec liceat cuiquā poſt [p] adminiſtrationē vrbicariæ ptātis pceptā.aliqd ex eadē ſumma minuere, vel ad quoſcūque alios vſus ꝯuertere: [q] ſed ſub geſtorū teſtificatione certū fiat & qđ mācipibꝰ [r] mutui [s] noīe datū eſt, & qđ ab ijſdē ſit excepta oi ꝯcuſſione ſoluēdū. eū aūt q hanc formā auſus fuerit ingnare: quātitatē in qua ſuā calliditatē exercuerit, in duplū redhibere iubemꝰ:& qcqd ex pdicta rōne accreuerit, ad cumulū eiuſdē auri quātitatis & frumētarij tituli firmiter redūdare:legiſq; huius tenorē æneis tabulis incidi. [t] Dat.V.Kal. Decemb. Conſtantinopo.Ariobindo & Aſpare Coſs.

TITVLVS XXIIII.

DE ANNONIS ciuilibus.

*Annonæ ciuiles non dantur pro titulis in dignitatibus,ſed pro meritis.Bart.*

I. Imppp.Theod.Arcad.& Honor. AAA.Proculo.P.V



Nnonas publicas non tam titulis dignitatum, quàm ſingulorum virorum meritis attributas diui Conſtant ni liberalitate ꝯ latis claruit. Ideoque nr̄

Co.Th. eo.ti.l.19.

Item ȷ̄.de.l.ſi.

m Cogentur. horreorum comites.

n Emere. ſubaudi frumenta,quæ &c.ſi bene.ſ.diſtribuiſſēt.

o Auri frumentariam.quod quando fit, dic vt ʒ. in emp.ſpe.l.j.

p Poſt.aliàs poſt pceptam: aliàs poſtea percepta.

q Conuertere.ſic ff. de admin.re. l.ij. §. ij.& iij.& iiij. & ʒ.ci. j.l.iij.& ʒ de con. in pu.hor. l.fin.& ȷ̄.de col.ſun.pat.l.fi.

r Mancipibus.i.piſtoribus:vt ʒ.l. px.& caue quod dicit, qa non dicit ꝙ mutuo deſ:ſed daſ frumentum,& recipiſ panis, vel datur pecunia vt emaſ frumētū: aliàs eſſet ꝯ.ʒ.de his q ex pu. ra. mu. pe.l.j. & ij. & ſic hic ad pu. vti.ibi ad priuatam.

s Mutui,aliàs mutuo. & tunc eodem modo expone. ſic ʒ. de præd. & om. re. naui.l.ij.§.domus.

t Incidi.i.ſculpi vel imprimi. ſic ff. de orī. iur. l.ij. §.poſtea ne diutius. & tepete hic, iubemus, quod eſt ʒ.ſic in l.Moyſi. in lapideis.Accur.

.i. 611. auri libre ex Theo. Co.eo.tit. l.5.

DE ANNONIS ciuilibus.

a Annonas. Cōſtātini. arg.cōtra inſufficientes doctores,vt etiam ſcholares optimi facilius aduocentur.

Ex

a Ex his. annonis scholarum scilicet, si nihil meruerunt. vel dic quò sua schola vel vniuersitas hæc non reuocet.
b Sanguinis. vel etiam non iure sanguinis, vt statim colligitur.

... prouocatur vtrum egeant, vel non.
i Inertibus. sic fegerunt, quasi non habeant artem, cum habeant: & ita fungunt se debiles, cum sint fortes: quia nolunt laborare, sed mendicando sine labore viuere.

c Gestū. hic de iam perceptis. hoc in vsuf. vt ff. de vsufru. l. defuncta. & sa. s. de inoffi. testa. l. oĩmodo. §. fi. & de co. Illyric. & j. de bien. l. fin. & de ero. mili. anno. l. in his. & qui mili. nõ pos. l. v. §. fi. q facitit vt mortuo militante aliquid ad hæredem defuncti trãseat. Itẽ arg. q. idẽ sit in pben da clerici iã pcepta.

Fruct⁹ ex bñficio, pcepti, ad hæredes trãseunt.

d Centū. Tribuimus. simile additamentum fit qñq; præbendis. ad qd s. ti. j. l. j. & subaudiunt hic, p singulos annos. & sic quod s. est p singulos dies, iũ git superioribus.
e Apicibus. id est nostris literis missis. &c.
f Donationis. quã facimus per l. istam augendo annonas.
g Nostris. militib⁹ scilicet: vel dic omnibus, tempore scilicet necessitatis.

† i. tesseræ noie, q πιτος Græce appellat', & peteuma, & parapeteuma. Cuiacius hic.

h DE MENDICANTIBUS VALIDIS.

Quia mendicãtes reficiuntur publicis annonis de quibus est dictum: & debet hoc fieri, s. de vere mendicantibus, non ficte: ideo de mendicantib. validis, i. robustis, quos spanaldos, vel galiotas vulgus appellat, q mẽdicare nõ debent, ne miseris vel vere debilibus panẽ auferant: vt hic, & in auth. de quæst. collat. vj & v. quæst. v. c. non omnis. & lxxx. di. c. j. & gl. sup Matth. iustius feceris, si iniuste petẽtem correxeris. q si ei dederis.

In Codice Theodosiano legit', non sualidis. rectius. Contius.

i Cunctis. Quæstū. qui publice panem quærunt.
k In certa. qui

... hil ex his a scholarũ noĩe vindicet: sed p vniuscuiusq; merito, q sunt ᵓcessa seruent: vt quicũq; pceptarũ annonarũ emolumẽta vel in hrẽdes pprios iure sanguinis b transfuderunt, vel in extraneos distractiõis titulo trãscripserunt: maneat quod gestũ c est, vel hrẽditatis merito, vel alienationis arbitrio. Da. VII. K. Iul. Constantinop. Arcadio. A. II. & Rufino Coss.

II. Imppp. Theod. Arca. & Honorius AAA.

Centũ vigintiquinq; modios frumẽti, pter solitũ canonẽ, p singulos dies de pñti sexta indictione ex die Kal. Ianuarij noĩe parapeteumatis † de horreis publicis huius almæ vrbis, insita nostræ pietatis liberalitate tribuimus, d datis sacris apicib. e ad sublimissimã quoq; p orientẽ pfecturã, quib. possit & modum nostræ donationis f agnoscere, & incũctãter pbere q iussimus: quã modiationẽ iugiter & in perpetuũ ciuib. nostris g debere cõseruari, valitura in æuum hac lege sancim⁹.

TITVLVS XXV.

DE MENDICANTIBUS VALIDIS. h †

*Qui necessitate mendicãt, possunt inspici: & qui eos inspexerit, & pdiderit, & esse pbauerit, dominium eorum consequitur, si sunt serui, vel ius colonatus, si sunt liberi: salua dominis actione serui corrupti. Bar.*

I. Imppp. Grati. Valent. & Theod. AAA. ad Seuerum P.V. †



Cunctis quos in publicũ qstũ i incerta k mẽdicitas vocauerit, inspectis, exploret in singulis & integritas corporũ, & robur annorũ: atq; inertib. l & absq; vlla debilitate miserãdis necessitas m inferat, vt eorũ quidẽ quos tenet cõditio seruilis, pditor n studiosus & diligẽs dñiũ ᵓsequat: eorũ verò quos nataliũ sola libertas psequit, colonatu perpetuo fulciat quisquis hmõi lenitudinem o pdiderit, ac pbauerit: salua dñis in eos actione, p qui vel latebrã fortè fugitiuis, vel mendicitatis subeundæ cõsiliũ pstiterũt. q Dat. XII. kal. Iul. Pataui, Antonio & Syagrio Coss.

TITVLVS XXVI.

DE NAVTIS TYBERINIS.

*Qui nauem Tyberinam habet, onus publicum cogitur suscipere: nec vllo priuilegio excusatur. Bart.*

I. Impp. Valent. & Valens AA. ad Symmachum P.V. †



Qui nauẽ Tyberinã r habere fuerit ostẽsus: on⁹ reipublicæ necessariũ agnoscat. qdcũq; igit nauigiũ i alueo Tyberis inuenieĩ, cõpetẽtib. & solitis obsequijs mãcipeĩ: ita vt nulla dignitas aut priuilegiũ ab hoc offõ vindiceĩ. s D. VIII. Id. Octo. Altini, diuo Ioniano & Varronia. Coss.

m Necessitas. laborando eo modo quo sequitur. & dic infertur per quæstorem: vt in authen. de quæsto.


† Co. Th. 14. 18. 1.

n Proditor. id est delator. sic s. pro quibus causis ser. l. fina.
o Lenitudinem. aliàs lenitudinem. s. fictam: aliàs plenitudinẽ. i. valetudinẽ. & est sic s. de coll. dete. l. fi. Sed contra in Authẽ. de quæst. §. si vero. colla. vj. vbi dicit q serui dominis, liberi operi publico mancipantur. Solu. hæc corrigitur secũdum quosdam: vel ibi in his qui in sacra vrbe reperiunt', quasi cum eis mitiu⁹ sit agendum. Vel loquitur de his qui faciunt se videri ægros apponentes herbam vel aliud per quod tumescunt. ibi non sic delinquunt, sed solum fingunt paupertatem, seu debilitatem.
p Actione. furti & serui corrupti, vt ff. de ser. cor. l. j. & s. de fur. l. aduersus.
q Pręstiterunt. sine aliàs facturi nõ erãt, vt ff. de fur. l. qui fer uo. & l. si quis vxorẽ. §. neque. vel etiam si essent: quia non debet laudando augeri malitia, vt ff. de ser. cor. l. j. in fi. & fa. Insti. de ob. ex delicto. §. ope, & ff. de verbo. sig. l. sæpe. §. fin. & ff. man. l. j. §. fina. & s. de muri. l. qui aliquem. & j. de agri. & cen. l. omnes pfugi. & s. de fabri. l. fi.

Laudibus nõ debet extolli malitia.

Co. Th. 14. 21. 1.

DE NAVTIS Tyberinis.



r Qui nauẽ Tyberinã. i. q. nauigat in flumine Romano pueheṅdo Romã, vel extrahendo, ducendo ad castra.
s Vindicetur. idest separetur

separetur, vel removeatur.

DE FRVMENTO ALEXANDRINO.



a N æstimatione. præfectus Orientis statuit munus, id est salarium duobus officialibus, quos elegit ad congregandum frumentū ad ciuitatem Alexandriæ, & naucleris pro æstimatione frumēti. i. sm quantitatē quā fieri facerent, puta pro modio tantū: qđ hic imperator confirmat. & dicit amodo curiales non eligendos ad hæc officia.

¶ Co. Th. 14. 26. 1.

b Crithologia. nomina sunt officiorū. & in li. M. est emendatum, debito decretoelogij.

c Officia. in prædictos duos viros.

d Diurnos. Alexandrinæ. ab Alexandro puta magno sic dicta cui fauetur hic in alimentis. Item & habet iurisdictionem: vt I. de offic. iuridi. Alexan. item aliud. vt & j. titu j. l. i.

e Nemo. priuatus.

f Perissochoregiæ. vna dictio, & dicitur perissochoregius, & perissochoregia, qui est iuxta regē: a peri, i. iuxta & rege. Colligitur ergo hoc nomē eius officij, & per hoc effectus: vt i. de ser. La nullo. quia forte malè se habuit in cōgregatione frumenti: & cōmittitur electio ptec. vt I. l. pri.

¶ Co. Th. 16. 1.

† Vide Alc. hic.

g Et tesseræ. s. frumentariæ: vt ff. de iu dic. l. sed & si. §. j.

h Censeantur. vt dicantur tesseræ Honorij imperatoris. ad quod i. de Insti. co. confir. in fin. & j. de aquædu. l. decernimus. in fine.

TITVLVS XXVII.

DE FRVMENTO Alexandrino.

I. Impp. Hon. & Theod. AA. Anthemio P. P. †



In æstimatione a frumēti qđ ad ciuitatē Alexandrinā cōuehit, qcqđ de crithologia b & zygostasij muner, & p nauclerorū tuēdasubstātia eminētia tua dispofuit, roboram⁹: atq; vt curialib⁹ pdæ auferat occasio, iubem⁹ eos ad hmōi solicitudinē affectādā nūquā accedere, sed designata officia c tuis puisionib⁹ examinata, solicitudinē pdictā iplere. D. V kal. Feb. Constātinop. Honor. IX. & Theodo. V. AA. Coss.

II. Impp. The. & Valent. AA. Isidoro P. P. †

Diurnos cētū & decē modios alimonijs Alexādrinę d ciuitatis addi decernim⁹: vt nemo e priuet eo qđ nūc vsq; pcepit: & pissochoregiæ f nomē penitus amputet, & tesserę g designent, & nrę pietatis noīe censeant. h D. Prid. Non. Iun. Cōstātinop. Isidoro & Sen. Coss.

TITVLVS XXVIII.

DE ALEXANDRIAE primatibus.

Impp. Theo. & Valēti. AA. Isidoro præfe. præt. †



Corporatos i ciuitatis Alexandrinæ, repurgādi fluminis k onere liberamus: & p tenore depositionis tuæ quadringentos solidos ex dinummio l vectigali memoratæ ciuitatis pcōmouari decernimus, ita vt ex titulo m nauium modis oībus repensef. n Da. Prid. Non. Iun. Cōstātinopo. Isidoro & Senatore Coss.

TITVLVS XXIX.

DE IVRE REIpublicæ. o

*Sententia lata contra ciuitatem indefensam est ipso iure nulla. Barto.*

I. Imper. Antoninus A.

Si qđ aduersus rempublicā p indefensam inea specie i qua neq; defensores creati fuerint, neq; vt crearent placuit, q statutū est: r actionibus eius nihil s est prę iudicatum.

*Respublica non habet tacitā hypothecam nisi speciali priuilegio vel ex pacto. Bar.*

II. Idem A. Phorodio, & alijs.

An respublica, t in

DE ALEXANDRIÆ PRIMATIBVS.



i Corporatos. id est decuriones illius terræ: vt patet ex rubri. vel de omnibus ciuibus dicit: qui omnes sunt primates respectu aliarum ciuitatum.

k Fluminis. Nili, quem expedit purgari per agros: quia non pluit in Ægypto.

l Ex dinummio. id est loco vbi reponuntur nummi accepti ex vectigali: vt sacrum, vbi sacra reponuntur: vt ff. de re. di. l. sacra §. fina. & dicitur a dinumero, as. deminutiuū. alij dicunt a duo & nummus: quia ciues illius terræ dabant pro vectigali duos nummos quilibet, de quibus modo accipi unsur sececisti solidi.

m Ex titulo puta ex telonio seu thagio quod ibi percipitur.

n Repensetur. dinummus: quia tantum ibi reponitur ex alio titu. s. nauium, quantum tollitur ex titulo vectigali.

o DE IVRE reipublicæ.

Alterius quā Romanorum. sic enim in toto hoc ti. accipitur, vt differat a tit. de iure fis. dic ergo q ciuitates regulariter vtuntur iure priuatorū, vt ff. de ver. si. l. eum qui vectigal. & j. eo. l. ij. ff quod me. cau. l. metum. §. animaduertendum. & j. ti. ij. l. i. & in fal. iure instit. & Tre. vt ff. de adm. tu. re. ad ciui. perti. l. legatum. & ff. ad Treb. l. omnibus. sed quandoque habet ius singulare, vt j. l. j. & iij. Item ff. de vsu. l. etiā. & si cer. pe. l. ciuitas. & de sac. san. eccl. le. fi. & j. de ven. re. ci. l. fi. & j. de deb. ci. l. fi. & l. j. & I. ne fis. vel resp. le. j. & ff. ex quib. cau. ma. l. legatis. & C. de fideiuf. l. fi. Item sunt alię que vtuntur iure specialissimo: vt vera que Roma, vt i. de priui. vr. Const. l. j. & Antiochensis, vt i. de priui. ere. l. Antiochēsium. & Ilienfis, vt ff. ad muni. l. i. & Alexandria i. ti. j & ij. & metropolitanæ, vt i. de metro. Beryto. item quædam habent priuilegia per rescriptū, vt j. l. fi. & i. de test. l. si non speciali. habent enim quædam ius fabricandi monetam per priuilegiū.

† Co. Th. e. ti. l. 26.

p Si quid. Rem-publica ius libet ciuitatis vt i rub. no.

q Placuit, idem si placuerit: sed creati non fuerint.

r Statutum est. definitiue, sic in minore vt ti. ti. aduer. rem iu. l. cum & minores. si autem fit ene legitime defensa, valet vt restituatur: vt supra de offi. eius qui vi. alte. l. j. & iij. & intra l. iij. interlocutoria vero valet etiam si non sit defensa: vt i. quod cuiuf. vni. no. l. j. §. cuius. & l. ciuitates. quia contra minorem: vt ff. quia ex cau. in pos. l. hoc iure. & facit. ff. de re iudi. l. contra pupillum. & i. qui leg. per l. j & i. quomodo & quando iu. l. si vt proponis. & l. si præses. Accur.

s Nihil. ipso iure. alij dicūt q p restitutionē: ar. i. de sēado fis. laus. l. j. sed ibi fuit defēsa resp. vel lic...lie. e præuaricatio interuenerit. & ad de qđ no. j. l. iij.

t An respublica. alterius ciuitatis. quam Roma

æ: ne sit contra. s. in qui. cau. pi. ta. contra. l. j. & ij.

a Proponitis ius. cessum: aliàs secus: vt s. de priui. fis. l. iij & l. fi. contra. sed alij dicunt ex sola satisfactione; nisi in præiudicium eius aut fisci: vt in contrarijs: qd non placet. vt s. de fideiusso. l. cum aliter.

b Nacta est. ad qd. ff. de priui. credi. le. Antiochensium.

c Prosperit. ex conuentione.

d Personalem. s. tãtum: non hypothecariam, sed personalem habet priuilegiatam: ff. de priui. cred. l. bonis. §. respu. contra. vel ibi de Roma. & fa. ff. qui po. in pig. hab. l. si pignus. & l. fi. in prin. & de iu. fi. l. res. §. i.

e REmpublicam. Romanorum, s'm quosdam: vel verius aliarum ciuitatum. vt s. not. in rub. & pone in contractu: vt ff. ex quibus cau. maio. l. resp. vel in iudicio: vt s. l. j. §. j. sed intra quantum tempus? videtur ꝑpetuò: quia semper est pupilla: vt hic patet. Alij intra triennium, vt s. de sen. aduer. fis. la. l. j. tertij vsque ad quadriennium, a die læsionis, quando fit in vltimo die minoris ætatis: vt s. de tem. re sti. l. superuacuam. quod non videtur stare: quia dicit pupillã, non dicit minorem: & eodem modo dicit in ecclesia: vt s. de sa. san. eccle. l. fin. & in authen. de non alie. §. finimus.

f SI s'm legem. id est priuilegium: & sic concor. in fi. vel dic. s'c'm legem. i. cõsuetudinem, quæ est lex: vt insititu. de iure na. §. ex non scripto. & s'm hoc sunt similia. s. de eman. lib. l. j. & ff. de testi. l. iij. §. fin. & secundum hoc consuetudo vincit legem, quod dic: vt s. quæ sit lon. consue. l. ij. & facit, j. titulo. j. l. j. & ij.

* Crescẽtio.

cuius locũ successistis, ideo qa satisfecisse debito vos proponitis, [a] ius pignoris ĩeo fundo habeat, apud suum iudicem quæritur. si enim neque beneficio sibi concess. id ius nacta est, [b] neq; specialiter in obligatione pignoris sibi prospexit: [c] causa eius non separatur a cęteris creditoribus qui habent personalem [d] actionem.

III. Imp. Alexander A.

REmpublicam, [e] vt pupillam, extra ordinem iuuari moris est.

*Quod ciuitas facit s'c'dm sua statuta: non reuocatur per p̃sulem vel præsidem. Barto.*

IIII. Impp. Diocletianus & Maximianus AA.

SI s'm legem [f] ciuitatis respublica cuius meministi, ruina collapsis ædificijs tuis distraxit areã: nihil contra huius legis tenorem rector prouincię fieri patietur.

TITVLVS XXX.

DE ADMINISTRAtione rerum publicarum. [g]

I. Imp. Philippus A. Crescentiæ. *



FVndum vectigalem, [h] si suis quibusque temporibus debitæ quantitates inferantur: inuito possessore auferri nõ

g DE ADMINISTRATIONE RERVM PVB.

Parum esset ciuitatem habere iura, nisi essent qui ea administrarent: vt ff. de ori. iu. l. ij. §. post originem. & caue q; hi eliguntur per decuriones conuentos per ipsos magistratus: vt s. de decu. l. j. & de suscep. & arc. l. exactores. & ff. ad mun. l. Lucius. & sic alius est magistratus q; iurisdictionem exercet; & alius administra-

h  tor qui temporalia gerit: vt hic, & ff. eiꝰ per totum.

FVndum Vectigalem. id est emphyteuticum, quod dic vt ff. si ager vec. l. ij. & iij. & facit s. de admini. tuto. l. j.

posse manifestum est.

*Si officialis est negligẽs in exigẽdo cautionem de legato vel fideicõmisso præstando, tenet ad interesse. Bart.*

II. Impp. Diocletianus, & Maximia. AA. & CC.

COntra eos qui rempublicam administrantes, per officij necessitatem sub conditione relicti [i] fideicommissi satis accipere debuerunt: quanti reipublicę interest satis non esse acceptũ, [k] dirigendã esse actionẽ [l] perspicitis.

TITVLVS XXXI.

DE VENDENDIS rebus ciuitatis. [m]

*Venditio pura & perfecta nõ debet a repub. reuocari, lice per alium, maius precium offeratur. Barto.*

I. Imp. Antoninus A.



SI fine vlla conditione ꝓdia vendẽte repub. cõparasti: [n] ꝑfecta venditione, [o] nulla ratiõe vereris ne adiectiõe facta [p] auferri tibi dominium [q] possit. Tempora enim adiectionibus præstituta, [r] ad causã fisci [s] ꝑtinent: nisi si qua ciuitas propriam legem habeat.

*Locatio perfecta non reuocatur, licet alius maiorẽ pensionem offerat. Bars.*

II. Imp. Valerianus, & Gallienus AA.

i COntra. relicti. ciuitatis.

k Acceptum. idest qd non est satis acceptum, quia debitor factus est non soluendo.

l Actionem. vtilem negociorum gesto. vt ff. de nego. gestis. l. iij. §. hac actione. vel in factum: vt ff. de magi. con. leg. j. in princi. & supra, vt in possess. leg. l. fi. Sed contra s. titu. j. l. penul. Solu. ideo eligit vt minor, vt s. si tu. vel curato. l. fin. Vel hic non est in quem restit ueretur facto hærede nõ soluendo.

m DE VENDENdis rebus ciuitatis.

Quod faciunt administratores superioris tituli.

n SI fine. Compa rasti cũ ea solennitate quæ est intra, eo. l. fin.

o Venditione. de qua perfectione dic vt institu. de emptio. & venditio. in princ.

p Adiectione facta. ab alio.

q Dominium. traditiõe facta: vt subijcit in eo quod dicit translatum, vt s. de reivind. l. seruum. Sed quid si non erat facta traditio? Respõ. agitur ex empto ad interesse, si alij vendat ciuitas, vt ff. de ac. emp. l. j.

r Præstituta. a lege, puta viginti dierum, arg. s. de sacrosan. eccle. authen. hoc ius. sed legem, quæ hoc dicat, non habes. Alij xl. dierum. & dic vt argu. ff. de ædil. edic. l. quod si nolit. §. pen.

s Fisci. ad res fiscales & fisco venditas, vt s. de fide instru. & iur. hastæ fis. l. si tempora. & ff. ad mu. le. Lucius. §. fin. Item hæc adiectio non fit nisi semel, vt j. de lo. fun. ci. l. ij. & fa. j. l. proxi. in hoc ergo plus habet fiscus quàm ciuitas, sed emptor minus: quia hoc debet probare inuilitatem ciuitatis versum, vt s. de sac. san. eccle.

ecclе. authen. hoc ius porrectum. In fisco aũt sufficit confessio, vt ĩ. de quadri. præscrip. l. ij. § ad hæc.

a Qvamuis. Publici prædij. i. ciuitatis cuiuslibet indubitanter secundum oẽs. Quid aũt de pdio fisci, vel patrimoniali? Resp. P. idem: sicq; in venditionibus tantum fisc. locum habet adiectio, non locatio, vt ff. de ædil. edic. l. tiĕ dum. Sed tu dic, aut perpetuo est locatio facta, & non habet locum licitatio, aliis sic, vt ĩ. de fun. pa. l. iij. & ĩ. de loca. fun. ci. l. si & fa. ĩ. de allu. l. fina. & ĩ. loca. l. si olei. Item fa. ff. de iur. fis. l. iij. §. diui. & de pub. l. cotem §. fi.

b Additamenti specie. i. prætextu.

c Temporis. quod sufficeret etiam in venditione. Idem et go innuis & si non tãtum. vel dic aliud breue tempus.

d Si quæ. Peruenerint. his modis ad ciuitates potest peruenire: vt ĩ. de hæredi. institu. l. collegium. & l. hæreditatu. & ff. de leg. j. l. si quis a filio. §. fin. & l. si hæres. §. vicis. & l. ciuitatibus. & ad Treb. l. omnibus. & quãdo hæreditas peruenit ad ciuitatem, tunc ciuitas constituat actorem, qui agat & excipiat, vt d. l. omnib. & l. seq. & caueatur de rato, si dubitatur de decreto: vt ff. quod cuiusque vni. l. item. §. actor. Sed vniuersitas tota vel maior pars de calumnia iurat, non ipse, cum habeat instar procuratorum secundum P. tu dic aliter vt no. supra de iur. ca. l. ij. §. hoc etiam. Et not. quòd hæc lex dicit de domibus & annonis, quæ quasi immobilia sunt: vt in authenti. de non alie. §. j. sed dic idem de prædijs rusticis: vt ĩ. l. j. de his quæ seruari non possunt, dic quòd etiam sine decreto vendunt tutores: vt supra de administrat. tuto. l. lex quæ tutores. in fin. & l. fin. in fin.

e Publica. quod potest fieri, vt ff. de re. di. l. sacra. §. finali.

f Inclytam. Constantinopolim.

Qvãuis incrementũ conductioni factæ publici prædij a videatur offerri, nõ tñ additaméti specie b oportet fidem locationis infringi: præsertim cum tantum iam temporis c ex pctu decessisse proponas.

*Immobilia ciuitatis, & mobilia quæ seruãdo seruari nõ possunt, p vtilitate ciuitatis pmittunt alienari auctoritate principis in vtraq; Roma, in aliis vrbibus auctoritate præsidis, & consensu cuiuslibet possessoris. Bar.*

III. Imp. Leo A.

SI q hrẽditatis, vl legati, seu fideicõmissi, aut donationis titulo dom⁹, aut annonæ ciuiles, aut quælibet ædificia vel mãcipia ad ius inclytæ vrbis vel alterius cuiuslibet ciuitatis peruenerint: d sup his licebit ciuitatib. venditionis p suo cõmodo inire pctum: vt summa precij exinde collecta, ad renouãda siue restauranda publica e mœnia dispẽsata pficiat. Indefessa verò cura pspicientes, ne quis aduersus ciuitatũ cõmoda quicquã moliri possit incommodi, sed sine vlla fraude, seu nũdinatione vel colludio, seu cõniuentia hmõi venditiones pcedant: hoc etiã in posterum obseruandum esse censemus, vt si quidẽ ad hãc inclytam f vrbẽ domũ vel ciuiles annõnas, aut alia quælibet ędificia vel mãcipia ptinentia cõtigerit venundari: non aliter nisi imperiali auctoritate vendant: in puincijs verò, præsentibus omnib. seu plurima parte g tam curialiũ q̃ honoratorũ & possessorũ ciuitatis ad quã res pdictæ pertinent, ppositis sacrosanctis scripturis h sigillatim vnumquẽq; i † eorũ qui cõuenerint, iubemus sententiã k quam putet vtilem patrię suæ designare, ut ita demum decreti recitatione in pinciali iudicio interueniente, emptor competẽtem possit habere cautelam. Hos aũt uenditionũ pctus, l siue iam cõpleti fuerint, siue postea ineũdi fuerint, stabiles m esse censemus.

TITVLVS XXXII.

## DE DEBITORIBVS ciuitatum.

*Debitores ciuitatum non possunt in eis habere honorem, nisi primo debitum soluant. Bar.*

I. Imp. Antoninus A.



On pri⁹ debitorẽ reipublicæ a honorem in republica subire, quàm id quod debere cõstiterit, cõuentus exoluerit: a tã meis q̃ diuorum principum constitutionibus declaratur.

g Parte. ad hoc. ff. ad muni. l. quod maior. & ĩ. de leg. l. si quod. & de prædijs cur. l. ij.

h Scripturis. non tactis. sic supra de episco. & cler. authen. sed iudex. esset enim difficile pro re minima tot iurare. Item quia in princip. iurauit fideliter cõsulere: & satis est si nunc ad memoriam reducatur per præsentem scripturam. sic supra de iud. l. rem non nouam. Item sic in Authen. vt lice. mat. & auiæ. §. quod autem. colla. viij. Alij dicunt quòd etiam corporaliter iurant, quasi hæc verba cum effectu intelligantur: vt in multis iuris articulis de corporali dicitur.

i Vnumquemque. sic in authen. vt iudi. nõ expec. sac. ius. §. fi. col. v.

† Cõcor. text. in c. tua nup. cũ gl. sup verbo, tractatu. extra de his q fi. a pla. sine consensu cap.

k Sententiam. id est consilium: sic ff. de sena. l. fi.

l Contractus. scilicet cum prædicta solennitate factus.

m Stabiles. sine timore adiectionis. vt supra l. j. & ij. & nisi cum hac solennitate fiat, reuocatur cũ fructibus: sed venditor non ciuitas tenetur de euictione. vt supra de sacrosan. eccle. l. qui res. & infra de agric. & cen. l. quemadmodum. Item adde quòd precium probari debet versum in vtilitatem ciuitatis: vt in authen. hoc ius porrectum supra de sacrosan. eccle.

DE DEBITOribus ciuitatum.



On pri⁹ Reipublicæ. cuiusq; ciuitatis vt ex rubri. patet, ex continuatione superiorum titu.

a Exoluerit. solenniter: vt supra de prædi. cur. l. secunda. Item si fideiussor rem vel pignus dederit. & dic debito eum expelli vel ratione vectigalis, vel ex qualibet alia administratione, non aliunde, vt ff. de mu. re. & hono. l. rescripto § j. & facit ff. de pu. l. licitatio §. debitores. & de leg. j. l. sciendum. in princ p.

a Pud. superstites. id est viuos.

b Peruideris. loquit Verino curatori ciuitatis.

c Retinent. id est retenturi sunt. & facit ff. de vsur. l. si bene.

d Obnoxijs. id est obligatis expressa conuentione, vel ex priuilegio tacitè: non aliàs: vt s. de iu reipu. l. ij. & secundū hoc agit hypothecaria. vel veri⁹ dic nec expsè nec tacitè erant obligati, sed dicunt obnoxij eo q ipse debitor est obnoxi⁹, & fm hoc agit condictione ex lege. si enim esset hypothecaria indiuidua insolidum esset: vt s. si vnus ex pluri. hæred. debito. vel cre. l. ij. nisi cum legatari⁹ agit hypo. pro rata, sicut personali contra hæredem legantis. vt s. co. de le. l. j. in fin. Item & quando duobus obligantur: simul vterque agit secundum quantitatem debiti, vt ff. de pigno. l. si fundus. §. si duo. Item & cū duo causa damni in fecti mittuntur in poss. contrahitur hypo. vt ff. de dam. infect. l. si finita. §. cū autem. in bonis aūt administrantis habet sortè tacitam hypo. ciuitas. arg. s. de administ. tuto. l. pro officio. Sed qualitercunque l. istam exponas, f. vel hypo. vel condict. ex l. contradicit s. de iu. reipub. l. ij. sed hic sola, ibi cum alijs: quia quò ad alios creditores è ei similis: vel non est dissimilis quò ad personales actiones ex statu: sed quo ad condictionem ex lege sic: vt hic.

e Pro rata. sic ff. si quid in frau. pa. l. j. §. si plurib. & s. de pd. & alijs rebus mili. l. ij. & j. de omni agro deser. l. iij. & ff. de cen. l. cum possessor.

II. Imp. Constantin. A. Verino S.

t Cum qui. Priuata. quia sit priuati colonus. & facit supra de agrico. & censi. l. cum satis. §. primo. & de decu. l. cum. Sed contra supra de agrico. & censi. l. cum scimus. §. illud. Solu. ibi per agnatos seruiunt. Item contra supra ne rei do. vel templo. l. j. Sed ibi de longo tempore. vel hic speciale.
v Nemo dempto canone. id est hoc pacto vt nõ teneatur emptor soluere canonem. Et no. quod hic tangit vltimã partem rubricæ, secundum M.
x Dominicæ. & Imperatoris ex qua ipse Imperator soluebat alij canonem, vel pensionem: vt supra de fun. pat. l. fundi. & sui officiales vendunt dicto pacto. & excipe possessiones positas per Orientem &c. quæ nec saluo nec dempto canone possunt alienari: vt s. de fun. patr. l. pen.

†aliàs, opponere.

y Precia. nisi fuerit stipulatus: vt supra commu. de lega. l. fi. §. fi. Item contra supra ne si. ba. me. l. prima. & fina. in fin. Solu. vt ibi. Accursius.
z Fructuum. si habes fructuum, planum est: quia procu.

Cæsar

II. Impp. Valentini. & Valens AA. [illegible]

Hi quos cõmoditas priuatæ rei prędiorũ, ad ea postulãda solicitat, a adeat tuę dignationis b officiũ, & modũ suæ deliberationis indicent per libellos: certumq; habeãt quod vnaquæq; villa c cũ eo onere vel forma cui nũc habetur obnoxia, ad noui dñi iura migrabit: vt si qd adiecerit sumptus cura vel solertia, qcqd mancipiorũ vel pecoris accręuerit, capitationis aut canonis augmenta non patiãt, d sed solis dñis hæredibusq; dñorum sit cessura felicitas. Si quis aũt in annis singulis non soluerit debitum e ex re ipsius: quod in reliquis remansisse claruerit, sine aliquib. dependere coget induciis. Sanè si quẽ postea minus idoneũ factũ esse constet, nec ita vt expedit, rõnem reddere pẽsionis: res quas ex nostris reb. acceperat, f ad aliũ idoneum iure quo sancimus g trãsferentur: nec tamen decoctoris cuiusque reliquis, qui nouus accedit, onerabitur. h

III. Impp. Grat. & Valentinianus AA.

Quicunq; possessionem rei priuatæ nostræ acceptã suo noie, i vel iure perpetuo, k vel titulo conductionis l ei crediderit esse tradendã, qui pensare vtilitatem patrimonii nostri soluẽdo non valeat: is pro eo quẽ succedaneũ surrogauit, perpetuę solutioni statuatur obnoxius. m

IIII. Iidem ad Orebiũ.

Vniuersi n fundi tẽplorũ, ad rõnaliũ o rei priuatæ solicitudinẽ curamq; pertineant: atq; ab his anniuersariis solutionib. postulatis, p peculiari q (vt sẽp fuit) studio defendantur.

V. Iidem ad Nebriuin.

Vsus aquæ, quæ fundorum nostrorum vtilitatib. seruiebãt, plurimorum dicit vsurpatione sublatus: idq; pcuratorum conniuentia vel dissimulatione perfectũ, r vt agrorũ fertilitas destituta, nullos fruct. cultorib. præstet. Quia igit satis multum est iteratum florẽtis antè patrimonij, aridæ sitis molestia fatigari: ad meat. pristinos s vniuersum aquæ motum tpis pscriptione submotã, præcipimus reuocari.

VI. Imp. Arcad.

Cum qui collegio, vel curiæ, vel burgis, cæterisq; corporibus p xxx. ann. sine interpellatione seruierit, res dominicæ vel intẽtio priuatæ t non inquietabit, si colonat. vel inquilinatus qõnem mouere † tẽtauerit: sed in curiã vel in corpore in quo seruierit, remaneat.

VII. Impp. Theo. & Valen. AA. ad Eudoctium.

[illegible]

Nemo dempto canone v ad cõparationẽ dominicæ x possessionis accedat. Quòd si quis in posterũ ad interdictũ cõtractũ accesserit, eũ volumus pcia y pdere perpetuo: nec expensarũ vel meliorata rei fructuum z exactioni cõpensationem opponere: nec temporis sibimet contra nostra cõmoda præscriptione (ex-

Cæsaris rem esse fiscalibus vindicat: vt ¶. de fi. instr. & iu. ha. fisc. l. j. Si habeas fructum. dic, id est melioratio rei nõ inducit compensationem exactioni. s. fundi. & impropriè dr̃ cõpensatio. s. canonis. & sic stabitur ꝯtui volẽte decepto: vt ¶. de tra sac. Item § ¶. de di. præ. l. pen. in prin. & ibi.

a Vetustatis. s. xl. ann. opponenda tam petitioni rei, quàm canonis: quia hic non agitur de canone tributorum: sed de canone fundorũ rei priuatę principis: & sic non ob. ¶. de p̃scrip. xxx. anno. l. cõperit.

b Celebratus. p id officium.

c Valitura. facit ¶. de preci. impe. offe. l. nec damnosa. & si ꝫ ius vel vtili. publi. l. fin. & de cano. frumen. vr Ro. l. ij. & ¶. tit. j. l. ij. Item facit ad l. ¶. ne rei do. vel tem l. ij. & ¶. de prædijs tamia. l. ij. & ¶. de fun. pa. l. fin.

* Tamiacæ. i. meo manuscripto est, dñicæ.

DE FVNDIS ET saltib. rei dñicę.

d S I quis. Greges. quot animalia grege faciãt. nos. ff. de abigeis. l. oues.

e Alienus. id est extraneus.

f Vendicentur. scilicet greges.

g Conniuentia. id est consensus.

h Eos procuratores. & facit ¶. de pas. pub. l. ij.

* al. domorum. C. Th. 10. 1. 15. Hæc lex iã semel fuit posita sub tit. ne rei dominicæ vel téplorum.

i S I qua. Occupauerit. alio emphyteuta tenente. Accur.

k Iura. i. ad primũ emphyteutã, & ꝯsuetũ censum. Accur.

l Longi tpis. s. xl. an. p̃scriptio noceret, quia hic non agitur de canone rei dñicæ, qui tollit p̃scriptione, vt ¶. ti. j. l. fi. canõ. n. tributorum nulla tollit p̃scriptione, nisi

cepto vetustatis a auxilio) blãdiri: palatinũ etiã officiũ quoquo mõ ꝓctus eiusmodi fuerit celebratus, b vel si talẽ petitionẽ instruxerit, quinquaginta põdo auri pœnę nomine inferre priuato nostræ mansuetudinis ærario; nulla liberalitate nostræ clemẽtiæ, nulla sanctione ꝑ tãta rei priuatæ cõmoda valitura, c licet adnotatio, vł diuina pragmatica fit, q̃ ꝯ vetita canonem vendere ꝯcedat, vel pœnam palatino remittat officio.

## TITVLVS LXVI.

## DE FVNDIS ET SALTIBVS REI DOMINICÆ. *

*Immittẽs animalia in pascua principis, aĩalia pdit: pcuratorq; fisci qui hoc consentit grauissimè punitur. Angel.*

I. Imppp. Valent. Theo. & Arcadius AAA.



SI quis ouiũ, vel equarũ greges d in salt* rei dominicæ alienus e immiserit, fisco illico vindicent. f Quòd si venalis procuratorum ꝯniuentia g vt id deinceps tentetur admiserit: eos h grauissimo iubemus supplicio subiacere.

II. Impp. Arcad. & Honor. AA. ad Paulum comitem dominicæ rei. *

SI qua loca ad sacrum dñium ptinentia, cuiuslibet temeritas occupauerit, i sm̃ veteris censũs fidẽ in sua iura k retrahant: rescriptis per obreptionẽ impetratis, & præscriptione longi temporis, l & noui censũs præiudicijs, m in hac causa submouẽdis. Neq; enim aut pcario colorata aut incubatio diuturna, aut nouella ꝑsessio n ꝑprietatis nostræ priuilegiũ o abolere poterũt.

## TITVLVS LXVII.

## DE AGRICOLIS & mancipijs dominicis, vel fiscalibus † rei publicæ vel priuatæ.

I. Imp. Constantinus A.

NVllus oĩno originalis colonus rei priuatæ p nostræ ad aliquos honores, vel quę libet alia ciuitatis munera deuocet. Non enim ci uitatum ordinibus, & cæteris, ex quib. ꝑ multitudine fieri nominationes oportet, per omnia florẽtib. q ad hæc suprema præsidia iniuriosa nominatione r descẽdẽdũ est.

II. Idẽ A. Ianuario PP.

COlonos nostros, qui priuati s sunt, vel ad ratiocinia gerenda, t vel ad colẽdos agros idonei, retrahi v iubemus, ac tantũ colendis x nr̃is rebus addici: quin etiã in posterũ obseruari y ne quis eorum rem priuatã cuiusquã gerendã, aut aliquid administrandum suscipiat.

III. Idem A. ad Equitiũ magistrũ eqtũ & peditũ.

SErui atq; coloni, & eorum filij vel nepotes, vel quicunque de fundis ac possessionibus nostris clanculo ad officia cõuolauerint diuersa: reddantur, etiã si armatæ habuerint sacram ẽta militię. z Nos enim etiam eos

in vsu: vt ¶. de p̃script. xxx. an. l. comperit. & de fun. pa. l. fi. § fi. M.

m Præiudicijs. id est vt noui non præiudicent veteribus.

n Professio. argu. § eos qui occupauerũt terras comitis Hugonis, & impetrauerũt rescripta per obreptionem.

o Priuilegium. maioris cẽsus. & facit ¶. ne rei do. vł tẽp. l. fi. ¶. & ¶. ti. j. l. iij. & l. fi. & l. vsus. & ¶. d aque du. l. diligenter. & dic priuilegium abolere potuerunt.

† In scriptis nřis exemp. lo gis, fiscalibus, siue rei priuatæ, sic in meo, & rc. Cõu*.

DE AGRICOLIS & mancipijs &c.

p N VII*. priuatæ. q eadem est, quę & fiscalis. M. ar. ¶. de offi. co. rei priu. l. j. & supra de fun. rei priua. no. in rubr. & ff. ne quid in lo. pub. l. j. § hoc interdictũ & item idem de colono priuati: vt supra de agri. & censi. l. originarios. facit supra de man. & co. l. fi.

q Florentibus. innuit quòd si alicubi sit copia, ad hoc descendendum est. Idẽ videtur de minorib. xxv. ann vt supra qui xta. l. ij. & de decu. l. cos qui. & de mu. & ho. l. vt gradatim. §. j. & ij. & l. honor. § fi. Accur.

r Nominatione. aliàs nominatione: & aliàs denominatione: aliàs terminatione.

s COlonos priuati. s. patrimonij nostri.

t Gerẽda. s. ra domũ.

v Retrahi. si ad alioruũ vsum fuerunt.

x Colendis. i. administrandis in agro vel alibi.

y Obseruari. iubemus, repete. & facit supra de man. & colonis. l. fi.

z SErui. Militiæ. nisi peractis stipen-



stipendijs meruerit etiam veteranorum. vt supra de man. & col. l. fina.

¶ Aliàs Idē AA. ad Florentinum.

a Discingi. No. discingi. nā cingit cum fit miles: vt ff. de mil. test. l. pen. & facit. ş. ne rei do. vel temp. l. j. & iij. & de ser. fugi. l. fin. & de colo. fugit l. j. & iij. & de col a. fund. pat. l. j. & ij.

b Ex ingenuo. Deputari. excepto eo quod dicitur de colono qui iūgitur tamiacæ: vt infra titu. j. l. j. M. & fa. supra de decur. l. nati & de agric. & cen. l. mulier. & l. ne diutius. & l. fin. & supra de mutil. eg. l. hi qui.

c Dominicos. Descriptionem. species illatiōnis: vt ş. de impo. lu. descript. l. ij.

d Extraordinarias. vt ş. de col. fun. pa. l. j. & j̄ de priuile. do. Aug. l. j.

e Quoties. Colonorum. nostrorum.

f Origine. non admittitur quilibet ad emendum. sic ş. non lice. habi. me. l. j. & in Auth. de col. §. fin vero. Sed arg. contra. supra de contrahen. empt. l. dudum.

h DE PRÆDIIS tamiacis &c.

¶ De tamiacis p̄dijs pulchre Alc. hic, & Pyrthius. ş. ad ti. de fun. rei priua.

Quidā dicunt debere scribi de prędijs dominicis nō tamiacis. in hac rub. & hoc ex eo probatur quod subijcit: & de his qui &c. ergo in l. j. dicatur dominico. vel dominicæ, non tamiaco vel tamiacæ, & in vlti. fundos dominici iuris, non tamiaci, secundum P. quod nihil est. Vel dic secundum Io. tamiacis, i. prædijs in quibus sunt cellulæ. Vnde tamiacus, id est cellarius: aliàs cellularius. tameion enim græcè, latinè dicitur cellarium. Vel aliter prædia empta erant, vt canonem redderent inter cellulas secundum Ioan. & eorum colo

Pro inelusis meus liber habet, ꝓpositio sacri. forte deest verbū, patrimonij. Cōti.

discingi a: iubemus, ac reddi, qui protectorū fuerint nomen adepti.

IIII. Imppp. Gratia. Valent. & Theodo AAA. ad Florum.

Ex ingenuo & colonis ancillisq; nostris natos natasve, origini ex qua matres eorum sunt, facies deputari. b

V. Imppp. Valen. Theo. & Arcad. AAA.

Dominicos colonos neq; ad descriptionē c patimur deuocari, neq; extraordinarias d pati functiones: maximè cum aduersus cōsuetudinem memoratis onera dicantur inferri.

VI. Impp. Theodosius & Valent. AA.

Quoties alicui colonorū e agrū priuati patrimonij nostri placuerit venūdari: nō vnus tātū, q forte ꝯsortib. suis grauis ac molest⁹ existat, sed alij quoq; duo vel plures ex simili origine f ac iure veniētes, in supradicta emptione socientur.

### TITVLVS LXVIII.

### DE PRAEDIIS TAmiacis, g h & de his qui ex colonis dominicis alijsq; liberæ conditionis procreantur.

*Natus ex vno parēte tamiaco, & altero libero, tamiacus est: natus aūt ex adscripsitio, vel ex seruo alieno, & ancilla dominica, vel adscriptitia vel ex serua priuati, & ex colono vel seruo dominico, sem per sequitur conditionem parentis liberi. Bar.*

I. Imp. Zeno A. [Chiseroti PP.]



I liber h colon⁹ vel colona libera tamiaco vel tamiacę matrimonij iurecopulet: filij vel filiæ ex hmōi ꝯtubernio ꝓcreati vel ꝓcreatæ colonis dn̄icis annectētur. si aūt adscriptitius vel seruus alienus colonā vel ancillā dn̄icam i ducat in vxorē, vel adscriptitia vel ancilla colono vel seruo nubat dn̄ico, l & ex hmōi cōiūctionib. nati sunt liberi: veterū legū ius tenere sancimus. k

II. Idē Sebastiano P. P.

Eminim⁹ pragmaticā sanctionē iussisse l fundos tamiaci m iuris in ꝓuincijs positos, necnō ēt possessiones Gonatici n saltus sub certa forma (saluo. s. canone o & tributarijs collationib. hisdē ꝑdijs impositis,) volentib. distrahi, p quatenus qcquid ex precijs memoratorū fundorum possit restitui, publico inferat. Sed licet p eādem sanctionē hmōi venditionum ꝯ̄ctib. plenissima delata sit cautio, attamen perpetuæ emptionis securitati consulētes, huius etiam perpetuæ cōstitutiōis auctoritate muniri eosdē emptores præcipimus.

### TITVLVS LXIX.

### DE DIVERSIS PRAEdijs vrbanis & rusticis templorum & ciuitatū, & omni reditu ciuili.

*Aedificans in solo publico debet soluere debitā pēsionē p ædificio, si expediat reipublicæ, aliàs ipsum solum cum ædificio vindicatur. Bar.*



I. Imp. Iulianus A. Attico.

Ro ædibus, quas nōnul-

qui dicuntur tamiaci, id est dominici coloni: quia dicta prædia erant Imperatoris.

h



I liber. aliud i seruo, vel adscriptitio: vt j̄. in l. fin. Accur.

¶ Tamiaci, & sic deinceps.

i Dn̄ico. per hoc ꝓbatur nō debere scribi tamiacum secundum P. & not. prout accidit colono, est speciale: vt supra de ser. fugi. l. fi. Accur.

k Sancimus. vt sequat matris cōditionem. vt & ş. tit. j. l. ex ingenuo. cum suis cōcor. quod in casu primo huius l. non contingit. Item est argu. ş. ş. de ser. fugiti. l. fi. Solu. ibi in liberis. Accur.

l Meminimus. Iussisse. qd habemus.

m Tamiaci. expone vt in rubri.

n Gomaticij. i. saltus laboribus ad vtilitatem deducti. gomos enim Græcè, Latinè labor. Alij habent canonici. id est præstantis ordinariū canonem. canon. n. Græcè, Latinè ordo. vnde canonici: quia ex ordine nominatorum ibi sunt positi secundum M.

¶ Gonathetici seu agonothetici mallet Alci. hic. Pyrthus gomaticij vt asserere. ş. ad titu. d fun. rei priua. vide de Cuiacium hic.

o Canone. de hoc canone fit mentio supra de colla. do. & ş. de sacro sanc. eccle. l. placet.

p Distrahi. sibi subaudi. hoc fallit in his patrimonialibus qui per Orientem sunt: vt supra de fund. pa. l. pen. & facit infra tit. j. l. j. & l. eos. & l, si quis. & j̄. titu. ij. l. fina. & supra de fun. rei priua. l. j & l. fina. Accursius.

DE DIVERSIS prædijs vrba & rusticis templorum & ciuitatum & omni reditu ciuili.



Ro ędib.

li in solo reipublicæ extruxerūt: placitā præstare pensionem cogatur. a

II. Idē A. Secūdo P.P.

PAmphyliæ b et ciuitates, & quæcunque aliæ, c quicquid sibi acquirant, d id firmiter habeant.

*Tertia pars canonis, qui redigitur ex fundis vel locis reipublicæ, sufficit ad restaurationem murorum. Bart.*

III. Impp. Arcadius & Honorius AA.

REstaurationi mœnium e publicorū tertiā portionē eius canonis f q ex locis fundis reipublicæ annua præstatione ɔferī, certum est satis posse sufficere.

*Emptor reipublicæ vel templorum ipsam perpetuò possidebit: nec ab eo potest auelli, licet alius offerat meliorem conditionem. Bar.*

IIII. Iidem AA.

EOs qui auctione g prima fundorum iuris primonialis, siue templorū possessores effecti sunt, vel fuerint, firmū h dñiū tenere decernimus, ne vlterius vacillet vniuscuiusq; possessio, sed teneat quisq; ius ꝓpriū qđ dato precio roboratum est, vel fuerit.

*Emptio rei emphyteuticæ fiscalis facta a primato, vel et a ciuitate sub pacto ne teneatur ad canonem, tenet: sed pactum est irritum. Bar.*

V. Imp. Valentinia. A.

SI qui i ex titulo donationis vel emptionis, siue ex alio quolibet titulo possessiones, vł domus, vel ergasteria i iuris dūtaxat ciuilis, q̄ hui⁹ juris esse verè ꝓbanī, cuiuslibet ciuitatis, & ꝓcipuè huius k æternæ vrbis cui maiorem debem⁹ fauorem, tā ciuilis, l (vt dictū est) iuris, q̄ ēt agonotheticas m possessiones, a ɔpulatu Ausonij & Olybrij, dempto ciuili canone acceperunt: eos impositum eis n canonem iuxta fidem publicorum monumentorum ciuitatis, ad quam eædem res pertinuerint, præbere iubemus. Nā si priuati iuris debita o nō patimur denegari, multo magis præbenda sunt ciuitatib. q̄ iure debentur, cū sufficiat possessorib. ꝙ apud eos dominium p in perpetuum ex nostra liberalitate permaneat. Si quæ tñ possessiones iuris ciuilis canonem priuatis largitionibus q in præsenti præbent, vel nunquam ademptum, r vel postea impositum: s ad hāc iussionem nō ꝑtinebunt, sed priuato ærario canonem quem nunc agnoscūt, inferre ex more debebunt, dño firmiter apud eos successoresq; eorum & detentatores pari modo permanente.

VI. Imp. Zeno A.

HAc in perpetuum t valitura lege sancimus Nicensium v ciuitati, * seu habitatoribus eius tam ius exactionis xl. * solidorum annui canonis ciuilis redditus ad suam patriam pertinentis, & possessorib. i. Callimacho & Elburno, necnon Emptorio & Veratorio cum Epotio* eorum x sub territorio Apamenæ ciuitatis ɔstitutis, ex nuꝑ lapsa tertia indictione y cum ipsa z restitui: quam a si quid ex quo sanctio Martiani diuæ me-

a Cogantur. si hoc publicè expediat, aliàs vindicent in publicū per præsidem: vt ff. de ope pu. l. si legatum. §. fi. & facit. ff. ne quid in loco publi. l. ij. §. si quis neminem.

b PAmphyliæ. aliàs Pamphyliæ. & est nomen ꝓuinciæ: aliàs incipit, etiam ciuitates.

c Aliæ. s. ciuitates. vel dic aliæ scilicet villæ vel personæ. Accur.

d Acquirant. iustè tamen. & facit s. de hære. insti. l. hæreditas. & de leg. j l. ciuitatibus. & s de fun. rei priua. l. j & ff ad Trebel. l. omnibus.

e REstaurationi mœnium. ciuitatum vel castellorum: quod fieri debet ɔsulto principe: vt ff. de re. diui. l. antepenul. §. muros.

f Canonis. i. annui tributi fisco præstandi: vt s. de ope. pu. l. ne splendidissimæ. & de vecti. l. fin. & in Auth. de col. §. iubemus nullā coll. ix.

g EOs qui auctione. i. acceptione per emptionem: vt j. i fi. & sic ꝓ actu non pro iure ponit nomen auctionis. tē in authenti. hoc ius porrectum. s. de sacrosan. eccle.

h Firmum: quia non est locus adiectioni l patrimonialib. seu templorum possessionib. sed solu in causis fiscalibus: vt j. de vendi. re. ci. l. j. vel potest dici, vt in patrimonialibus sit locus adiectioni sed non nisi semel: & hoc colligitur in eo, quod dicit prima auctione. ad qđ facit s de fund. rei priua. l. j Accur.

i SI qui. Ergasteria. acceperūt, quod est j. s. ab alio priuato.

k Huius. scilicet Constantinopolis.

l Ciuilis. ex qua redditus præstari debet.

m Agonotheticarū expone: vt s. de fundo. rei pri. l. fi.

n Eis. possessoribus.

o Debita. i. quod debetur priuato.

p Dominium in perpetuum. Contra s. de fund. rei priua. l. fi. vbi aufertur possessio. sed ibi in prædio Cæsaris: hic ciuitatis.

q Largitionibus. i. cameræ principis.

r Ademptum. canonem dico nūquā ademptum per pactum ab emptore: quia non posset: vt s. de fun. rei pri. l. fi.

s Impositum. post quam nouus possessor accepit. facit infra de lo. prædi. ci. §. fin. & de fun. rei priua. l. j.

t HAc in perpetuum. Marcianus concessit ciuitati. Nicenensium, & quibusdam nobilibus de territorio Apamenæ ciuitatis, vt de redditu seu canone, quod soluere debebant, dicta ciuitas exigeret sibi certam summam: qđ priuilegiū a certo tēpore male obseruatum eis reparat Zeno per l. istam.

v Nicensium. ciuitas est in ꝓuincia Syriæ secundum P.

x Eorum. forte nepote.

y Tertia indictione. ex quo tempore non fuerit eis obseruatum.

z Cum ipsa. scilicet, Apamena ciuitate, quæ erat subdita Niceā vel dic cum ipsa exactione.

a Quam. hoc respicit superius. Accursius.

1 Quod gl. hic dicit. s. quod est locus auctioni in venditione rerū téplorū, est correctū per auth. hoc ius porrectū. s. de sacrosan. eccle. ꝑm lo de Pla. hic.

† Sūpta ex Nouella Martiani de prædijs ciuitatū omniū. q̄ hodie extat in breuiario Alarici.

* De Nicæa intellige, metropoli videlicet Bithyniæ, sub qua fuit Apamęa.

Ciuita

* Aliàs quadrigētorum.

* Forte equitio. vł enthecia. Cuiacius hic.

## TITVLVS LXX.

## DE LOCATIONE prædiorum ciuilium, [c] vel fiscalium, [d] siue templorum, [e] siue rei priuatæ, vel dominicæ.

*Prædia principis, quæ in perpetuũ locant, sunt locanda diuitibus, & alijs cum fideiussoribus idoneis: & officialis prædicta negligens, de suo resarcis omne detrimentũ. Bald.*

I. Imppp. Grati. Theod. & Arcadius AAA.

Diui patris nr̃i aperta pceptiõe cauet, fundos ex re priuata nr̃a ita tradi ppetuarijs, [f] vt periculo collocantiũ officiorũq; [g] tradant. Neq; enim æquã pôt ex deuotionis plenitudine vacillare, si apparitione [h] iudiciaria & fũdis idoneis attributi sunt, & inde fiscalis indemnitas idonea fideiussione [i] est munita: quorũ si alterũ, vel vtrunque neglectũ est: quæ ex hoc titulo pẽsitatio canonica desideratur, ex officiorum facultatibus seruetur. [k]

*A colonis ppetuis fundorũ publicorum nõ auferunt fundi, licet alius meliorẽ offerat conditionem. Bar.*

II. Iidem AAA. Nibrio. [l]

Fvndi reipublicæ ab his qui nec titulo cõductionis [l] eos detinent, quiq; meliores cultu patrocinante reddiderint: nec nostrarũ quidẽ sanctionum [m] (si fortè quispiam per surreptionẽ meruerit) nutibus auferant iuxta legẽ veterẽ: [n] semel tantum licentia faciendæ adiectionis indulta.

*Subhastatio locatione perpetua fundorum publicorũ, ita vendicat sibi locum sicut in venditione. Barto.*

III. Impp. Honorius & Theodosius AA.

Loca omnia fundive reipublicæ, ppositis prius licẽter edictis, [o] dehinc vbi in eum canonis modum, contendentium augmento succreuerint, vt extendi vltra, aut superari alterius oblatiõe nõ possint: perpetuarijs conductoribus [p] locentur.

*Si finita locatione cõductor primus offert tm̃ quãtum nouus, in locatiõe præferẽ. Bar.*

IIII. Iidẽ AA. Mineruio.

Congruit æquitati, vt veteres possessores [q] fundorũ publicorũ nouis conductoribus præferantur: si facta p alios augmenta suscipiant.

*Prædia domus Augustalis in ppetuũ locata, ad aliũ nõ possunt transferri sub aliquo ptextu, quãdiu pensio soluiẽ et comes rerũ priuatarũ contra faciens punitur. Item pdium Augustale princeps pot est donare ei cui locauerat in ppetuũ vel ad tẽpus. Item primus conductor cõductione finita, si offert tantum, alijs pfertur: si vero rem conduxerit in perpetuum, omni tempore est securus. Bar.*

V. Impp. Theodosius, & Valentinia. AA.

Prædia † domus nostræ si semel iure perpetuo, [r] vel nostra pceptione, vel

---

[a] Ciuitatis. Nicom. Accursius.

[b] Ciuitatibus. prædictis duabus, quibus & alia priuilegia data fuerant a Martiano. Et est hæc l. arg. pro priuilegijs renouandis: vt in authẽ. de here. & Fal. §. j.

Priuilegia vetera renouari debent.

DE LOCATIOne prædiorum &c.

[c] Ciuilium. s. cuiuslibet ciuitatis: vt s. titu. j. l. j. Accur.

[d] Fiscalium. hæc non debent locari minoribus. Item cõductor nihil debet exinde exportare, vt ff. de iur. fis. l. in fraudem. §. fi. & §. penu. Accursius.

[e] Templorum. ex hoc titu. & eius legibus videt posse colligi q sicut prædia rei publi. seu dñicæ possunt locari in perpetuũ, id est dari I emphyteusim: sic templorum. quod noua constitutione prohibitum est: vt in authen. de alie. & emphyt. §. locationes. colla. ix. vbi non vlt. xxx. an & in alijs venerabilibus domibus. sed dic q potest etiam in ppetuum: vt not. in authen. de non alie. §. necnon illud. col. ij.

[f] Diui. Perpetuarijs. s. colõis.

[g] Officiorum. i. officiorum colonorũ. &c. Accur.

[h] Si apparitione. s. iudice cum suis apparitoribus: qui & discussor dicitur.

[i] Fideiussione. si tamen habent sufficiẽtia prædia: vt s. de omn. ag. deser. l. quicunque. & de fun. pa. l. quicunq;. Accu.

[k] Seruetur. facit s. de fun. rei. priua. l. quicunque.

[l] Fvndi. Conductionis. simplicis temporalis. nam tunc posset auferri primo, alio plus offerente: vt infra l. fi. §. si vero pro tali. quod hic non licet post contractum vt hic. & infra l. fin. sed nec locabitur. sed tempore contractus fit. vt in fi. huius. l. & infra l. proxi. tenebatur ergo in emphyteusim. & facit ff. de iure fi. l. iij. §. diui fratres.

[l] al. Nobridio. eo m. t. p. recte, i meo manuscrip. Co.

[m] Sanctionum. i. priuilegiorum, quæ sanctiones personales dicuntur: vt inst. de iur. na. §. planè.

Priuilegia, psonales sãctiones dñr.

[n] Veterem. quam non habemus. sed permittebat alium plus offerre tempore cõtractus, nõ post: vt in princ. l. dixi. Et no. q sufficit semel. sic i. de iure deli. l. fina §. sed quia. Item facit s. de ven re. ciui. l. j. & de fide instru. & iur. hastæ fisc. l. si tempore. & l. quæcunque. & ff. ad muni. l. Lucius. §. fin. & supra de mune. pa. l. ij. & iij.

[o] Loca. Edictis. forte xx. dierum sm̃ formam quæ est supra de sacrosan. ecc. authen. hoc ius porrectum. & supra l. proxi. cum suis similibus. Accur.

[p] Conductoribus s. emphyteuticarijs.

[q] Congruit. Possessores. i. detẽtatores. nam de conductore temporali dicit, non perpetuo emphyteuta: vt j. l. fin. §. sed nunc. & §. si vero. & facit supra de in diem addi. l. licet. & l. necesse.

[r] Prædia, Perpetuo, id est in em-

† Quærit hic lo. de Pl. an Imperator possit donare res Imobiles Iperij. & arg. quod sic p multa iura & rõnes, de mũ concludit qđ nõ pluribus rõnibus & iurib⁹. vide cum hic pulchre d hoc disputatem.

in emphyteusim. quod ideo sic dicit, quia quandiu &c. vt insti. loca. §. adeo. & ff. si ag. vecti. vel emphy. l. j. vel etiam locatio simplex & in perpetuum. vnde est simile contractui emphyteutico.

a Nō oportet. nec extraordinarijs nec sordidis muneribus grauat hæc res: vt ī. de excusa. mu. l. priuatæ. & le. euidenter.

b Nec tamen. puniatur factum etiam si non tenuit: vt ff. ad Syl. l. iij. §. si quis eo. & supra. de le. & cō. l. ij. & de fun. rei priua. l. fi. & ff. de iniur. l. item apud. §. j. & ī. de cohor. l. fi. & sup. de pe. bo. sub. l. j. Sed arg. contra. ff. quod quisque iur. l. j. in fin.

c Sed nec locabit. non solum non donabitur, sed &c. vt primo auferatur: nec tamen iniuria tum &c. vt supra vnde vi. l. meminerint. sed ius quod habet potest vendere alij: quia & priuatus posset.

d Retrahendam. Not. res in perpetuum locatas posse vendi & alienari ab eo cui locatæ sunt. Item not. quod res sic locata videtur data in emphyteusim, ad quod facit instit. loca. §. adeo. nec de nouo potest ei addi ei: vt no. sup. eo. l. ij. Accursius.

e Donabit ei. & sic mutabitur ei causa possessiōis: qd hoc casu licet: vt hic, & ff. de acquir. posses. le. iij. §. illud. & not. supra. de acqui. posses. l. eum nemo. quod non fieret si extraneo donaret quod perpetuario (aliàs perpetuo) in aliquo ius suum mutaretur. Sed videtur quòd etiam extraneo: vt ff. de publi. l. cotem § j. contra. Sol. hic dederat princeps, vel comes rerum priuatarum, q a principe hoc ius habet, ibi actor possessionis. vel subaudi ibi, maxime. vel verius ibi de agris publicis, hic de priuatis, secundū P. Accu.

f Donationem. i. dationem etiam intra tēpora primæ: aliàs nullum speciale esset.

g Offeratur. etiam durante locatione prima tēporali. & secundum hoc est contra ff. de pub. l. licitatio. §. ad conducendū. ibi, finito &c. Sol. ibi in locatione vectigalium, hic in alijs, vel in alia transitur ad hanc secundum quosdam.

h In arbitrio. si nō soluerit pensionem præteritam: vt ī. de pub. l. licitatio. §. ad cōducēdum. inuitus ergo non cogitur: vt hic, & ibi. sed hoc verum, nisi maximos fructus consecutus sit, & postea tanti locari nō potest: vt ff. de pub. l. cotem. contra. Solu. illa corrigitur per l. ff. de iure fis. l. iij. §. cum quinquenniū. Et no. q locatio talis in quinquennium fit: vt d. §. cū quinquenniū. vel ad minus in triennium. vt ī. de vecti. l. penes. Accursius.

i Maneat. no. sic ī. eo. l. congruit. Sed cōtra ī. loca. l. ne cui. Solut. hoc speciale, sicut in scholaribus. vt extra de loca. & cōdu. ca. ex rescripto.

k Idem. temporalis conductor. Accu.

l Superius. hac l. vsq; ad §. sane quia. & facit ad l. ī. loca. l. emptorem. & l. vlt. & ī. de omni agro deser. l. fi.

auctoritate illustris viri comitis ærarij priuati, apud aliquē fuerint vel iādudū sint collata, ad aliū trāsferri ꝑpetuarium nō oportet. [a] Apertè enim definimus hoc edicto, vt a perpetuario nunquam possessio tranferatur: et si alteri eam Imperator vel exoratus, vel sponte donauerit, siue adnotatione, siue pragmatica: cui si fortè contra ꝑpetuariū vir illustris comes priuatarū rerum dum allegabitur, acquiescet: & de proprio ipse centū libras auri, & alias cētum fisci iuribus palatinū inferre cogatur officiū. nec tamē [b] post allegationē habebit hmōi iussio firmitatem, sed nec locabit [c] alteri, licet igēti superari videat augmēto possessio. Iure igitur perpetuo publici contractus firmitate perpetuarius securus sit: & intelligat neque a se neq; a posteris suis, vel his ad quos ea res vel successione, vel donatione siue vēditione, vel quolibet titulo peruenerit, esse retrahendam. [d] Sanè quia nō ex omni parte excludenda est largitas principalis, rē diuinæ domus suæ Imperator, si velit, donabit ei, [e] qui eā possidet, iure perpetuo: siue ipse iam meruerit, siue cuiusslibet tituli iure successerit. videtur enim suā cōcedere pēsionē, nō alteri nocere liberalitas, q̄ possidentē iure ꝑpetuo dominium vult vocari. Sanè si quis non perpetuo iure, sed ad tēpus locatā, ab illustri viro comite rerum priuatarū possessionē videt adeptus: non erit obstaculo principali largitati, si voluerit in alterū donationē [f] transferre, qd ad definitū tempus alter fortè cōduxit. Si vero pro tali prædio ab altero conductore offerat [g] augmētum, sit in arbitrio [h] cōductoris prioris cui res ad tempus locata est, vt ipse, quod alter adiecit, obtulerit, maneat [i] penes eum tēporalis illa cōductio. Si vero idē [k] hāc ipsam rem aliquādo meruerit iure perpetuo possidere: habebit & ipse superius [l] expressam ꝑpetuam firmitatem.

## TITVLVS. LXXI.

## DE CONDVCTORIBUS & procuratoribus siue actoribus prædiorum fiscalium domus Augustæ. [m]

*Conductores fundorū domus Augustalis, & alij hoīes dictæ domus cū agere volunt, vel excipere, vel experiri, debēt ordinario iure hoc facere, & nulli eorū patrocinium p̄stare debent, aut executionis ministerium: & contrafaciētibus pœna imponitur: nec est pœnitentiæ locus. Bart.*

DE CONDVCTORIBUS & procuratoribus siue &c.

m Augustæ. adiectiuum, nam de suis hominibus non vxoris dicit: vt ī. in fina li. l. vel dicit vxoris, quia eius res, viri dicuntur, vt supra de pact. con. l. hac leg.

Vxoris bona inter res viri annumerantur.

n  Onductores, Augustissimæ. adiectiuum, vt in rub. Accursius. Tenetur.

**I. Imp. Theodosius & Valenti. AA. Basso P.P.†**

 Onductores homines ve Augustissimæ [n] domus nostræ, quoties de causa ad domū regiam pertinente aliquid

quæstionis emerserit: nõ aliter q̃ ex legũ† ordine (quib. similiter omne hominum genus tenet) a vel excipiant b vel inferant actiones: nec aliorũ litigatorũ negotio intercedãt: c nec sñia d iudicantiũ aut illicito patrocinij sui fomite iurã e cõturbent: nullive executionis suæ turbulentũ ministeriũ audeant cõmodare: nõ priuatis se negotijs nõ publicis misceant: nec quiescentem domũ delatio f vlla solicitet: ne eos incõsultæ ptinaciæ serò pœniteat. g Grauior h enim pœna cõstituenda est in hos qui nostri iuris sunt, & nostra i debent custodire mãdata. D. Pri. Non. Mar. Rauẽ. Theod. XII. & Valẽ. II. AA. Coss.

### TITVLVS LXXII.

### QVIBVS AD CONductionem k prædiorum fiscalium accedere nõ licet.

*Palatini milites prohibentur a locatione fundorũ principis. Bart.*

I. Impp. Arcadius & Honorius AA.

NVllus l palatinorũ q i officio rei nostræ priuatæ militant, ɔductionis noĩe vel p se vel p quãlibet psonã possessionũ hmõi ɔducẽdarũ hẽat facultatẽ: cũ neq; militi, neq; curiali hoc faciẽdũ pmittim*. l

### TITVLVS LXXIII.

### DE COLLATIONE fundorum fiscaliũ vel rei priuatæ, vel dñicæ vel ciuitatis vel templi.

*Præses prouinciæ, & sui officiales possunt exigere cõductores dominicos, & impertiri fauorem curialibus Cæsaris volentibus facere dictam exactionem. Bart.*

I. Impp. Arcadius & Honorius AA.



Rdinariorũ iudicũ officijs, m nec nõ ipsis rectorib. pvinciarũ, n auctores siue conductores dñicos conueniẽdi o licẽtiã damus: ita tñ, vt rõnalib. priuatæ rei ad exigẽda fiscalia debita immineant. p

*Palatini transmissi p comitẽ rerũ priuatarũ ad psidẽ cũ literis vt sint soliciti circa exactionẽ pensionũ fiscalium, non debent inferre aliquam concussionem. Bart.*

II. Iidẽ AA. Messalæ.

PAlatinos qui a viro illustri comite rerum priuatarũ cũ publicis literis q destinant ad cõmonitionẽ iudicis: quo facili ex pdijs rei nr̃æ ɔferãtur debitæ pẽsiones, cum summa degere pcipimus disciplina: de quorũ nominib. si temerè versati q fuerint, ad sublimitatẽ tuã referri p ordinarios iudices oportebit, vt ĩ eos seuerissimè vindicetur.

*Prædia ex quacunque causa ad fiscum pertinentia, a transuectione publicarum specierum non habens immunitatem. Bart.*

III. Iidem AA. & Theo. A. Petronio s PP.

OMnia prædia tam ea quæ in re priuata olim detinentur, quàm illa, quæ ex proscriptorum bonis ad fiscum sunt deuoluta: eatenus ab huiusmodi priuilegijs & excusationibus submoueantur, vt omnes species annonarias, cursitationes etiam debitas, atque integram opinionem t sciant esse soluendam.

---

Concor. ad hoc Inno. in c. ad nostrã. extra de iureiur.

a Temerè. nor. sic ¶. de legi. & consti. l. leges. & de Iudæ. l. Iudæi.
b Excipiant. apud rõnalem summæ rei sunt conueniendi, vt ¶. vbi causæ fisc. l. colonis. vel apud cubiculi sacri præpositum, vt ¶. eo. tit. l. fi. vel apud præsidem p uinciæ, vt ¶. eo. l. vniuersis.
b Excipiant. s. quando conueniuntur.
c Intercedant. vt ¶. de agri. & mãci. l. ij. & arg. ¶. ne lic. po. l. j. Accur.
d Sententia. qua eis conceditur accedere ad prædicta. Vel dic, sñia quam cito obtinerent p eo cui patrocinarẽtur, pp sui magnitudinem.
e Iura. aliorum. Accur.
f Delatio. i. nõ deferent aliquẽ in fiscum fouendo delatorem. & dic domũ, id est aliquẽ de domo priuati. sic. ff. si cer. pe. l. lecta. vel dic q non faciant prædicta. ne aliquis nobis deferat, qui quiescere volumus. & sic domũ, i. me de domo.
Pœnitẽtia post factũ nõ habet locum.
g Pœniteat. i. non delinquat vt pœniteat: quia serò pœniteret. nam nõ habet locũ pœnitẽtia.
h Grauior. q̃ i alijs. sic ¶. de epis. & cle. & ¶. vnde vi. l. meminerit. & est ar. ad id qđ no. ff. de re. diui. l. fi.
C. T. 10. §. 6. pars l. vl. supra de rescin. vend.
i Et nostra. expone vt in rubr.

k QVIBVS AD cõductionẽ &c.

l NVllus. Permittimus. si tamẽ hæredes extiterint conductorũ, remanebunt in eadẽ conductione: vt ff. de decu. l. decurio. & de re mili. l. milites. §. fi. & facit. ff. de ɔhen. empt. l. qui officiũ. & l. nõ licet. & ¶. quod met. cau. l. si per impressionem. & ¶. loc. l. milites. & l. curiales. & l. fi. & ff. de admini. re. ad ciui. perti. l. ij. §. j. & pro empto. l. ij. §. tutor. & ¶. de decu. l. si quis pcurationem. & ¶. de agri. & man. l. ij. & fi.

DE COLLATIONE fundorum fiscalium vel. &c.



m Rdinariorum iudicũ officijs, id est officialibus.
n Prouinciarum. qui sunt ordinarij: vt supra de modo mul. l. eos.
o Conueniendi. id est cogendi vt soluãt pensionem.
p Immineant. dicti ordinarij. quasi dicat, tam ipsi exigentes quàm prouo. Cæsa. reddent solicitum. vel dic, immineant exigendi, scilicet ad periculũ nisi exigant. & facit. supra de exac. tribu. l. exactores. & de fun. rei priua. l. vniuersi. & vbi causæ fis. l. cũ aliquid. & ff. de iure immuni. l. semper. §. conductores.
q PAlatinos. Vel sati. quia concusserunt possessorem: quod facere nõ debent: vt ¶. de offic. re. prouin. l. nullum. Accur.
r OMnia. Opinionem. expone vt supra de prædi. naui. l. fi. & facit supra de exac. tribu. l. vlti. & de fun. pa. l. iij.
De

† No hic lo de Pla. ghuc tex. q ambaxatori nõ credit' sine literis suę cõmissionis, nisi sit vir nobilissimus, & notus. Itẽ q nũcio nõ credit' sine literis suæ cõmissionis, nisi sit nũcius publicus, iurat' & notus. vide hic per eum.

a l. Centronio in meo. Com. tuus.

a DE PRIVILE gijs domus Augustæ vel rei &c.

Hoc expone adiectiue: vt s. ti. ij. l rub. q̃m idē priuilegium quod habet Cæsar, vel fiscus, habet & Augusta: vt ff. de iu. fis. l. fiscus. §. j. & fi.

†Co.Th. 11.16.5.

b Priuatas. Cóstructores. facit s. de pascuis pu. l. fi. & de ag. & man. l. dfficos. & de col. fun. pa. l. j & iij. & de agr. & censi. l. j. & l. colonos. & s. ne rusti. ad vllum. l. j & de excu. mu. l. euidenter. & l. maximarum. Sed s tit. j. l. fi. Solu. ibi de ordinario: vt j. l. pxi. Accur.

c REm priuatã. id est possessionē principis. Acc.

Leui⁹ port. quod a plurib⁹ cōportaт.

d Leuãdorũ. quod a pluribus portaт. leuius portaт. sic in auth. de immen. do. & s. de exact. trib. l. exactores.

e Prouincialium. indicat hæc constitutio q̃ soli ꝓuinciales præstabant canones tributorũ: quorum leuandorũ causa illud adsertt.

f Iussionem, i. ꝗlq; hoc non est obseruatum occasione tali, quia frumenti redditus ex eis prędijs portabatᷣ vltra solitũ, & ideo id remouet, vt vltra solitum locũ non portetur.

g Remanentē alias remeantem. & facit s. de fun. lim. l. j. & s. de fun pat. l. iij. & s. titu. j. l. j. & de indic. l. j. & de an. & tri. l. p locis. & l. mediterraneæ.

Legēdũ, rē eandē, hoc est rē priuatã.

h PRo tyronib⁹. id est pro eorum stipendijs & necessarijs.

i In corporibus. alienius militiæ. Accursius.

aliàs p portionib⁹ i corp. &c.

k Precia. id est pēsiones, vel quidam redditus qui voca-

TITVLVS LXXIIII.

DE PRIVILEGIIS a domus Augustæ vel rei priuatæ, & quarum collationum excusationem habent.

*Ad extraordinaria munẽra vel superindicta ēi fiscalis possessor non cogitur.*

I. Imp. Constantin. A.

PRiuatas † b possessiones nostras ab vniuersis muneri bus sordidis placet immunes esse: neq; earũ ꝯductores, b neq; colonos ad extraordinaria munera, vel superindictiones aliquas conueniri.

*Prædia principis a trãsuectione publicarũ specierũ nullatenus hodie excusanĩ, sicuti nec prædia priuatorũ, licet aliquando excusata fuerint, quia vltra solitum locum tales species portabanĩ. quod hodie non permittitur. Bar.*

II. Imp. Valent. A.

REm priuatam nostram, c leuãdorum d ꝓuincialiũ e cã canonicas necessitates ea ꝯdóne qua cũctos volumus sustinere. sed excessit occasio iussionẽ: f qñ quidem non locis solitis frumenta q̃ sunt ex diuersis saltibus conuehenda, trahantur, sed eousque portenẽ, quò graue atque dãnosum est ꝓuehere. Proinde spectabilis syncceritas tua remanẽtes g in ijsdem locis implere faciat proprias functiones quibus antea frumenta præbebant.

III. Impp. Honorius & Theodosius AA.

PRo tyronib. h † in corporib. i postulatis ꝓcia k ꝯferri ex fundis perpetuarijs nostræ rei priuatæ præcipimus.

*Instructio viæ publicæ, & pontium, & stratarum, inter sordida munera non numeratur: & nemo excusatur ab ea. Barto.*

IIII. Iidem AA. Asclepiodo præfecto prętorio.

ABsit vt nos instructiones viæ publicæ, & pontiũ, stratarũq; opera, titulis l maiorũ principũ dedicata, inter sordida munera numeremus. m Igiẽ ad instructiones reparationesque itinerum pontiumq; nullum genus n hominũ, nulliusq; dignitatis ac venerationis meritis cessare oportet. Domos etiam diuinas o tam laudabili titulo libenter adscribimus.

*Nullus a superindicto excusatur, excepta principis possessione. Bart.*

V. Impp. Theod. & Valent. AA.

EXcepto primonio p pietatis nostræ, cui⁹ quidẽ reddit⁹ necessitatibus q publicis frequẽtissimè deputamus: vniuersos possessores functiões in supindictis titu. absq; vllius beneficij exceptione agnoscere oportere censemus.

TITVLVS LXXV.

DE GREGE dominico. r

*Subtrahens equum de grege dominico, ipsum restituit & in vna libra auri puniĩ. subtrahens autem de grege priuato puniĩ in media libra: a qua pœna releuatur, si obtulerit sponte. Bar.*

I. Impp. Arca. & Hono. AA. Cæsario præf. præto.

PRopositis s edictis sublimis magnificentiæ tuæ, t mi-

bantur precianr. vt supra de excu. mu. l. euidenter. nõ enim aliud extraordinarium precium exigitur: vt supra de excu. mu. l. priuata. & supra de lo. fund. ca. l. ij. & l fi.

l ABsit. Titulis. nominabatur opus a principe qui fieri faciebat.

* Co.Th. 15. 3. 6. pars huc legis.

m Numeremus. sed construere publicas vel sacras ędes seu reparare, inter sordida munera cẽtat: vt supra de excu. mu l. maximarum. §. publicis.

n Genus. nisi alicuius specialiter sit vacatio publici muneris: vt ff. de mune. & hono. l. cui. in fine.

o Diuinas. sicut ea quæ naucularia nomini sunt obnoxia: vt supra de prædi. na. l. j. & sic etiam non excusatur vtraque domus a comparatione specierum: vt supra ne li. in empti. spe. l. j. & facit supra de sacrosan. eccles. l. ad instructionem. & de ope. pu. l. ad portus. & de coll. fun. pat. l. j. in fin. & supra de exact. trib. l. fin. & ff. de priui. veteran. l. pen.

C.Th. 11. 1. 36.

p EXcepto patrimonio. quod neque recipit superindictum, nec sordidis oneratur muneribus: vt supra de excusat. mu. l. penul. & l. priuatæ. & supra eod. l. j. & de col. fun. pat. l. ij. & facit supra sine cen. vel reli. l. fi. & de exact. tri. l. ij. in fin. Accur.

q Necessitatibus. scilicet ordinarijs.

r DE GREGE dominico.

Id est, principis.

s PRopositis. Tuæ. præfecto loquitur.

C.T. 10. 6. 1. lūge ti. de equ curulib. l C.Th. 15. 10. 1.

a Maximi que. homines.

b Singulas. i. vnam li. auri pro quolibet equo. Et dic quod not. differentiã. subtrahi de grege principis equos, an ipsos ex alijs gregibus.

c Hermogenianis. siue sint nati ex illa terra, siue non.

d Nisi eos. equos, vel equas.

e Obtulerint. not. sic ff. de alie. iu. l. iij. in fine.

f Dicit gl. de Pl. quod est speciale in eqs. nam hec pœna nõ habet locum in cæteris aialibus.

nimi maximiq; [a] moneantur, vt sciant singulas [b] libras auri ex proprijs facultatibus eruendas pro singulis equis vel equabus, siue Hermogenianis [c] siue Palmatis: nisi sponte eos [d] obtulerint. [e] in his verò quos ex alijs gregibus occupatos esse cõstiterit, sex auri vncias fisci iuribus inferendas. D. Pri. Ka. Dec. Cõstãtinop. Olybrio & Probino Coss.

f DE PALATIIS & domibus dominicis.



f Onsecratas. Excipimus. Excipe iudices q reddunt ius, vt s. de of. rec prouin. l. nullũ. & facit s. de ope. pu. l. quecunq; & de Iudæ. l. in synagoga. Accu.

## TITVLVS LXXVI.

## DE PALATIIS ET Domibus dominicis.

I. Impp. Th. & Valen. AA. Ioanni Comiti rerum priuatarum.



Onsecratas nobis ędes, id est incly ta palatia, ab oĩ priuatorum vsu & cõmuni habitatione excipimus. [f]

g DE CVPRESSIS ex luco &c.

Aliàs cypressis. aliàs cupidis. aliàs Perseis, alias Perseidis. & sũt noĩa arborũ. vel Perseis nomen loci vbi nascitur cupressus. & est ratio: qa continẽt aggeres tenẽtes aquã Nili: q̃ opportunis tẽporibus spargitur pagros cum in Ægypto nõ pluit: vt s. de Nili agge. l. j.


† Hic lucus est in suburbijs Antiochiæ Syriæ, siue Theopoleos, omniũ qui sub cœlo sũt amœnissimus: de quo vide apud Nicephorũ Callistum lib. 1 o. ecclesiasticę historiæ ca. 28. Cõti.

## TITVLVS LXXVII.

## DE CVPRESSIS [g] ex luco Daphnensi † vel Perseidis per Aegyptum non excidendis vel vendendis.

*Ementes, & vendentes arbores cupressi in locis hic nominatis puniuntur. Barto.*

I. Imp. Arc. & Hon. AA.



I quis Daphnensis luci in Syria, vel Perseidis [h] in Aegypto arbores cõparauerit, quinq; libris auri nouerit se esse multãdũ: nõ minore dispẽdio illo feriẽdo, qui vendere arbores ausus fuerit, quas non licet emptoribus comparare.

h I quis. Perseidis. no mẽ loci, sicut Daphnes: & est genitiuus Perseidis.

i O Mnes. Solatio. olim enim licebat vnã incidere, qui aliã plantabat: quod hic remouet: sed aliud a fisco habet.

k Quinquaginta. in cisor plus punitur quam emptor: vt s. l. proxi.

i DE DIGNItatibus.

Dictum est supra, de iure publ. Sed quia ius publicũ nõ põt expediri nisi per eos qui in dignitatibus eriguntur: vt ff. de orig. iur. l. ij. §. post originem. ideo de dignitatibus dicit. s. qui ad eas admittantur, & reijciantur: & quæ priuilegia eis competãt, & quanto tempore durent. Accursius.

*Auctoritate propriæ nullus põt in luco Daphnes incidere cupressos, nec etiam eas collapsas aliò transportare. Item plãtans cupressum nõ põt ob hoc aliã incidere: sed pro tali plantatione a fisco vnam libram auri consequetur. Bart.*

II. Impp. The. & Valẽti. AA. Eudoxio P. P.

O Mnes iudices cuiuscunque dignitatis sciãt posthac absq; permissu magnitudinis nostræ arborẽ ex Daphnesi luco Antiochenæ ciuitatis prę cidendi, vel quolibet modo lapsas transferendi, licentiam sibimet denegandam. Sed nec alytarcha [†] vnã cupressum, alijs plãtatis, excidere sibi liceat cõtẽdat. At ne solatio [i] antiquitus ei cõcesso priuari p oĩa videat: pro eo quod ei cupressum excidere denegat, vnã librã auri cum de priuatis nr̃is largitionibus accipere decernimus: quinquaginta [k] librarum auri condemnatione huius legis temeratore plectendo.

## CODICIS DOMINI IVSTIniani sacratissimi principis ex repetita prælectione Lib. XII.

## TITVLVS I.

## DE DIGNItatibus. [l]

*Mulier patris conditionẽ & aui illustris retinet: dum tamen nubat clarissimis. Bartolus.*

I. Imp. Alexander A. Seuerinæ. [*]



I vt proponitis, [m] & auum consularem, & patrem prætorium virum habuistis, & non priuatæ [n] conditionis hominibus, sed clarissimis nuptis: claritatem generis retinetis.



m I vt proponitis. Duabus sororibus supplicantibus respondet. & quod dicit auum, scilicet paternum. nam a superioribus agnatis non cognatis, venit dignitas, honor, & familia: vt not. ff. de sta. ho l. cum legitimè. Item quod dicit consularem, id est consulem vel de genere consulum. & sic expone prætorium. ad quod ff. de sena. l. j. Et no. quod huiusmodi honor, vel nobilitas quæ venit per accidens, id est per dignitatẽ, non videtur extendi vltra pronepotes: vt supra de quæstio. l. diuo. Item quidã hic habent virum, id est hominẽ: non autem pro marito ponitur. Item not. secundum B. quod consules clarissimatus dignitate perfruũtur: vt s. de dome. & pro te. l. ij. & iij. sed certè imò illustres sũt: vt supra vbi se. vel cla. l. quoties. Accu.

n Priuatæ. hic dicit differentiam inter patrem & virũ: vt ff. de sena. leg. fœminæ.

Neque

† Alytarchiõ. qd̃ ße notauit Azo in cõmentarijs ad hũc titulũ, qui sunt integri penes me in oĩs libros codicis. alytarcha. n. erat sacerdos Antiochiæ Syria, quod præerat τῆς ἀλυτείας i. mastigophoris in ludis deo tũ, vt recte ex Phauorino docuit Cuiacius lib. 2. obseruatio. ca. 13. huius autẽ Alytarchæ mẽtio ht in C. T. l. 10. ti. 1. l. 11. quæ lex hic abrogatur. Contius.

* Seuerinæ in meo manuscr. Perperam alius legit Seuerino. cũ ad fœminã rescriptum dirigi luce clarius sit.

a NEque famosis. Videtur quinquies idem per idē repetere. sed dic, famosis infamia iuris & per sententiam: vt in actione furti, tutelæ, & simi. & pro eis ponit notatis: vnde quidam habent iudicatis: & de his habes. ff. de his qui no. infa. l. j. §. qui in iudicio. Vel dic, notantur infamia. i. facti. s. p sententiam definitiuā vel interlocutoriā: vt ff. de obseq. l. honori. & l. parens. & l. licet. & š. de his qui notan. infa. l. verbū. & l. interlocutio. Itē quod subijcit scel⁹, vt ipso facto infamis: vt missus ab exercitu cum ignominia, & similes, vt ff. de his qui not. infa. l. prima. Item quod subijcit, turpitudo vitæ, vt quia malè viuunt obligando rē duobus, vt ff. de pig. act. l. si quis in pigno re. §. fin. vel alia crimina committēdo quæ ipso facto nō inferūt infamiā iuris: vt š. de reis postu. l. j. & hoc est valde notabile, q̄ ifamia facti, siue p suam, siue aliàs illata repellit a dignitate. sic & š. de inoffi. tes. l. fratres. Item quod subijcit, & quos infamia, s. prædicta. Nā nō participant infames prędicti circa dignitates cum hominibus integræ famæ: vt hic & š. de dec. l. ne q̄s. & de infa. l. j. lib. x. & ff. de iudi. l. cum prętor §. non autem. & ff. ad leg. Iuliā de vi priua. l. j. nec etiam in aduocando: vt & ff. de postu. l. j. §. ait prætor. nec in adsidēdo: vt ff. de adses. l. ij. sed procuratores possunt esse, quia onus est: vt institu. de excep. §. fin. Item arbitri: vt ff. de arbi. l. Pedius. Item segregantur, vt non habitent Romæ, vel alibi vbi Imperator sit: vt infra de re mil. l. iij. & ff. de his qui not. infam. leg. ij. §. ignominia.

b MAior. Facere. quo minus retineat priuilegium prioris dignitatis. pone exemplum vt š. de excu. mun. l. eos. & j. de primice. l. j. & j. de silen. l. decurionibus. in princip. & j. de prōxi. sacr. scri. l. iij. Et no. de minori dignitate ad maiorem eligi: vt ff. de mune. & hono. l. vt gradatim.

† al. Idē Fruliano PP. al. Rufiniano.

† Ista lex sm Bar. & Io. de Pla. facit ad q̄stionem agitatā inter p̄latos & regē. qa p̄lati immunitatē cōcessam rebus ecclesiasticis volebant extēdere ad vasallos ecclesiæ p hāc l. & similes. de qua q̄stione vide p eūdē Io. de Pla. in l. q̄ imunitatē. š. de mune. patri.

† al. fordis.

*Notati infamia iuris & facti, vel inquinati scelere aut turpitudine vitæ, ad dignitates non ascendunt. Barto.*

II. Imp. Cōstantinus A. Volusiano P.P.

NEq; famosis a & notatis, & quos scelus aut vitę turpitudo ignat, & quos infamia ab honestorū cœtu segregat, dignitatis portę patebunt.

III. Idem ad Numphidium. † P.P.

MAior dignitas nulli debet circa prioris dignitatis seu militiæ priuilegia p̄iudiciū facere. b

*Substantiæ senatorum habent immunitatem a muneribus sordidis, & ēt extraordinarijs. Barto.*

IIII. Impp. Constant. & Constans Philippo.

SEnatorū † substātias, quas i diuersis locis & p̄uincijs possidēt, & homines eorū, tā a temonarijs c onerib⁹ cōferēdis, q̄ a cęteris præstationibus, quas iudices describunt, necnō d ēt ab o ibus sordidis munerib⁹ extraordinarijsque, & vilioribus e liberos esse præcipimus, nullaq; sorte f cōstringi functionis indignæ.

*Præfectus non potest senatoribus absq; prīcipis cōsciētia aliquod munus indicere. Ba.*

V. Iidem ad Clearchū.

NEmo p̄fectus vrbis citra p̄ceptionē, vel scientiā nřam vlli muneri subiuget senatorē: f nemo curiā g nřam imani h pulset iniuria. Siqd eni senatoria p̄ditis dignitate fuerit forte mandandū: nostro id iudicio reseruādū est. fit i namq; dignitas, quæ nobis iubētibus sustinetur. k

*Negotiantes artes vilissimas, ad dignitates non aspirent: & aspirantes expelluntur ab eis. Barto.*

VI. Iidem Orphito.

NEquis ex vltimis negotiatoribus, l vel monetarijs, m abiectisq; officijs, n vel deformib⁹ ministerijs, vel stationarijs, o omniq; p officiorū fece, diuersisq; pastis turpibus lucris, aliqua frui dignitate pertentet. sed & si quis meruerit, repellaī: repulsos autē etiā proprijs q reddi consortijs oportebit.

*Iudex volens ædificia in vrbe construere, senatorum substantias non lædat. Bar.*

VII. Iidem ad Senatum.

QVoniā diuersi iudices nonnulla opera in quibusdā existimāt vrbibus extruenda, r ad huiusmodi necessitatem senatorū substantia non vocetur.

